† Propter paupertatẽ prebendarũ ecclesie cathedralis possunt eis annecti capelle: reseruata ipsarũ presbyteris ꝯgrua portiõe. h. d. primo petitio. secũdo ꝓuisio ibi: si euidẽs. ℂ Casus l'ralis. Canonici vesprimeñ. ante cõcilliũ generale. s̃. eo. extirpãde. ꝯsueuerãt hr̃e capellas ad sui sustẽtationẽ: cũ de maiori eccl'ia nõ possent cõmode sustẽtari: sed occasiõe p̃dicti ꝯcilij subtracte fuerũt capelle canonicis illis vnde nõ poterãt de redditib⁹ prebẽdarum suarũ sustẽtari. eṗs significauit hoc dño pape: vñ papa mãdat eṗo si euidẽs necessitas vl' vtilitas exigat: bñ poterit p̃bẽdas ecclesie sue augmẽtare adiungendo capellas in perpetuũ eisdẽ p̃bendis reseruata ꝯgrua portione capellanis. Ber. ℂ No. j. bonũ arg. ex tex. ad intellectum. c. extirpande. §. qui vero. s̃. eo. vt pena ibi posita referat̃ ad primũ casum. nã ꝓpter ꝓuisionẽ illi⁹ cõcilij nõ poterunt canonici habere deinceps ecclesias parochiales. ℂ † Scd̃o no. ar. ꝙ prebende exigunt residentiã ꝑsonalẽ, nã ꝓpter eius residentiam nõ põt canonic⁹ de iure cõi habere ecclesiã parochialem: q2 nõ põt vtriq3 per se deseruire. sz cũ hodie in multis ecclesijs prebẽde nõ exigãt residentiã vr̃ qd̃ licite possit canonic⁹ habere ecclesiã parochialẽ: cui tñ dz ꝑ se deseruire: ex quo nõ est annexa prebẽde. vt. d. §. qui vero. ℂ † Not. iij. arg. ꝙ etiã ꝓpter paupertatẽ bñficij non põt quis habere duo bñficia incõpatibilia puta residentiã exigẽtia. nõ licet canonici hic haberent prebẽdas tenues ⁊ nõ possent sustẽtari tñ nõ fuit eis licitũ hr̃e ecclias parochiales nisi ꝑ viam annexionis vt sequit̃ in l'ra. ℂ † No. iiij. duos casus in qb⁹ licite ecclesia annectit̃ prebende. Primus ꝓpter euidẽtem necessitatẽ: vt puta q2 ꝓpter prebendaruz tenuitatẽ nõ reperiunt̃ q velint acceptare canonicat⁹. Scd̃s casus ꝓpter vtilitatẽ: q2 lz reperiant̃: nõ tamẽ sunt idonei ⁊ cõuenientes ecclesie cathedrali. ⁊ ꝯsidera q2 nihil hic dr̃ de p̃rogatiua ꝑsonarũ. sz tm̃ de necessitate vl' vtilitate ecclesie. ℂ † Ex quo põt inferri qd̃ lz euidẽs prerogatiua ꝑsone suadeat dispẽsationem pluriũ bñficiorum. vt in. c. de multa. in fi. s̃. e. nõ tamẽ dat facultatẽ annectẽdi vnũ bñficiũ alteri: q2 fieret preiudiciũ ipsis beneficijs cũ vnũ veniret accessorie ad reliquũ. ℂ † No. optimũ modũ ⁊ ꝓuisionẽ augmẽtandi reddit⁹ canonicoꝝ vt annectãtur prebẽdis eorũ capelle seu ecclesie parochiales. Et no. qd̃ noĩe capelle venit ecclesia parochialis. cum eñ hoc. c. refert se ad dictũ. c. extirpãde. clare pt3 quod loquit̃ de illis ecclesijs. ℂ † No. ibi reseruata cõgrua ⁊c. qd̃ propter vnionẽ vni⁹ ecclesie ad aliã nõ debet alterari stat⁹ ecclesie vnite: sz dz in tali ecclesia more solito deseruire. hinc est qd̃ doc. hic querũt. Quid si est ecclesia que nõ sufficit vicario ⁊ canonico. Et cõcludunt ꝙ talis ecclesia nõ est annectẽda p̃bẽde: q2 primo est subueniẽdũ seruitio illius ecclesie. scd̃o indulgendũ necessitati canonici: si aũt nõ reperiunt̃ tales ecclie sufficiẽtes dz eṗs subuenire de[c] redditib⁹ suis. qd̃ no. pro hoc facit. xij. q. ij. c. cõcesso. ⁊. c. quatuor. ℂ Sed q̃ro de modo augmẽtandi prebẽdas s̃m dispositionẽ huius. c. Sol. duo intellectus hic assignantur per doc. Primus per viã vnionis: vt si capella vniatur p̃bẽde. ⁊ iste mod⁹ est clarus. ⁊ vide bo. tex. in cle. ij. de rebus eccl. non alie. ℂ † Scd̃s modus vt sine vnione statuatur pẽsio ex redditib⁹ ecclesie vel capelle soluẽda canonico. Et no. ex hoc scd̃o modo qd̃ licite põt eṗs cõsentire seu capl'o cõstituere pẽsionẽ ex redditibus ecclesie abundãtis persoluẽdã singulari canonico. pro hoc facit. c. extirpãde. §. qui vero a cõtrario. nã ibi solũ inhibetur pẽsio in fraudẽ sec⁹ si iusta causa subesset. ad idẽ c. ad audiẽtiam. el. ij. de rescrip. ⁊ credo quod nõ solum posset per hunc modũ ꝓuidere canonicis: sed etiã alijs dignitatibus[c] sed rectoribus multũ indigẽtibus ad hoc. c. j. de rebus eccle. nõ alienã. li. vj. vbi patet qd̃ propter paupertatẽ vnius ecclesie licite potest auferri membrũ ecclesie exuberãtis ⁊ cõferri indigenti. nam vnica est ecclesia habẽs multa membra. xxxiij. q. j. loquitur. ideo debet vnum mẽbrum alteri subuenire: ⁊ hoc no. lz nunq̃ viderim in practica: sz optime põt practicari: ⁊ põt eẽ bona doctrina ⁊ vtilis. ℂ † In gl. super verb. necessitas vel vtilitas ibi: propter necessitatẽ licitum est ⁊c. non intelligas ruditer istam gl. quia esset contra tex. nam hic nõ fuit licitum propter paupertatem habere prebendã ⁊ ecclesiã parochialem ergo multominus non liceat habere duas ecclesias curatas: sed illud. c. vnicũ allega. in glo. loquitur in annexione fiẽda: q2 propter paupertatem duarũ ecclesiarũ nõ valentiũ singulares habere presbyteros possunt inter se vniri ⁊ debẽt. ⁊ idem in prioratibus ⁊ regularibus. nã vbi in vno prioratu nõ possunt stare saltẽ duo regulares debẽt vniri. vt in clemẽ. ne in agro. §. ad hoc. de statu regula. fateor tñ qd̃ si nõ fuit vnio: põt eṗs dispensare vt vn⁹ habeat has duas ecclesias: vt in. c. sanctoꝝ. lxx. dist. licet hodie sit dubium propter. c. de multa. s̃. eo. vbi innuitur quod dispẽsatio in curatis pertinet ad papã: sed dic vt ibi dixi. ℂ † In ea. glo. ibi: ⁊ credo no. gl. vsq3 ad finem ⁊ eius mẽs videtur hic quod si portio seu pensio dũtaxat statuitur canonico ex redditib⁹ ecclesie: tũc presbyter instituendus in capella: est prelatus in capella ⁊ habet curã animarum: sed si capelle annectitur prebenda: tũc p̃sbyter ibi statuendus habet̃ loco vicarij. ⁊ vide Lauren. in clemẽ. vnica. de offi. vicarij. ⁊ Jo. de lig. post eum vbi cõcludunt ꝙ si portio certa dat̃ canonico: tũc vẽdicatio rerum capelle ⁊ cura pertinet ab presbyterum: si vero certa portio dat̃ presbytero: tunc vendicatio rerũ ⁊ iurium capelle pertinet ad canonicum ⁊ cura in habitu: sed in actu pertinet ad presbyterũ ⁊ loquuntur quando capella est annexa prebende. nã vbi non fit annexio: sed solum statuitur pensio: nihil habet agere canonicus in capella. Abbas.

1 ☞ Judex impetratus per literas nullas vel iudex alias incompetens potest pronuntiare se nõ esse iudicem: ⁊ quo ad istam prouinciam habet iurisdictionem ordinariam ⁊ non delegatam ⁊ potest condemnare partem in expensis: tamẽ per istam prouinciam nõ desinit esse iudex: adeo quod causa potest sibi committi. 2.

3 Res laicalis data ecclesie nõ subijcitur amplius oneribus quibus subijciebatur anteq̃ esset tradita ecclesie.

Emptionis priuilegio gaudet res que peruenit ad manus empti.

4 Feudum quod hz ecclesia a domino seculari dicitur feudũ seculare ⁊ habet naturam feudi secularis. 5.

5 Papa potest conferre beneficium iurispatronatus laicorum dum tamen in collatione fiat mentio quod erat iuspatronatus laici: alias collatio esset surreptitia: legatus vero pape hoc non potest.

6 Collatio beneficiorum non potest pertinere ad laicũ ratione prescriptionis: vide rationem.

7 Appellãs iuste si petit se remitti ad iudicem a quo: ⁊ petit grauamen reuocari non condemnatur in expensis: secus si iniuste appellauerit vel friuole.

Dilectus filius.

Licet ecclesia ex donatione laici beneficium conferat tenet illius beneficij impetratio. De hoc mentione nõ habita. In prima ponitur

a ¶ Exceptiones. a adde eunde Ab.con. xxiiij.sed.cons.cclj. b Sebasti. Sapia.

b ¶ Qd executor. vide late p Feli.i c.si.col.vj.v.pma conclusio.s.de pre sump.post Abb. ibi.col.iiij.vsi.nunc venio ad difficile glossam.

c ¶ Condenare.ad de q Fede.consi. xxiiij.dt q fatuu est hic dubitare. Sebasti. Sapia.

d ¶ Ecclesiasticaru. Aid q scribit Fe li.in.c.ecclesia scte marie. col. xxviij. ver.v.qro.s.d con stitut. vbi tangit an res laicorum trāseant cum suo onere in ecclesiaz.

e ¶ Laicoru. Add videndum Lapu alleg. lxxxiij. et xcvj. Fed.consil. lxv.d.Card.con lxv.z.lxix.

ponitur impetrātis querela. In secūda prouisio: ibi:mandamus. ¶ Nota primo quod coram executore ad beneficia potest is cuius interest suas exceptiones[a] pponere .ad hoc.c.accepim⁹.de etate z qualita.plene dixi in.c.fi.de presump. ¶ Not. scdo ibi: interloquendo.qd executor[b] ad beneficia pōt si vult assumere partes iudicis inter partes. et interloqui in cā z pnuntiare se nō esse executorem. ¶ †Ex hoc etiā not.q iudex datus p lras nullas pōt pnuntiare se nō iudicē: qz saltē in illo articulo est iudex z pōt etiā ɔdēnare[c] impetrantē in expensis tex.est multū no.in.cle.j.de rescri.z pōt adduci ille tex.in quolibet iudice incōpetenti vt saltem sit cōpetens in causa dubij cū discutitur an sit iudex: z est hec iurisdictio potius ordinaria q delegata. vide etiā glo.in.c.fi.de rescrip. ¶ †Not.q a iudice pnūtiante se nō iudicē appellat: non extinguit sua iurisdictio.vñ pōt cā remitti ad eundē vt hic contingit.nā vt ptz in antiqua ab isto pnuntiāte fuit appellatū. ¶ †Ultimo not.z tene menti qd si res laici ɔferunt ecclesie assumūt naturā aliaz rerū ecclesiasticarū[d] z gaudere debent priuilegijs rebus ecclesie cōcessis.Et facit hec lra in arg.qd res tradita p laicū eccle non dz amplius subijci gabellis z alijs oneribus q ad libitū dñi temporalis primo imponebātur.facit etiā qd res perueniens ad manus exempti dz gaudere priuilegio exemptionis vide ad hoc tex.cum glo.not.in.c.vnico de iurepa. lib.vj.vbi ptz qd si patronus laicus dat ius suum patronat⁹ eccle censenda est illa ecclesia vt patronus ecclesiasticus nō vt secularis. ¶ †Sed cōtra hoc z cōtra tex.oppo.s.de fo.compe.in.c.ex transmissa.z in.c.verū.vbi ptz qd si ecclesia habeat feudum a laico censet at laicus z nō vt ecclesia: vnde si cōtingit appellari ab aliquo vasallo dz appellari ad dñm superiorē secularē z non ad archiepm vel ad papā.ad idē text.in.c.solite.de maio.z obe. Sol.qñqz res laici ex toto confertur ecclesie ita q incorporatur ipsi ecclesie z tūc hz locū qd predixi. facit.x.q.j.nouerint.qñqz incorporatur ex toto ecclesie:vt in rebus feudalibus in quibus dñium directū remanet apud laicū infeudantē: z tūc hz locum contrariū. vnde debet rōne feudi ille laic⁹ recognosci in dñm: z ita dz intelligi text.in.d.c.solite.z satis hanc dis.in paucis vbis sensit ibi Inn. ¶ †In glo.j.ibi: nō posset cōpelli per papā.ponderā glo.vult eni qd papa nō possit cōferre beneficium patronatus laicorū[e] z alleg.c.cū dilectus.de iurepatro.hoc dictū cōiter impugnat a doct.nam in spiritualibus vel quasi dz quisqz recognoscere papā in superiorē.xvj.dist.in.c.j.z.ij.z pro hoc qz laicus possidet iuspatronatus ex pmissione ecclesie.vt in.c.iij.de iurepatr.z quo ad illud subijcitur ecclesie.vt in.c.quāto.de iud.Nec obstat.c.cum dilectus.loquitur eni in legato et de hoc ibi plenius dicetur.vide tñ glo.no.in cle.ij.de preben.que dicit qd lz papa possit conferre iuspatronatus laici: tñ si nō facit mentionē q iuspatronatus pertinet ad laicū nō valet puisio tanq surreptitia:quia in dubio papa nō intendit velle preiudicare iuripatronatus laicorū.et idē tenēt doct.in.d.c.cū dilectus. qd not.in fi.glo. Cōtra hāc glos.z tex.facit.d.c.cū dilectus.inducendo alio modo.Nā ibi fit differentia vtrū iuspatronatus pertineat ad clericū vt ad clericū.i.rōne ecclesie.an vt ad clericū tanq laicum rōne patrimonij sui.nā qñ pertinet ad clericum vt ad laicū cēsendus est vt laicus. Sol.in casu nostro fuit facta decano rōne ecclesie.z sic pertinebat ad eū vt ad clericū. Et rō diuersitatis est qz qñ pertinet ad clericū vel ad laicū non mutauit ex toto naturā suā cuz possit adhuc redire rōne successionis ad laicos:sed qñ collatio est facta ecclesie:tūc ex toto mutauit naturā suam vt hic.z in.d.c.vnico.de iurepatro.†Sed diceres tu qño potuit pertinere collatio ad regē cōtra.c.massana.z.c.sacrosancta. de elect.nā lz psentatio possit ptinere ad laicū: non tamē collatio.qz per collat.onē transfert ius spirituale: z est qd mere spūale. vt in.c.ij.et qd ibi not. de prebē.lib.vj.Sol.duplex.prima vt intelligatur litera proprie capiendo collationē pro presentatione: et sic videtur glo.intellexisse.Scda pōt intelligi et pprie et tunc stat cōtrarium.sed tūc intellige qd ex priuilegio rex habebat collationē:vel ex prescriptione tanti tēporis de cuius initio non est memoria.nā voluerunt quidā qd rex tali modo multas acquisiuerit collatiōes.sed tu vide plene in.d. c.in nouella per Joan.an.vbi disputat ex prescriptione tanti tpis possit hoc ius cōpetere laico.sed certe de rigore dicendum est q non: qz sine possessione,nō pcedit prescriptio: et laicus est incapax[f] possessionis iuris spūalis in.c.cām.de prescri.z ibi vide plenius. ¶ In glos.fi.in fi.Hoff.tenet quod si appellatio pcessit puidēdū est de pbendis prius vacātib⁹.sec⁹ si collatio fuit facta appellatione nō precedente.Jo.and.dicit recurrendum ad.c.si capitulo.z.c.si soli.de cōces.preben.lib.vj.vbi habet q si scribitur ordinario collatori:z dat executor ad prouidendū in defectū illius: tūc p solam insinuationē executoris affecta est prebēda primo vacatura.idē si scribitur executori ad cōpellēdum: et ille interdicit ordinario collatori ne conferret. naz per hoc adeo afficit prebēda vt nō teneat collatio alteri facta vt in iuribus preall. Et in istis casib⁹ tenēda est prima opi.glo.vt de prebēdis antiquis prouideat.his eni cessantibus puto qd sola appellatio,nō impedit vires collationis: qz a principio nō impedit ptātem cōpetentem parti lz suspendat iurisdictionē iudicis.de quo per Innocē.in.c.quia propter.z in.c.cū inter.de elec.z in.c.ad dissoluendum.de despon.impub. ¶ Ultimo opp.ɔ tex.videtur eni q iste appellans non debuit remitti ad istos iudices qui per prius pcesserunt vt in.c.accepta.de appel. Sol.hoc fuit de consensu ipsius appellatoris. ¶ †Sed doct.hic reuocant in dubium vtrū petēs se remitti ad iudicem a quo debeat condemnari in expensis: z vr primo q sic per.c.interposita.de appel. Cōtrariū tenēt hic docto.dantes bonā limitationē ad.c.interposita.de appe.vt non procedat cū iuste appellans petit reuocari grauamen seu remitti petit ad iudicem a quo:vt hic accidit. In ɔrio eni fuit appellatum friuole.et anteq de iuribus appellationis cōstaret petijt se ad prio rem iudicem remitti quod no. Abbas.

1 ☞ Pueri non possunt habere beneficia requirentia residentiam.4.6.12.

Beneficiati sunt inhabiles ad alia beneficia obtinenda: quia non possunt vtrobiqz residere.2.etiā si vnum per se non sit sufficiens.3.vide.j.de cleric. egrotan.c.ij.nu.6.

4 Canonicus non potest quis esse in ecclesia cathedrali ante.xiiij.an.de quo late.nu.6.7.12.

5 Clericus debet residere per se in beneficio etiam simplici.

7 Abbatissa debet esse in etate.xxx.annorū.abbas vero.xxv.

Tempus.xxv.an.est sufficiens ad obtinendā omnem dignitatem preter episcopalem.2.

8 Qd statuitur in abbatissa nō trahit ad abbates.

Masculinū concipit femininum sed non econtra.

9 Prior conuentualis habens collegium sub se: vel habēs ex consuetudine curam animarum debet esse annorum.xxv.z nō minus: alias potest esse in minori etate:vt hic dicitur.

Presbyter non potest fieri minor.xxv.an.

10 Monachus potest esse minor.xiiij.annorum.

Monasterium est obligatum ad sustentandū monachos.

11 Episcopus non potest esse minor.xxx.annorum.

Super inordinata.

1 †Pueri z alij beneficiati non sunt idonei ad beneficia consequenda. hoc dicit inherendo verbis litere.Et in prima ponitur decisa consultatio.In secunda rationis ratio.In tertia respōsio.secunda ibi:cum aūt.tertia ibi:cōsultationi. ¶ Casus literalis. Querebatur vtrū pueri z beneficiati dicantur idonei ad aliquod beneficium obtinendum: z respondet quod cum pueri z beneficiati non possint seruire in ecclesia non debent dici idonei in eadem.Bernar. ¶ †Nota pri

f ¶ Est icapax.ad de q voluit Old. consi.j.vbi an rex possit cōferre beneficia. Anto.Francis. ¶ An rex possit cōferre bñficia dicas qd rex vngarie z rex anglie ofe runt pbēdas z bñficia ex priuilegio pape:vt p bal.i.l. rescript.in pe.col. in vs.z iō rex anglorū.C.d pci.im per.offer.z quā libertatem habeāt reges in eccl'ijs et quam illis dare possint. vide In. in.c.auditis.i pn. de in inte.rest.nec mir cū reges oēs subsint pape . vt in.c.p venerabilē. qui fil. sint legiti. vbi p Inn. et per Old.in ɔsi.lxxix. inci. cōsueuit dubitari. Sebasti. Sapia.

f ¶ Incapax.q laicus sit incapax iuris spūalis ēt concurrēte pscriptione tāti tpis cuius initij meoria non existet tz Card.in cōsil.lxxxviij.inci. capitulu ciuitatis se.Raph.cu.i ɔsi. lxiij.inci.titius et semproni⁹.et late Fel.i.d.c.cā. col. j.s.de pscri.z i.c. accedētes.eo.tit. And. sicu.in cōsi. xxxv.inci. sapienter scribitur. colū. vij.in.ij.vol. q tñ declarat vt p ale. in ɔsil.vj.in.j.vol. z in cōsil.lxxiij.in iiij.vol.inci.viso.z i disputatiōe sua inci. sigismund⁹. Feli.i.c.dilecto.in pn.s.de testi. vbi pōit qñ laic⁹ possit habere ius cōferendi beneficia.

mo ex ratione rationis vnā regulā generalem qđ is đr idoneus ad beneficiū qui potest et vult in eo deseruire:ꝛ sic requiruntur potestas et voluntas. Et ex hoc ꝛ ex decisa infert qđ ꝓbenda de iure cōi reqrit residentiā.ꝛ pro hoc.c.extirpande.in.§.qui vero.s.eo.vbi notāter colligit qđ residentia debita prebēde ꝓiudicat residentie parochialis ecclie: ꝛ maxime colligit hic ex ver.oporteat. qđ est verbum necessitatis. ¶ †No.ij.ꝙ beneficiatus nō est idoneus ad bñficia consequēda.ꝛ cū hic tex.indistincte loquat de bñficio intelligi debet de quolibet bñficio.ꝛ intellige qñ tale est beneficiuꝫ ex quo potest sustentari:alias aūt si beneficiū nō reqreret residentiā bene puto eū idoneū ad aliud obtinendum.pro quo vide bo.gloss.in.c.dudum.s.de ele. secus si reqrit residētiam: qꝛ tunc est quid sibi imputetur quare illud acceptauit.dꝫ eīn esse cōtētus ea vocatione qua vocatus est: ꝛ querere sibi victū ex industria.xxj.qō.j.c.j.ꝛ.xci.distin. in.c.clericus victū.ꝛ ad predicta vide bonū tex.in.c.is.cui.eod. ti.lib.vj. ¶ †Itē no.ex tex.bo.argumētū ꝛ quasi expꝛessum qđ ante.xiiij.annū nō potest quis institui canonicꝰ in ecclesia cathedrali.nam puer proprie qs dicit a.vij.anno.vsqꝫ ad.xiiij.tunc incipit adolescentia.de quo vide plene per gl.in proemio sex. vbi distinguuntur hoīs etates.ꝛ de hoc.j.plenius dicet. ¶ †No.ibi deseruire in ea ꝛc.tex.apertū qđ quis tenet deseruireª per se etiam in beneficio simplici.nā nullibi dubiū est ꝙ puer beneficiatus possit deseruire beneficio ꝑ aliū: sed hi dicunt impotentes ad seruiēdum: qñ per se seruire nō possunt vt tenentur. ¶ †In glos.j.ibi:sed huic stādum est tanꝗ posteriori videtur glo.hec se referre ad primam opinionē vt hodie ante.xiiij.annū nō reputetur quis idoneus ad beneficia etiā simplicia ob timenda quia est impotens ad seruiēdum propter defectū etatis.sed glo.Jo.an.habet in contrariū in.c.si eo tēpore.de rescrip.lib.vj.que reputat idoneum quēlibet puerum ad beneficiū simplex obtinendū.Et đr puer vt dixi a septimo anno vsqꝫ ad xiiij.et videtur probari opinio sua.in.c.ex eodē.de elec.in.vj.vbi minor.xiiij.annis habuit canonicatum in ecclesia cathedrali.ꝛ dicitur ꝙ interim nō habet vocē in caplo.Et circa hanc materiam scribunt hic aliqua docto. ¶ †Sed plenius expediēdo materiam cum queritur de etate requisitaᵇ ad quēlibet circa beneficium distingue sic.Aut est beneficium regulare:aut seculare. Primo casu si est abbatia:tunc in abbatissa requirit etas.xxx.ann. vt in.c.indēnitatibus.de elec.li.vj.In abbate vero non reperitur tempus expressum.sed cōiter dicimus qđ requiritur tempus.xxv.ann.per.c.cū in cunctis.in.§.inferiora.de here.vbi regulariter ad quālibet dignitatē obtinendam sufficit illud tps. ¶ †Nec statutū in abbatissa dꝫ trahi in abbatē ꝛ vide gl.que hoc tenet in.d.c.indēnitatibus. Ex quo no.ꝙ ꝓuisuꝫ in abbatissa nō trahit ad abbatem qꝛ lꝫ masculinū cōprehendat femininū: nō sic ecōtra.de quo vide bonā glo.in cle.attendētes.de sta.regu.nec est eadē rōᶜ in vtrisqꝫ.nam ꝓpter debilitatem sexus mulieris olim reqrebat qđ esset septuagenaria. ¶ †Si vero est priorat^9: ꝛ tūc si est cōuentualis habens collegiū sub se requiritur tps xxv.ann.argu.in cle.ne in agro.in.c.ceterū.de sta. reg.Si vero nō est cōuentualis.ꝛ tunc si hꝫ curam animarū subdistingue. Aut ex cōsuetudine prior exercet curam per se.ꝛ dꝫ habere.xxv.annos.ꝙꝙ enim hoc non colligatur expresse ex illo text.satis colligitur ex mēte ꝛ rōne aliorū iurium. nā nō pōt quis exercere curam nisi sit presbyter ꝛ nō potest quis esse presbyter nisi sit.xxv.anno.vt in cle.generalē.de eta.ꝛ qualita.ꝛ pro hoc.qꝛ in ecclesia seculari curata requirit illud tps.vt in.d.§.inferiora.Si vero curā nō exercet ꝑ se:tunc videt sufficere tps.xx.ann.vt in.d.§.ceterū. Aut est prioratus sine collegio ꝛ sine cura.ꝛ tunc vr velle Fede.cōsi. xlvij.vt sufficiat tempus.vij.ann. Adduco no.per glo.in.d.c.si eo tpe. Item qꝛ nō pōt dici dignitas ex quo non habet collegiū:ergo est simplex beneficium.sed hoc dictum non puto verū. Aut intellexit de prioratu regulari.ꝛ tunc aperte dictum suū est falsum:qꝛ si non est professus non potest habere prioratum.in.c.nullus.de elect.lib.vj.ꝛ professus esse non pōt ante.xiiij.annum.vt in.c.j.de reg. lib.vj. Aut intellexit de prioratu seculari:ꝛ tūc dictum suū dependet ex alio nunqđ post.vij.annum possit qs habere ecclesiam non curatā: ꝛ credo ꝙ non.vt.j.subijciaꝫ.In scđo principali mēbro dico ego qđ si est prioratus nō habēs collegiū nec curā requirit ad minꝰ tps.xiiij.anno.argo.c.indecorū. de eta.ꝛ qualita.ꝛ in.d.§.ceterū. ¶ †Ex his etiā habes qđ de monachatu.naꝫ requiritur tps.xiiij. anno.vt ꝓdixi.lꝫ Hosti.appellet monachatum beneficium simplex: non tñ proprie videt beneficiū. sed potius est quoddā votū solēnizatū per confessorem vt in.c.vno.de voto.lib.vj.sed forte habuit respectū qꝛ per monachatū quis acquirit ius collegij:ꝛ hꝫ monasteriū obligatū ad alimentādum euꝫ:vnde hoc respectu potest dici ꝙ habet beneficium simplex sicut is qui intrat aliqđ collegiū clericorū seculariū vbi bona sunt cōia.arg.c.qm.s.de vita ꝛ hone.cle.ꝛ hec ꝓcedūt quo ad primū membrum. ¶ †Venio ad scđm cuꝫ beneficiū est seculare:quo casu dic aut est epatus: ꝛ requirit qđ exegerit.xxx.annū.in.c.cum in cunctis.ꝓealle. Aut est dignitas inferior:et tūc requirit qđ attingat.xxv. annum.vt in.d.§.inferiora. Aut est beneficium curatum:ꝛ tunc requiritur eadē etas.vt in.d.§.inferiora.eps tñ dispēsat dūtaxat in ꝑsonatu nō curato:et tunc sufficiat etas.xx.annorum.in alijs non dispensat.vide bon.text.in.c.j.de etate ꝛ quali.lib. vj. †Si vero est beneficium sine cura.ꝛ sit simplex et tunc sunt opi.vt dixi.mihi satis placet opi.Calde.qui voluit qđ si beneficiū sonat in nomen rectorie vt puta qa est ecclesia vel capella per se stans et habēs clericum ad suū regimē:ꝛ tūc ad minus requirit tēpus.xiiij.annorumᵈ.ꝛ de hoc videt casus in.d.c.indecoꝝ.nō cauillādo literam.lꝫ glo.aliter ibi intelligat:naꝫ in hoc beneficio rectorie non dꝫ requiri tps.xxv.annorū.qa cuꝫ hoc caueat specifice in curatis.vt in.d.§.inferiora. videtur aliud dicendum in non cur aris.arg.in.c.nōne.de presum. nec videt sufficere etas.vij.annorū. qꝛ cum habeat regere ecclesiam indecens est vt talis dicat idoneꝰ qui nescit gubernare seipsum.vt in.d.c.indecoꝝ.et ex hoc impugnatur dictū Fede.predictum si intellexit de prioratu singulari ꝛ seculari. Aut non sonat in vocē rectorie:sed est beneficiū in ecclia. ꝛ tūc si requirit maturitatē ꝯsilij: exemplum in canonicatu ecclie cathedralis:ꝛ tūc tenet hic Host.ꝛ Archid.in.d.c.si eo tpe.qđ requiritur etas.xiiij.annorum.nam ante illā etatem nō potest sapienter iura tractare:sicut dicimus in milite volente testari ante illā etatem.l.lꝫ.ff.de testa.mil.gloss.tamen in d.c.si eo tpe.sentit oppositū per.d.c.ex eo.Sed Archi.rñdet ꝙ illud continet dispēsationem. et quia dispensatiue ille fuit promotus in casu illius.c.ante.xiiij.annos.ꝛ vt audio curia seruat hāc opinio. Archidia.ꝛ Hosti.ꝛ iudicio meo videtur text.hic nō improppriādo verbum pueri expositum in text. Si vero nō reqrit maturitatē consilij:ꝛ tūc sufficit etas.vij.annorum ꝛ hoc casu serua no.in.d.c.si eo. ꝛ per glos.hic pone exemplum in prebendis clericalibus.nam in multis ecclesijs sunt beneficia pro clericis minoribus qui tamen non sunt de collegio:sed tamen simpliciter beneficiati: in istis bene potest prouideri istis minoribus: ꝛ per hec habes etatem requisitam ad quodlibet beneficium quod notabis.

1 Prebenda non debet diuidi pro integratione alterius.

2 Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.

Falcidia tunc detrahitur de legatis ad pias causas quando est instituta ecclesia heres.

3 Prebēda iniusta ꝛ tenuis quomodo reintegrat.

Cum causam. †Pro vniꝰ prebende integratione alia diuidi non debet.h.d.Communis diuisio. Secunda ibi:

✝ Sebasti. Sapia.

a ¶ Deseruire. In ꝯrium est ꝯsuetudo fm Cardina. ꝛ Inno.in.c.fi.de cle.nō resi.ꝛ Maria.soc.in repet.c. tue.l. viij.q.eo.tit. de cler.nō resid.refert Feli.in.c.dilectus filius.ij.col lū.ij.ver. pria cōclusio.s.de rescri.

b ¶ De etate requisita.adde vidēdū Lap. alle. xxxvj. do.de Rota deci. suis in antiqs.de eta. ꝛ quali. Ro. consi.cccxxv.

c ¶ Nec est eadē rō. Ro.bñ ista verba per que elicitur ꝙ qñ est eadē rō femininum cōcipit masculinum:ꝛ est ipsa veritas.hinc est quod si statutū disponit qđ qs non possit tenere capras in aliq̄ villa non pōt tenere et hircos vt ꝑ Albe.de rof.in.j.parte statutorū.in.q. xiiij.inci. sꝫ qđ si statutū est i villa. ꝑ q̄ facit elegans dictū do.Ant.de but.in.repe.c.fi.in ix.charta. đ ꝯsue. ꝙ qñ rō est vtrobiqꝫ indifferens: tūc etiā femininū ꝯcipit masculinū qđ diligenter notat Aeneas đ fal. Anto.Francis. ¶ An masculinū ꝯcipiat a femi nino dicas reglariter qđ ñ.l. si ita scriptū. i ꝑn.ꝛ ibi ꝑ bar.ff. de leg.ij. ꝛ iō monachi nō veniunt appellatiōe monialiū. de q̄ ꝑ Car.i cle.j.de cōsan.ꝛ affi.ꝛ per Bal.ꝛ Alex.in.l. sꝫ si hac lege.§.liberos.de i ius vocā. et l.l.iura.post bar.ff.de leg.et ꝑ And. barb.i ꝯsi. q̄ incipit spālis. q̄ cōsi. est positū post consil. xlvj. Alex.in. iiij. par-

te ꝯs.ꝛ ꝑ eūdē alexā.in ꝯsi.lxvj.ꝛ in l.seruꝰ.ff.đ leg.iij. de quo vide gl.in stitu.qui dari tu. pos.i.§.fi.ꝛ ꝑ Cy. ꝛ doc.in.l.qcūqꝫ. C.đ seruis fugiti. Quid aūt ecōtra an masculinū cōcipiat femininū. vid do.car.i cle.j. in prin.in.vij.q.đ reg.ꝛ ꝑ alex.i.l.si extraneꝰ.ff.đ ꝯdi. ob cau.ꝛ i.l.ꝙ oꝛ. ff.de ver.obli. ꝛ ꝑ Car.in cle.j.i.ij.q. de sepul.vbi dicit ꝙ masculinū concipit femininū in legibus in constitutionibꝰ pape ꝛ in cōstitutiōe epi qđ tñ est vetum ex quadaꝫ interptatiōe ꝛ nō ex ꝓprio significatu:ꝛ ꝑpt idētitatē rōnis vt ꝑ car.plene in cle. j.i.ij.q.de elec.ꝛ i cle.j.in.v.qō.đ bapti.ꝛ ꝑ bart.i.l.j.i ꝑn.ff.de pec.ꝛ per Jo.de imo.in.l.si ita.de lega.ij.ꝛ ꝑ d.Abb.in.c.significauit.de rescrip. vbi etiā ponit nūqđ i rescriptis masculinū concipiat femininum.

✝ Sebasti. Sapia.

d ¶ Tempus.xiiij. annorum. Idē tꝫ Joā.an.ꝛ Gemi. i.c.si eo tempore. de prebē.lib.vj.et Joā.de imo.hic.

ibi: cõsultationi. ¶ Casus literalis. Quidam canonicus sancte crucis Joannes noie habebat integram prebendã: vnde orta fuit contentio inter ipsum et episcopũ aurelianensem super integratione prebẽde. idẽ Joannes impetrauit cãm cõmitti super hoc vt prebendã ei faceret integrari: dubitauerunt iudices vtrũ aliam prebendã deberẽt scindere pro integratione prebende dicti Joãnes. Cõsultus papa rñdet q nõ fuit intentionis dñi pape q aliqua prebenda de nouo scinderetur propter
2 reintegrationẽ predictã. Ber. ¶ † No. tex. q nõ est fauendũ priuilegia
a to cõtra pariter[a] priuilegiatũ[b]. ¶ Et facit hec lra q priuilegiatus nõ
b vtitur priuilegio suo cõtra pariter priuilegiatũ: de quo p Bar. i auf. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. dico in. c. in presentia. de pbat. Et hec litera facit optime ad. q. Nunqd ecclesia cõstituta heres possit detrahere falcidiã de legatis ad pias causas seu alijs ecclesijs: et vr q sic qz nõ dz ecclesia legataria vti priuilegio sibi cõcesso in preiudiciũ ecclesie que est instituta heres lz gl. videatur dubitasse. xvj. q. iij. põtifices. sz optime facit tex. in ar. in auf. de sanctissi. epi. in fin. §. sz et hoc psenti. et glo. in. d. c. in psentia. in fi. vbi dico. Itẽ allegat iste tex. vulgariter q nõ dz vnũ altare discooperiri vt aliud cooperiat. et facit vt non seruia
3 mus vni amico in preiudicium alteri[9] amici. ¶ † Not. q prebẽda nõ iuste diuisa: nõ potest petere partẽ alij assignatã: sed contra diuidentẽ agitur ad integrationẽ. tenuit ergo diuisio lz fieri nõ debuerit. vide q dixi in. c. maioribus. s. de eo. Et glo. vlti. instat hic qualiter fiat reintegratio seu de quibus bonis doctores etiam sunt varij: sed colligẽdo et veritatem annectendo: dic q potest integrari ex bonis cõibus si super sunt. ar. in. c. cum. m. de constit. Itẽ ex redditibus superexcrescentib[9]: vt ibi. Tertio ex fructibus prebende vacantis dũmodo sufficiat canonico postmodũ ibi instituendo. tex. est in. c. vacante. s. eo. vnde intelligẽd[9] est iste tex. qñ prebẽda nõ esset sufficiẽs ad integrandã vnã et pui dendum congrue canonico instituendo.

1 ☞ Clerici ignobiles vel nõ eminẽtis scientie nõ repelluntur a beneficijs, lz ad ea obtinenda tales admitti non fuerit consuetum.
2 Beneficia ad sedem apostolicam deuoluta: potest cõferre cardinalis legatus in loco vbi vacant: beneficia vero que vacant in curia sol[9] papa confert.
Beneficia quãdo dicantur vacare in curia: vide remissiue.
3 Scientia eminens nõ requitur in beneficijs maxime simplicibus. 8.
Scientia qñ dicatur eminẽs sufficiẽs: vel mediocris. 8.
4 Consuetudo q ignobiles nõ admittantur in canonicos nõ valet: qz apud deum non est acceptio personarũ. nu. 6.
Consuetudo rationabilis valet contra canones: statutum vero non.
Appellatione dignitatis nõ venit epatus in odiosis.
7 Nobilis et plebeius si sunt pares virtutibus quis preferatur.

1 **Venerabilis.** † Clerici ignobiles et nõ eminẽtis scientie propter hoc non debent a prebendis repelli etiã in ecclesia que tales admittere nõ cõsueuit. h. d. vel sic. Defectus nobilitatis vel eminẽtis sciẽtie nõ repellit quem a consecutione prebende etiam in ecclesia que nobiles dũtaxat et viros eminẽtis scientie recipere cõsueuit. In pria ponitur facti narratio. In scda exceptionis repulsio. et cause cõmissio. ibi nos igitur. ¶ Casus literalis. In ecclesia argẽtina quedam pbenda vacauerat tanto tpe q ipsius collatio ad sedem apostolicã fuerat deuoluta. Eps portuẽ. tũc legatus in partibus illis cõtulit illã prebẽdã cuidã clerico. J. nomine: sed capl'm illius ecclesie nõ recipiebat eundẽ: vnde prefatus eps petijt a papa vt suam collationẽ faceret obseruari. Ex aduerso pposuit pcurator capituli: q hoc audito capitulũ allegauit antiquã consuetudinẽ illi[9] ecclesie: q nullũ reciperent in suum cõsortium nisi nobilẽ liberum: et ab vtroq parente illustrẽ: honeste conuersationis et eminẽtis sciẽtie. et nec q hoc fieret ad sedẽ apostolicã fuit appellatũ: maxime cũ illa prebẽda tũc vacaret anteq monitorias literas vel executorias recepissent. Dñs papa considerans q nobilitas generis: nõ facit deo gratũ et idoneũ seruitorẽ sz poti[9] virtutũ et vite honestas et dominus paucos nobiles et potẽtes ad suũ eligit seruitium. sz ignobiles et pauperes cũ nõ sit psonarũ acceptio apud deũ. et vix ad dignitates inuenatur vir eminentis scientie nedum ad prebendas: vnde papa hmõi exceptiones nõ admisit: vnde mãdat q si cõstiterit predictã prebendã vacasse qñ legatus dicto. J. ipsam contulit: illũ faciat recipi
2 ad eandẽ. Ber. ¶ † No. pmo ibi: ad sedẽ apostolicã deuoluta et c. text. opti. q legat[9] cardinalis põt conferre beneficia ad sedẽ apostolicã deuoluta: et hoc clare probat hec litera eam non cauillando. lz aliqui dixerint tenendo oppositum q hic per nullitatem collationis legat[9] hoc petijt gratiose a papa confirmari: sed certe non petijt legatus vt validaret collationem sed vt eam executioni mãdaret: qz propter potẽtiã canonicorũ nõ potuit ipse exequi et de hoc vide bonã gloss. que hoc disputat et finaliter tz in. c. j. de offi. leg. lib. vj. et in cle. si de beneficio. eo. titul. secus dic in beneficijs vacantibus in curia illa em sol[9] papa cõfert vt in. c. ij. j. eod. titu. lib. vj. et dicuntur vacare in curia fm ea q habent
3 in. c. presenti. eo. tit. li. vj. ¶ † Not. q eminẽs scientia[c] nõ requirit neccessario in beneficijs maxime simplicibus. et q dicatur scientia eminẽs vide pulchre per Innoc. in. c. cum i cunctis. de elec. vbi dixit illam dici eminentem que sine reuolutione librorũ dissoluit difficiles questiões. vnde hec in paucis reperitur: et ibi vide per eũ que
4 dicatur mediocris et que sufficiens. ¶ † Not. ij. q non valet statutum quod viget in multis locis alemanie vt ignobiles non admittant in canonicos d ecclesiarum cathedraliũ. nã apud deũ nõ est acceptio personarũ vt hic et in. c. nouit. de iud. nã cũ cõsuetudo cõtra reprobet hic fortius nõ vz statutũ cũ consuetudo cõtra canones sit maioris roboris q statutum hinc est cõsuetudo alias rõnabilis valet contra canones: vt in. c. fi. de cõsue. sed statutum nõ vz vt in. c. q sup his. de maio. et obe. no. Jo. an. in. c. fi. de offi. archi. ratione diuersitatis dixi in. d. c. fi. de cõsue. ¶ No. q duplex est nobilitas: quedã generis et in hac sunt laudãdi parentes. vñ ã ibi. Si nobilis es landa parentes. ad hoc. c. nunq. lvj. distin. Alia ẽ nobilitas virtutũ: et ista est nobilitas animi et preponẽda nobilitati generis. vñ pulchre inquit Cice. in inuectiua cõtra Salustiũ. Sancti[9] est me meis fulgere moribus q maiorũ opinione niti: vt sim posteris meis nobilitatis initiũ et virtutis exemplũ. et cõtra eundẽ dixit. Qd deficit in te incipit in me. quasi volebat inferre q Salustius degenera-
d bat genus suũ sz ipse ppris virtutibus [d] pstabat suis initiũ nobilitatis. Sed tñ vbi cõcurrunt duo vincula: qz qs est nobilis ex virtutibus parentum et virtutib[9] pprijs: et tũc pfecto est magis honorãdus: qz duplex decor fulget in eo: et parentũ: et proprius: lz sit magis cõmẽdandus is qui ex pauperibus parentib[9] ortus virtutibus se dedicauit q is q ex nobili pgenie oriũdus fuit. Ratio qz nobilis habuit exẽplar nobile suorũ et occasionẽ maximam vt esset virtuosus: sz ex pauperibus natus est solũ dei virtute mirabilis. ita aperte vr velle tex. in. d. c.
e nunq[e]. lvj. dist. ¶ Not. q nobiles et potentes non sunt respuendi in ecclesia dei cum ipse xps qui est caput ecclesie quosdã nobiles et potentes ad ipius regimen elegit: vt Bartholomeũ et Paulũ: potentia ergo et nobilitas nõ degenerant in dignitatib[9] ecclesiasticis: nec contrarium probat hec litera sed solum vult q defectus nobilitatis vel potentie nõ
5 repellat. ¶ † No. ibi: vix ad culmina dignitatum: q reperitur culmen dignitatis. et sic videtur q appellatione dignitatis nõ veniũt ista q sunt dignitatum culmina: vñ in statuto odioso faciente mẽ-
f tionẽ de dignitate nõ veniũt epatus[f] qz sunt dignitatum culmen. ita dicit glo. sing. in. c. ij. j. e. tit. libro vj. et satis probat hoc dũ non appellat dignitatem sed dignitatũ culmẽ. Et not. ex illa dictione vix. q reperiunt hoies eminẽtis scientie. lz cum difficulta
6 te. nam lz q vix fit: tñ fit: sed cũ difficultate: vt in. c. per catechismum. de cog. spi. lib. vj. ¶ † In glos. j. ibi: quãtũcunqz sit obtẽta et antiqua no. bñ glo. q consuetudo de qua in tex. est imprescriptibilis intellige respectu defectus nobilitatis et eminentis scientie. et hoc ideo qz hoc est cõtra honestatem ecclesie apud quã principaliter dz cõsiderari vite honestas. facit. c. cũ decorẽ. s. de vi. et ho. cle. ¶ In gl. in ver. liberum ibi: sed hic nõ assumit liberum: sed et põt dici q etiã si assumebat liberũ pprie p eo qui caret libertate nulla orit absurditas: qz papa hic nõ repulit istã exceptionẽ nec illam ex defectu honestatis: tñ intellectus glo. est bonus: qz non allegasset ad hoc cõsuetudinẽ qz de iure cõi nõ est ordinandus. vt. s. de ser. nõ ordi. per totũ. vñ dicũt do. q loquebant isti fm vulgare theutonicorũ: qui in quibusdã locis appellãt liberos eos qui non sunt f alicui dño obnoxij ad aliqd seruitiũ seu debitũ ex-
7 hibẽdũ. facit. s. de ob. ab ratiocina. c. vno. ¶ † In glo. in ver. non multos. no. bene hanc gl. primo q paulus et bartholomeus fuerũt nobiles: alij vero apostoli ignobiles. Et ex hoc infert q oẽs indifferenter sunt vocandi ad regimẽ eccle: dũmodo alias sint sufficientis sciẽtie et honeste vite. Quid autẽ si in nobili et in plebeio cetera sunt paria quis prefe-

a ¶ Pariter priuilegiatum. adde videndum ro. consi. ccclxix.
b ✝ Sebastia. Sapia. ¶ Pariter priuilegatum. qñ priuilegiatus possit vti priuilegio cõtra priuilegiatũ tradit Fel. in. c. in pñtia. colũ. xiiij. versi. sz aduerte diligẽter. s. d pb. post abb. ibi co. x. vsl. et qñ iste articul[9].
c ✝ Sebasti. Sapia. ¶ Emmẽs scia. Que scientia requirat in prelatis. vide pulchre per feli. in. c. si qñ. col. pe. versi. dũ gl. hic dicit. s. de rescrip.
¶ Virtutib[9]. adde illud virtute decet non sanguine niti. et dicit Ro. sing. suis. foli. xix. q nobilis sciẽtia preferẽdus est in successiõibus nobili genere et alia ibi vide de nobilitate. et stãte statuto. de q. s. an eps possit dispensare q ignobilis eligatur vid eñs. f. xiiij. Anton. Francis.
¶ Circa hoc qd dz de nobilitate. dicas q illa nõ cõsiderat ex progenie sz poti[9] ex virtute vt p pau. de ca. in q. cxxviij. et cxxix. vbi alle. illud dictũ iuuenalis tota lz veteres etc. et adde qd nobilitas ingenij et scie prefert nobilitati sanguinis de q p Cyn. i. l. qsqs. C. d postula. Tñ nobilis ẽt dr a sãguine claro iuxta no. i cle. j. in pñ. de sen. exco. ibi tn dicit Car. q nobilitas sola est q animũ virtutib[9] et morib[9] exornat. de q in. c. venerabilis. de preb. et vide ẽt bonũ tex. in. l. ij. et §. sz ampli[9]. et ibi bar. ff. de excu. tu. vbi hr q nobilitas ex snia causat de quo ẽt no. i. l. p uidẽdum. C. de postu. et quõ probatur nobilitas. vid pau. de cast. in cõsili. cxxviij. et seq.
✝ Sebasti. Sapia. ¶ D. c. nunq. illum tex. ad hoc dt singularem. d. and. siculus in cõsil. lvij. inci. preclare scribitur. colũ. viij. in ij. vol. vbi aliqua ad propositum.
¶ Epatus. adde do. Car. consi. v. et quid de abbatijs ibidem.

rendus sit an habeat vel dz haberi respectus ad nobilitatē.vide qd dixi in.c.cōstitutis.el.ij.de app. post,Hosti.z in.c.officij.de elec.¶ Scdo no.ex gl. ibi ad regimē ecclesie q non solum petrus sed oēs apostoli fuerunt electi ad regimen ecclie.vt est hic tex.z vide.xxj.di.in nouo.z.xix.di. i.c.ita domin9. z in fi.gl.nō soluit ɔtrariū.dic q.c.de multa nō dicit defectus nobilitatis debet quem repellere a pmotione:sed q cum nobilibus z literatis dz dispēsari in pluralitate beneficiorū:qz habēt subire plures sumptus.nam ecclesia dz prouidere cuilibet fz eius indigentiam vt plene dixi in.d.c.de multa.

¶ †In glo.in ver.eminentis.in fi.pōdera glos.nā ex ea potest colligere tres qualitates scientie. Et qdam est eminens z ista necessario nō requiritur in aliqua persona z raro contingit. Scda est scientia mediocris. Tertia est sufficiens. Unde mediocris tenet mediū inter eminentē z sufficientē. z dr sufficiens fm qualitatē persone z ipsius officij. dz eniz habere talem scientiam per quā sciat regere et gubernare officiū sibi cōmissum.z vnde per Inn. vbi clarius declarat in.c.cū in cūctis.de ele. Et peccat clericus qui defectā patitur scientie si inopia nō excludit eum a studio literarum.vide per Inn. in.d. c.cum in cunctis.z in.c.j.de sum.triñ.z facit.c.nisi. in fi.de renun.

☞Beneficij appellatione non venit dignitas vel rectoria:nec beneficiū curatū.3.7.nisi non reperiretur aliud beneficium curatum.6.

Rescriptū quo mādatur alicui prouideri de beneficio:nō includit dignitatē vl' rectoriā.2.nisi fuerit dictum de beneficio competenti quo casu intelligitur secundū qualitatem persone.6.

Differentia est an alicui prouideatur in ecclesia: vl' de ecclesia.

Rescriptum principis recipit interpretationez ab intentione sua.

Excōicatio lata a delegato pape vltra contēta in delegatione est ipso iure nulla.

Excommunicatio lata a delegato contra intētionem delegantis:an sit ipso iure nulla.

Excommunicatio lata sine cause cognitione tenet licet sit iniusta.

Sententia lata contra clausulam incertā in rescripto concernentem instructionem circa merita cause:tenet si ab ea non appelletur.

Mandatū non debet esse frustratorium.

Appellatione ciuium an veniant comitatiui: vel econuerso.vide remissiue.

Ciuitatis appellatione veniunt suburbia.

Executor datus ad beneficia potest primum vacaturum sibi reseruare:z collatori ordinario interdicere ne conferat.

Cum olim.

†Rescriptū quo mandat' alicui de beneficio prouideri:rectoriam vel dignitatem non includit.vel sic. Si mandatur prouideri in ecclesia nō pōt de ecclesia prouideri. Prima pars narrat executoris processum: secūda reuocari mādat dicēs quare ibi: cū igitur. ¶ Casus literalis. Dñs papa mandauit priori sctē marie vt gui.diacono autoritate apostolica faceret prouideri in aliqua ecclia ciuitatis vel diocesis Lucane.dictus prior assignauit pfatuz Guil. in rectorem ecclie sancti Petri de vico.in qua per clericos eiusdem ecclesie rector eligi consueuit.z clerici non recipiebant eundem:quare excōicationis vinculo innodauit eosdem.significatū fuit domio pape qui respondēdo dicit cum mādatum apostolicum ad talia se non extendat:nec sit intentio dñi pape de conferenda rectoria vel dignitate cū pro simplici beneficio scribit:mandat quatenus tam institutionem hmōi q excommunicationē non tenere denuntiet. Ber. ¶ †No.j.ibi. in aliqua ecclesia.q si mādatur prouideri in aliqua ecclesia non includitur[a] rectoratus alicuius ecclesie : sed tm̄ dz prouideri de beneficio sito in ecclesia. Ex quo colli ge z tene menti q aliud est prouidere in ecclesia et aliud de ecclesia.z vide bo.gl.q allegat istum tex. in cle.j.ĵ.eo.ti. ¶ †Not.ij.ex principio iuncto fi. q cum mandatur[b] prouideri de beneficio intelligitur de simplici.nā papa in mandato non adiecit qualitatem simplicitatis: sz interpretādo mādatum suum dicit q iussio vr̄ emanasse pro simplici bñficio:z pbatur ratione:nā i literis impetratis ad beneficia debemus facere strictā interpretationem:vt in.ca.q̄uis.de preben.lib.vj. Item maior idoneitas requiritur in curato q in simplici:ideo nisi expresse fiat mentio de cura tanq de mādato generali non venit beneficiū curatū.[c] tex.est nota.in.c.cū in illis.e.ti.z li. ¶ †Itē no.ibi:nostra feratur intentio zc.q mādatū pape recipit vires a sua intētione.semp ergo coniecturāda est mens pncipis ad hoc.c.adeo.z.c.super literis.de rescrip. ¶ †Not.vltimo casum notabilē z qui alibi vt credo nō est ita expressus:q snia excōmunicationis lata a delegato pape vltra cōprehensa in rescripto delegatiōis est ipso iure nulla.[d] Et voluerūt quidā sumere ex isto tex.argu.q snia excōmunicationis lata a delegato ɔ intentionē delegātis ē ipso iure nulla. Uin.tamen in.c.ex insinuatione.de rescrip.dicit q quidā volentes facere nouam sectā:dixerunt q processus delegati aut est iustus aut nullus.si iniustus esset cōtra intētionem delegantis z p cōsequens nullus.arg.huius.c.sed profecto illud dictum nec primū non approbat' cōiter a doc.lz vt refert hic dñs meus dñs Car.multi doct. cōsuluerūt q snia excommunicationis lata a delegato contra intentionem delegātis esset nulla.sz nec sibi nec dño Ant.nec mihi placet hoc dictum.nam de intentione delegantis nō est q feratur excommunicatio sine motione z tamē lata etiā a delegato tz vt no. Innocē.i.c.illud.ĵ.d cle.excom.mini.vide etiam Inno.in.c.p illorū.s.eo. vbi dicit q lz snia excōicationis feratur a delegato sine cause cognitiōe:nihilomin9 tz licet sit iniusta.z generaliter de pcessu executorū iniusto.vide Innocē.in.c.ad aures.de rescrip.vbi tz illū tenere. vide etiā pulchrū dictum Inno.in.c.prudentiam.de offi.delega.vbi plus dicit q si delegat9 fert sniam contra clausulā insertam in rescripto concernentē instructionem circa merita cause:nihilomin9 tz snia:quoniam regula generalis hz q sententia lata contra ius litigatoris valet:vnde opus est appellare.vt in.c.cum inter.de re iud. Ad istum tex.dic q excōmunicatio fuit hic lata excedēdo vires madati.nam non habebat potestatē prouidendi de rectoria seu dignitate:ideo non potuit cogere ad obseruantiā illius qd nō cadebat sub potestate sua.z ad h vltimū no.semp hūc tex. ¶ † Sz quero quid si mandatur puideri in ecclesia de beneficio in ecclesia vbi dirigitur illud mandatū sunt prebende z alia beneficia minora nūqd possit prouideri de prebenda:doctores hic cōiter dicunt q nō:sed si nō essent ibi nisi prebende ne mādatum sit frustratorium poterit puideri de preben.arg.c.abbate.ĵ.de ver.sig.do.Car.dicit q nō videt' esse differentia.vnde etiā poterit in primo casu prouideri de pbenda nihil allegat:sz ego allego z adduco tex.in.c.pro illorum.s.eo.vbi simplr fuit mandatum.vt prouideretur de beneficio z vigore illius mandati fuit puisum de canonicatu z pbenda . sed nihilomin9 mihi plus placēt dicta docto.qz canonica est longe honorabilior q aliud beneficium simplex. vnde canonici dicuntur clerici primi gradus:z alij clerici simpliciter beneficati dicuntur secundi gradus.vt not. Innocen.in.c.sedes. de rescrip.ideo cum in rescripto sit fienda stricta interpretatio debem9 i dubio intelligere de beficio minori.arg.hic z i.c.j.z.ij.de fil.presby.li. vj.z in.c.q̄uis.de preben.li.vj. Nec ob.c.pro illorum. qz ibi fuit mādatum de beneficio cōpetenti.quo casu dicunt hic docto.q competens intelligitur fm qualitatem persone vnde si meretur canonicatum poterit prouideri de eo lz in ecclesia sint alia beneficia:z licet ipsi non allegent . tex.est nota.in.d.c.pro illorum. ¶ †Quid aūt si mandat' prouideri de beneficio prebendali vel alio:nunquid venit beneficiū curatū. quidam cum quibus transit Io.an.tenent q sic:per illam dictionē vel alio:quasi voluerit comprehēdere beneficium curatum sed moderniores tenent oppositum z melius.z contra hanc sniam antiquorū videt' tex.rotundus in.d.c.pro illorum.vbi dicitur q nisi fiat expresse mētio de cura non venit bñficium curatū. Nec ob.dictio alio.nā potius facit pro:quia regulariter dictio alius,facit positionem eiusdem qualitatis cum presentibus.vt not.in.d.ca.sedes. debet ergo intelligi mandatū de beneficio prebendali vel alio.s.simili:sed curatum nō est simile . vt in.d.ca.cum in illis. nam maior idoneitas z maior etas requirunt' in beneficio curato q in alijs simplicibus.vt dixi i.c.super inordinata.s. eodem. ¶ †In gl.j.in fin.nota.gl.z idem not. in.c.accepimus. d eta. z quali.in glo.penul.z vide quod plene dixi i.c.rodulphus.de rescrip. vbi tetigi an z quando comitatiui[e] veniūt appellatione ciuium z econuerso z videtur textus de ciuitate in.c.si ciuitas.de senten.excom.li. vj. vbi etiam habetur nunquid appellatiōe ciuitatis veniant suburbia:et dicitur q sic:quia prouisio faciens mentionem de ciuitate frustraret' effectu suo nisi comprehenderet suburbia:et in hoc est singu.ille text.in quo est materia odiosa quod appellatione ciuitatis non solum venit id quod muris clauditur sed etiam suburbia . Et ex hoc crederem q si statutuz dictaret q in ciuitate non possit exerceri certa ars ad effectū vt ciues sint intenti alijs artibus quod non poterit exerceri in suburbijs quia de facili ciues defraudarent dictam legem eundo ad suburbia.z pro hoc facit ca.super specula.ĵ.de priuileg.vbi interdicitur ne leges legantur parisius vel in locis vicinis. ¶ †In glo.ij.ibi.de conces. preben.quia cunctis.adde.lib.vj.z de materia hui9 gl. vide text.ibi z

an executor

a ¶ Non icludit'.adde Old.ɔsi.cccvj. Sebasti. Sapia.

b ¶ Cū mādat'. vide Fel.i.c. postulasti.col.vj.vsi.circa glo.scdaz.s.de rescri. vbi late qd veniat appellatione beneficij.

c ¶ Curatū. Adde cal.ɔsi. xiiij. h eo. titu.vbi ponit an habēs gratiā ad prebēdam possit obtinere prebēdā sacerdotalem. Aeneas Falco. ¶ Circa hoc qd hic dr an prebēda sacerdotalis debeat' expectāti vl' ɔtineatur in gratia expectatiua. adde do.Card.in cle .ij.in.§.j. in.xj. q.de eta.z qual.z si sit qō de prebēda iter plures vbi debeat iudicium agitari z qualiter vide spec.in tit.de act.z peti.in.§.super.in ver. sz qualiter.z seq.z p eundem in ti.de compe.iudi.adi.i pnc. in.ver.qualr ergo fiet.z adde q prebendarius agens possessorio ad prebendā non tenet' pbare fundū esse pbēde per quē acqsiuit possessionē pbēde.sz solū q illius fundi possessionē apphēdit vt per do.de ro. dec. cclxxx.inc.sz ex pdictis.i not.qd est not.p intelligētia eoz q hñt i.c.ɔsultationib9.de offi. del.z in.c.ex cōqstione.z i.c. cū ad sedē.de resti.spol.

d ¶ Ipso iure nulla. Adde Oldra. consi.lxxxj.

e ¶ Comitatiui. adde q ibi posui, Sebasti.Sapia.

e ¶ Comitatiui. Uide bar.in ɔsil. cxcvj.incipi . ciuitati camerini cuz multis alle.p Feli.i. d.c. rodolph9 in.vij.col.v.quarta ɔclusio.z p Lupo.bologni.in cōmēto theodosiani puilegij.in ver. vel comitatiuos.

an executor possit seruare sibi primam vacaturam vel aliã et iterdicere collatori ordinario ne cõferat. vide hodie tex. in. c. executor. ꝛ in. c. si capitulo. de conces. preben. lib. vj. ꝛ de executore dato ad compellendum. vide bonum textum i. c. si soli. eod. titu. lib. vj. ꝑ quem textum reprehẽditur opinio huius glos. in fi.

De clerico egrotante vel debilitato. Rubrica.

Cõtinuatur ad precedẽtia hoc ordine. Supra visuz est de clericis non residentibus ꝛ de prebendis non cõferẽdis eisdem: sed quia dubitari poterat nũquid eis egrotantibꝰ sint prouentꝰ ecclesie subtrahendi: merito post precedentia subijcit istam rubricam.

1 Clericus licet infirmus percipit fructus sui beneficij. 7. qd intellige si ante infirmitatẽ residebat: alias secus. 6.
2 Canonici possunt statuere sup qualitate ꝛ quãtitate distributionum.
3 Papa non potest priuare clericũ suo beneficio sine causa. Papa non est tolerandus volẽs turbare statum ecclesiasticum sine causa rationabili.
4 Donatio facta a clerico sue cõcubine nõ valet: sicut nec facta a milite seculari.
Clericus nec miles seculi nõ tenentur cedere bonis nec possunt conueniri vltra ꝙ̃ facere possint.
5 Priuilegia concessa militibus seculi: extenduntur ad clericos vbi est eadem ratio: alias secus.
6 Casus superueniens recipit declarationem scd̃m statũ precedentem.
8 Famulus si infirmatur est alendꝰ a domino ꝛ etiã in expẽsis magnis non ratione famulatꝰ saltem quia est diues ꝛ proximus.
Pauper potest intẽtare officium iudicis contra quẽcunqꝫ diuitem: vt sibi subueniat.
Episcopus tenetur subuenire pauperibus.
9 Salariũ non debetur famulo infirmo quando illud salarium sibi debetur ratione sue persone tantum. secus si daẽ contemplatione aliorum.
Potestas si moriẽ: adhuc debetur suis heredibus salariũ.
10 Doctor vl̃ aduocatꝰ q moriunẽ ante eoꝝ exercitiũ finitũ: an debeant habere salariũ totiꝰ temporis vel pro rata.

6 Iudex delegatus pape:deputatus in certo loco põt ex vrgẽtissima causa vnum articulũ cause extra locum subdelegare.

7 Fideiussoꝛ an teneatur si debitũ est augmentatũ ex moꝛa pꝛincipalis.

8 Testes vbicunqꝫ sunt in parte lõginqua z malitiose pars negat ipsos aliquid scire:iudex potest partem compellere vt per se vel alium vadat ad videndum iuramenta ipsoꝛum testium vel ꝙ fiat depositio pecunie pꝛo expensis testium.

9 Iudex qñ malitiose videt partes exceptiões opponere potest ipsas non admittere.

10 Testes in causa criminali etiam existentes extra pꝛouinciam debent remitti ad iudicem cause.

11 Fideiussoꝛ qui fideiussit ꝓ eo qui erat obligatus ad certum tempus an teneat pꝛoꝛogato tempoꝛe pꝛincipali.

1 **Constitutus.** † Per districtionẽ ecclesiasticã cõpellitur debitoꝛ a fideiussione absoluere fideiussoꝛẽ q a creditoꝛibus molestatur.cõis diuisio.secũda ibi, iõqꝫ. ¶ Casus literalis. Cancellarius archiepi cãtuarieñ.quãdã quãtitatẽ pecunie a creditoꝛibus bononie accepit pꝛo qua pecunia magister Simon fideiussit.qꝛ cãcellari⁹ pecuniã nõ soluebat: molestias plures dictus magister a creditoꝛibus sustinebat z debitũ fuit augmentatum vnde dict⁹ magister ꝯquestus fuit dño pape vnde mandat archiepõ cantuarien.quatenus si legitime sibi de hmõi assertione cõstiterit pꝛefatum cancellarium moneat z compellat ecclesiastica censura vt ꝓdictum magistrum ab intercessione z obligatione absoluat:z si debitum vel accessiones foꝛte negauerit iuramẽtum calũnie subire cogat̃ nõ obstãte ꝯtraria consuetudine:z qꝛ difficile foꝛet dicto magistro testes suos in Angliã ducere:ideoqꝫ mandat archiepõ vt literis suis significet iudicib⁹ bononiẽ.vt testes quos idẽ magister inducere voluerit vice ipsius recipiant z examinent diligenter z depositiones sibi transmittant sub sigillis illoꝛuꝫ inclusas significãtes quãta fides testib⁹ z instrumẽtis possit hr̃i satisdatione idonea a cãcellario ipso accepta vt ad testes audiẽdos vadat vel mittat, Ber.

2 ¶ † No.j,qꝺ fideiussoꝛ põt añꝙ soluat agere ꝯtra reum pꝛincipalem vt eũ liberet a fideiussione si venit tp̃s [b] solutionis faciẽde z ipse molestatur a creditoꝛib⁹:nam vbicũqꝫ reus diu differt solutionẽ põt fideiussoꝛ instare vt liberet̃; de quo plenius habetur in.c.fi.j.eo.

3 ¶ † Et ex hoc z ex text.colligo ꝙ fideiussoꝛius cõtractus nõ liberat̃ tp̃e sed opꝫ instare vt liberet̃:lꝫ sec⁹ sit in fideiussoꝛe de iudicio sisti,pꝛobatur in.l.pe,C.e.z facit l.cũ apud,ff.iud,sol.

4 ¶ † Not.ij.ꝙ nõ vꝫ cõsuetudo vt omittat̃ iuramẽtũ calũnie.

5 ¶ † Not.iij.qꝺ vbi testes sunt extra ꝓuinciã non debẽt arctari ad veniẽdũ ꝑsonaliter:sed iudex cause dꝫ scribere iudici testiũ:vt eos examinet z attestatiões clausas remittat z rescribẽdo quãta sit fides adhibenda testib⁹.Et no.bñ hoc vltimũ:qꝛ nõ legit̃ ita clare alibi:sed faciunt dicta Inno.in.c.qm̃.de pꝛobat. vbi dicit qꝺ si examinatoꝛ testiũ ꝑpendit eos vacillare vel cũ trepidatione loqui vel aliter hꝫ eos suspectos:vtile est vt hoc scribat in actis.sed quãdo examinatoꝛ non hꝫ ipse iudicare sed alius,put hic erat dꝫ examinatoꝛ olno hoc scribere. z vide ꝑ Inn.in.d.c.qm̃.vtruꝫ ex interuallo possit iudex

6 scribere in actis vacillationẽ testiuꝫ. ¶ † Ultimo põt adduci iste tex.in argumẽtum multũ notabile qꝺ iudex delegat⁹ pape deputatus in certo loco põt ex cã delegare certũ articulum cause extra locũ in quo fuit deputatus.qꝺ vr̃ pꝛia fronte cõtra.c.statutum.in.§.in nullo.de rescr.lib.vj.vbi dꝛ ꝙ delegatus pape non põt nec per se nec per aliũ

[a] ¶ Utrũ fructus bñficioꝛũ possint assignari creditoꝛi i cã iudicati. de hoc vide ꝑ.d. Ant. hic.i.ij.col. z ꝑ eũdẽ in.c. repꝛehẽsibilis.ĩ.j.co.de ap. Et de hoc vid gl. z bar.i.d.l. stipendia.C.de exce.rei iudi,quem sequit̃ ibi Imo.in.c.j. in fi.iiij.colũ.de cleri. egro. vbi dicunt. ꝙ sic. Ant.Fran. ¶ Qꝺ ãt hic dicitur de fructib⁹ bñficij vt possint assignari creditoꝛi in cã iudicati dicas illꝺ foꝛsan eẽ veꝝ z ꝓcedere vbicũqꝫ fructus essent supabũdantes vltra necessaria clerici z esset cõdẽnatus cleric⁹ ob cãm cõcernentẽ vtilitatẽ ecclesie alias non crederẽ ꝙ hic dicitur esse veꝝ qꝛ debẽt fruct⁹ bñficioꝛũ dseruire ipsi clerico vt habeat cãꝫ deseruiendi ecclesie in diuinis vt.c. cũ ꝯm apostoluꝫ. de pꝛebẽ. imo fructus beneficij non possunt dari in tenutã actoꝛi ꝓpter ꝯtumaciã clerici. vt ꝑ archi. Host. z Io.an.in.c.j.de eo q mit.in po.lib. vj nec pñt sequestrari ĩ eo ꝯtumaci in cã beneficiali vt ꝑ Io.an.i.d.c. j.i nouel. imo fructus ecclesie non pñt obligari vt est gl.j.q.iij.altare. et ꝑ Spe.in ti.de here.in pꝛinc.vbi dicit quod fructus bñficij nõ pñt per ꝓlatum alienari ita vt ipse non habeat vnde viuat.

[b] ¶ Si venit tp̃s. Adde ꝙ etiã ante tp̃s ex cã põt petere se liberari de q̊ ꝑ Ro. sing.suis fol.xj.z ꝯsi.ccclix

a ¶ Augmentum. Adde Lu.Ro.cõsi.ccccvij.z latius p Jo.and.hoc titu.in addi.ad Specu.

b ¶ Nota diligenter remedia qñ quis petit dilationẽ ad producendũ testes quod dicit esse in partibus remotis si iudex dubitaret aut suspicaretur q iste peteret dilationẽ aio calũniãdi. Et adde aliud remediũ. q3 iudex põt sibi facere pceptũ penale q nisi reperiatᷣ vex q p tales testes possit pbare incidat in talem multã z eam in effectu põt ipone re: ita concludit Pet.de ancha.z Jmol.hic multũ exclamãs ad practicã z.d.Alex.z alij nouis.in.l.j.in pn.ff.si qs ius dicẽ.non obtẽ.

extra locũ in quo est deputat⁹.cognoscere: sed põt dici qd primũ dictũ procedit qñ ɔmissio extra locũ est quasi necessaria sicut ɔtingebat hic q3 testes erant multũ distãtes. z notabilis limitatio.ad.d.§.in nullo.si qs tñ vellet hoc negare posset dicere qd hic cantuarieñ.eps nõ cõstituitᷣ delegatus sed cũ esset ordinarius cõtra suũ cãcellariũ excitatur potius iurisditio sua.c.l3.z.c.pe.de offi.ordi.nam hic papa nõ mãdat vt cognoscat vice pape: s3 simpliciter vt exequatur iustitiã: nec dat formam contra ius cõe.primũ tñ dictũ est valde equu3 z forte veru3. ¶ 7 † Jn gl.ij.ibi: fideiusserit in oẽm causam vult dicere qd aut fideiussor simpliciter obligauit se pro debito: z non tenetur si debitũ est augmentatum[a] ex mora rei pncipalis nisi fideiussisset in oi causa.s.ex debito principali prouueniente: z de hac materia plene no.in.l.centũ capue.ff.de eo qd certo loco.z in.l.qro.ff.loca.z in.l.mora.ff.de ver.ob. z inquantũ glo.in fi.dicit aliud esse s3 canones nõ intelligit reprobare distinctionem supra factam: sed restringit se ad vsuras q̃ sm canones nõ debentur.z ideo fideiussor non obligatᷣ: s3 de hoc dic vt supra dixi in.c.pxi.z si vsure repeterentᷣ a creditore vt interesse: tũc pñt peti etiã sm canones: vt no. in.c.cõquestus.de vsu.vbi plenius dixi. ¶ Jn gl. in.ver.legi.dic hodie de isto iuramẽto calũnie: vt hᷣ in.c.j.de iuramento calũnie.lib.vj.z in.c.cetex. eo.ti. ¶ 8 Jn glo.in verbo satisdationẽ ibi: vl'forte hec fuit additio a tpe Jnn.z cõiter do. approbãt z sm hunc intellectũ ponit iste tex.casum singularem qui non est alibi qd si presumptio est cõtra negantem ita q sit opus habere testes multum distantes d3 negans compelli ad eũdum per se vl'p alium añ videndum iurare testes aduersarij sui vt sic tedio affect⁹ desinat a negatiõe illicita. z hodie prouidetᷣ aliter sm quosdã p.c.statutu3.in fin. de rescrip.li.vj.ibi glos.dicit q hodie prouidetᷣ vt fiat depositio pecunie pro expensis testiũ.sed ego dico qd ista remedia sunt diuersa.nam vbi est presumptio cõtra negantẽ h3 locũ remediũ huius.c. sed si est psumptio cõtra volentẽ pducere testes d longinquis[b] partibus qd hoc facit causa vexandi testes vel differendi negotiũ h3 locũ tũc remedium 9 illius.c. † Et est tertiũ remedium q si iudex verisimiliter presumpsit ptes malitiose opponere dilatoriam vel peremptoriã non admittat exceptionem nec curet de appellatione: z de hoc remedio vide no.dictũ Jnn.in.c.post electionem prope fi.de cõ 10 ces.pbẽ.z p Jo.an.in.c.sup eo.de app.el.j. ¶ † Jn gl.in verbo transmittẽs.in fi.no.hanc glos.q̃ relata ad tex.notabiliter sentit q in cã criminali[c] non d3 fieri cõmissio receptionis testiu3 ẽt si testes sint extra puinciã. Ex quo infertᷣ q in cã criminali testes debent remitti ad iudicẽ cause: etiã si sint extra prouinciam: z sic d3 limitari.l.si qñ.C.de testi. que dicit q extra prouinciam propriam testes vocandi non sunt: z vide aliã glo.q̃ idẽ sentit in.c.testes.iij.q.ix.contrariũ tenet Jo.an.post Joã.mo. in.c.romana.§.cõtrahentes.de fõ.cõpe.lib.vj.sed vide qd plene dico in.c.cũ causam.de test.z pmu3 11 dictũ mihi pl3. ¶ † Extra glo.q̃ro reus erat obligatus ad soluendũ debitum intra certũ tps dato fideiussore: demũ creditor prolongauit terminum debitori: nunqd fideiussor remanet obligatus.[d] et vrᷣ q non per.l.item queritur.§.qui impleto.ff.loc. vbi tex.dicit q si locaui domũ ad annũ dato fideiussore: si conduco postmodũ tacite ad aliud tps fideiussor non est obligatus nisi de nouo promittat. Hos.z cõmuniter doct.hic distinguunt q aut fideiussor[e] obligauit se ad tps: puta ad annum: et

Sebasti.Sapia.

c ¶ Jn cã criminali.vide bal.z Sali.in.l.apud eloquẽtissimũ.C.de fideinstr.cũ multis allegatis per Feli.in.c.cũ cãm col.xv.versi.pria ɔclusio.d.de test. post Abb.ibi: col.ij.ix.versi.quero an iudex.

d ¶ Et ad hoc vide bo.tex.in.l.labeo.ff.de arb.z d hoc vide p archi. in.c.te qdez.xj.q. ibi distinguit an fideiussor simpliciter fideiusserit: z erit obligatus etiã in tpe prorogato: aut fideiussit vsq3 ad certu3 tps: z tunc secus: z ita dicit tenuisse Hoff.in hoc.c.cõstitutus.z ita etiam distinguũt in effectu isti hic.z Bal.in lec.antiqua.Ang.z Pau.de cs.d. Alex.in.l.si vnus.in pn.p illũ tex.ff.de pac.vbi dicũt esse vtile p fideiussoribus q se obligant p castellanis cõstitutis ad certũ tps.nã l3 castellani vltra starent tñ fideiussores non tenentᷣ.z istud de castellanis limitat Bart.fin.post Dy.in.l.lucius.§.paulus.p illũ tex.ff.de admini.tut.vbi dicit Bart.qd illa questio fuit alias verone de facto z alias Florentie. z ita t3 bal.i.l.si cũ hermes.C.locati. Jtẽ adde q illud qd papa hic expressit firmant Jo.an.z do.Ant.de bu.z Jo.pe.de ferra.Papiẽsis in sua practica in libello contra plures reos debendi.in vlti.colũ.z vide p Alber.in scda pte statuto.qõ.cxlv.z do. de rot.in nouis deci.xc.z vide tex.in.l.legẽ.in fi.z in.d.l.si cũ hermes.C.loca.z in.l.item qritᷣ.ff.eo.z ad hoc facit quod notat glo.in.l.ij.C.de procur.vbi dicit q ille q fuit datus fideiussor de iudicato soluendo in causa principali non intelligitur datus in causa appellationis.facit etiam tex.in.l.non a iudice.in fin.ff. de iudi.vbi est tex.sm vnam lecturam gl.quia si ceperam agere cõtra te z dederim fideiussore3 de iudicato soluendo: si ago ex alia non intelligatur repetitus fideiussor. S3 hec parũ faciunt: magis facit vrgentissima ratio: nam nos habemus regulam z multũ nota tu canonista q siue nouatio fiat ipso iure siue ope exceptionis quantum ad principale3 debitorem: z in persona ipsius semper liberatur fideiussor.tex.est no.dignus z multum signãdus.in.l.vbicunq3.in princi.ff.eo.sed ego habeo q per prorogationem termini factam per creditorem debitori: q3 continet minus tempore q̃ prima.non potest dici facta nouatio ipso iure sed bene est facta ope exceptionis nisi expresse esset actum. ita determinat bar. in.l.valerianus.que est penul.in vlti.colum.in penul. questione.ff.de pretor.stipula.si ergo fit nouatio ope exceptionis: ergo fideiussor est liberatus. Contrarium q imo per prorogationem termini factã debitori absente fideiussore fideiussor non intelligatur liberatus: tenet hic Pet.de anchara.z Jmo.quia.l.si cum hermes.z.l.item quia.§.qui impleto.ff.loca.z.l.labeo.ff.de arbi.alleg. hic per docto. nihil faciunt in proposito: quia loquuntur quando erat dies finiende obligationis quia si ille dies prorogetur si fideiussor non tenebitur vltra: quia adueniente illo die fideiussor liberatur. si ergo creditor vult ei preiudicare non potest sine facto suo: sed nos loquimur in die assignato ad soluendum quo elapso neuter est liberatus: imo vterq3 constituitur in mora: quia mora principalis nocet fideiussori.l.mora.ff.de verborum obligatio.ideo si prorogetur ille terminus solutionis: quia hoc est in fauorem fideiussoris ne committatur mora non videtur q vllo modo per talem moram fideiussor liberetur: alias inducta ad vnũ effectum operarentur alium contra regulam.l.legata inutiliter.ff.de adimẽ.leg. Jtem pro hac parte contra cõem stringere videtur quia actus agentium non dbent operari vltra voluntatem z intentionem eoru3.l.non omnis. in principio.ff.si certum petatur. quando creditor pgat terminu3 ad soluendũ non facit ea intẽtione vt liberet fideiussorem ergo istum effectum operari non debet.his ergo hincinde consyderatis veritas videtᷣ esse ista qd si creditor simpliciter pgat terminum debitori sine aliqua noua stipulatione: tunc nõ fit nouatio nec ipso iure nec ope exceptionis: quia tunc non contrahitur noua obligatio q̃ contineat min⁹ tempore p quam prima nouetur.z ideo simpliciter prorogando nõ erit liberatus.et ratio est q3 non est tũc causata noua obligatio ɔtinens min⁹ tempore per quam nouetur precedens: z isto casu fideiussor nõ est liberatus.z sic per prorogationem termini factam simpliciter debitori fideiussor non liberatur.ita declarat Bald.in.l.tam mandatori.C.de non numerata pecunia.dicẽs ita tenere Jnnoc.in cap.preterea.de appellatio.si autem prorogatio termini esset facta mediante noua stipulatiõe: puta ego debitori prorogo terminum per stipulationem. Et debitor p mittit per stipulationem z tunc cõtrahitur noua obligatio que quamuis contineat minus q̃ prima z sic non posset inducere nouatione3 ipso iure nisi expresse sit actum tamen inducit ope exceptio.et in istis terminis loquitur Barto.in dicta lege valerianus.z tunc fideiussor debet esse liberatus.quod tamen intellige nisi creditori in ista secunda stipulatione.expresse reseruasset ius fideiussoris quod potest secũdum Barto.in.l.si quis aliam.post princ.ff.de nouatio. Et licet sic putem tenendum: tamen communiter magis cõcluditur vt hic per istum cum concordantiis supra allegatis. Jtem adde quod prorogatio temporis facta a testatore non intelligitur facta cũ prima qualitate: vt si in primo debebantur vsure ex pecunia modo non dabuntur prorogato tempore a testatore.ita dicit Paulus de cast.in.l.lecta.in.ij.charta.ff.si certu3 petatur.ad hoc dices esse glo.ordinariam.in.l. non solum.§.j.ff.de lib. lega. Jtem pro opin.quod fideiussor non teneatur in obligatione prorogata bene facit tex.in.l.solutum.§.nouata.ff.de pigno.acti.est bene verum quod ibi est maior ratio in nouatione quam in prorogatione. item ad predicta vide omnino Bal.in.l.acceptam.in.vij.colum. C.de vsuris: z dominum Antonium in.c.j.in penulti.colum.de officio delega.z optime facit quod de obligatione pignoru no.glo.magna.in fine in.l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.allega.l.iij.in principio.ff. iudica.sol.

Anto.Francis. ¶ An fideiussor datus in causa principali videatᷣ datus etiã in causa appellationis.dicas qd fideiussor tenetur ad id ad qd tenetur principalis z non ad plus.vt p Bar.in.l.j.C.de mune.z hono. li.x.z ad hoc statuit quia fideiussor datus in compromisso non tenetur ad id qd augetᷣ in causa reductionis: sed tãtum pro eo qd cõtinet principale laudum arbitri.vt est notabilis gl.in.l.pposita.ff.p socio.et habetur per Bald.in.l.fi.in.x.q.C.de contra.emp.z per Alexan. in.l.cu3 apud.ff.iudi.sol.

e Sebasti.Sapia. ¶ Fideiussor. An fideiussor ad tempus teneatur ad tempus prorogatum vide Feli.in.c.de causis.colum.ij.versi.limita tertio.§.de offi.delega.

non tenetur post tp̄s.qn̄qz obligatio sit pura:sz solutio differt̄ ad certū tp̄s:z tunc remanet fideiussor obligatus etiam in termino ꝓrogāte eo ignorāte.ratio.nā nulla facta prorogatione tp̄is tenetur fideiuss. post tp̄s:sicut z reus principalis.ar.c.cum dilecti.de dolo z contu.z in.l.celsus.ff.de arbi.hoc satis mihi placet zc.

1 ☞ Mutuum acceptum per religiosum si non sit versum in vtilitatem ecclesie non tenetur ecclesia.

Clericus fideiubens sine licentia prelati z maioris partis capituli non obligat ecclesiam.

2 Statutum loquens de quibuisdam religiosis non extenditur ad alios nisi extensio fiat per superiorem.

3 Religiosus qui est in studio non obligat monasterium nisi in his que contrahit ob studij necessitatē:in alijs non est respectus peculij si quod habet.

4 Creditor qui mutuauit pecuniā rectori alicuius ecclesie:ad hoc vt possit istam pecuniam repetere, ab ecclesia an sit necesse ipsam probare fuisse versam in vtilitatem ipsius ecclesie.

5 Alienatione prohibita:censet̄ prohibita datio pignoris: qr ꝑ dationē in pignus subuenitur ad distractionem.

Id quod prohibetur directe censetur etiam prohibitum indirecte.

6 Delictum prelati z capituli nocet ecclesie.

7 Successor non tenetur ad debita contracta per predecessorem nisi ꝓbētur versa in vtilitatem ecclesie.

8 Quando agitur actione de in rem verso.an sit necesse ꝙ duret versum tempore quo agitur.

9 Contrahens cum ecclesia:vel eis mutuans:habet obligatam ecclesiā: si probauerit versum esse in eius vtilitatem:ita ꝙ verisimiliter fecisset de proprio si potuisset:alias secus:puta qn̄ est expensum in pompas vel picturas.

Ecclesia est obligata creditoribus inquantum est meliorata:licet plus fuerit expensum.

10 Monachus dicitur habere peculiū:quando aliquid tenet abbate sciēte z patiente.

11 Clericus tenetur fideiubere ꝓ laico multum indigenti:inter se vero possunt indistincte.

12 Actio negotiorum gestorum non competit quādo quis gerit negotia inuiti.

1 **Quod quibusdam.** †Si sine licētia prelati z maioris ptis capituli religiosus fideiusserit:vel mutuū acceperit non tenet̄ ecclesia:z ipse recipiens punitur nisi mutuū sit versum ī vtilitatem ecclesie.Primo ponit̄ dictū.Scd̄o exceptio.ibi nisi . Tertio pena ibi:z si.¶ Casus literalis.Quibusdam religiosis fuit prohibitum ne fideiubeant pro aliquo sine licentia sui abbatis z conuentus vel maioris partis.hāc prohibitionem extendit concilium generale ad oēs religiosos.z prohibet ne aliquis pecuniam mutuo accipiat vltra summā a capitulo cōstitutam:alioquin nō teneatur ꝯuent⁹ pro talibus rn̄dere nisi pecunia illa in vtilitatē monasterij sit cōuersa:z de hoc legitime cō
2 stet.z q̄ ꝯ hoc fecerit grauiori discipline subijciat̄. Ber.¶ †No.j.ꝙ statutum cōcernēs aliquos religiosos non extendit̄ ipso facto ad alios religiosos:sed opz vt extēsio fiat ꝑ superiorē.vide tex.cū gl.no.in.c.ꝯstitu
3 tionē.de re.iur.lib.vj.z ibi etiā gl.¶ †Scd̄o no.ꝙ religiosus non potest fideiubere sine licentia sui p̄lati.Ex quo infero ꝙ lz religiosus sit in studio cū licentia sui prelati:nō tn̄ pōt pro alio fideiubere z si ꝯtrafecerit non obligatur ecclesia.z credo etiā ꝙ peculiū sibi concessum causa studij non obligat̄:qr hec fideiussio sit extra cām propter quā ꝯcessum est peculium:sicut dicimus in seruo fideiubēte extra cām peculij:vt in.l.iij. ff.de pecu.z vide qd̄ no.doc.in.c.ij.ne cleri.vel mona.lib.vj.secus si recepit mutuum causa studij:qr tunc obligaret monasterium de quo dicē
4 dum:vt no.in.d.c.ij.z ꝑ Archi.z Jo.an.ibi.¶ †Tertio nota qd̄ ex cō
a tractu inito cū particulari de ecclesia:nō obligat̄ ecclesia[a] nisi quaten⁹ pecunia esset versa in vtilitatem ecclesie.Ex hoc nota.z ex text. quod ex actu gesto cū particulari non habente mandatū ab ecclesia tenetur ecclesia inquantum versum est in vtilitatem eius.z de hoc.j. Sed contra predicta oppo.,z vr̄ ꝙ ecclesia nunꝙ obligetur ex quo recipiēs mutuuz non habebat mandatum ab ecclesia.ad hoc.c.j.de procura.z.c.j.de depo.Sol.gl.hic.z do.vario modo loquunt̄ in hoc passu:z generaliter ꝑsequuntur:nunquid mutuās ecclesie vel particulari de ecclesia : teneatur in repetitione pecunie ꝓbare pecuniam mutuatam fuisse versam in vtilitatem ecclesie.Sed quia vario modo loquunt̄ doc.ideo non insistā in eorum verbis sed ponam vnam distinctionem quam nouissime concepi . aut enim ꝓpter restitutionē mutui oportet distrahere bona immobilia vel mobilia preciosa ecclesie:z est necesse probare versionē etiā si pecunia fuisset mutuata prelato z capitulo.z ꝓbo ꝑ auf.hoc ius porrectū.x.q.ij.intelligendo prout intellexit Innocē.z hn̄.in.c.j.s̄.deposi. vbi dixi:z probatur hoc ratione,nam si directe nō pn̄t prelatus z capitulum alienare talia bona sine euidenti necessitate vel vtilitate. xij. q.ij. c.sine exceptione.sic nec indirecte recipiēdo mutuū occasiōe cui⁹ oporteat peruenire ad distractionē bonorum.argu.in reg.cum qd vna via.
5 de reg.iur.lib.vj.† Adde idē qd̄ no. Bart.in simili in.l.quorū.ff.de pig. vbi dicit.ꝙ si res prohibetur alienari ꝓhibetur pignorari:quia per pignorationem peruenit̄ ad distractionē.c.nulli.de reb.ecc.nō alie.l.fi.C.de reb.ali.non alie.ad idē regu.cū quid vna via. de reg.iur.li.vj.z sic restringe dicta Bart.in.l.ciuitas.ff.si cert.peta.vbi sentit quod si mutuū est factū presente prelato z capitulo non est necesse ꝓbare versum sicut si fieret mutuū ciuitati pn̄te cōcilio populi.sed dico qd̄ nō est bonum simile:qr ꝯciliū populi hz liberam facultatē distrahendi bona ciuitatis:sz nō sic prelatus z capitulū.c.sine exceptione.prealle.z hoc casu credo qd̄ sit necesse vere probare quod ecclesia tunc tēporis indigebat:prout quidā volunt:vt notāt aliqui in auf.hoc ius porrectū.C.de sacrosan.eccle.z Guil.de cug.z refert Jo.an.hic:nā iura in hoc exigunt verā versionez z non presumptiuā:vt in dicta auf. hoc ius. Aut potest satisfieri de redditib⁹ ecclesie absqz distractione rerum.z tunc si mutuū est factū prelato et capitulo non est necesse probare versionē.de hoc est casus hic si bene ponderatur.nam si non exigitur ꝓbatio versiōis qn̄ mutuū fuit receptū cū cōsensu p̄lati z capituli:ergo fortius non exigit̄ qn̄ mutuum est factum ecclesie presentibus prelato z capitulo:z hoc casu pōt procedere dictum Bar. in.l.ciuitas.prealle.qd̄ est ratione.Nam prelatus z capitulum habēt liberam administrationē fructuum:ergo ex fructibus satisfaciēdū est creditori lz versum nō ꝓbetur. hoc videtur probare argumentatiue text.in.c.j.de deposi.vbi versuz exigit̄ qn̄ ꝯctus fuit initus cum particulari:non cuz
6 tota ecclesia.† Ad idez cōis theorica do.que habet qd̄ delictum prelati z capituli nocet ecclesie: vt no.in.c.ij.de ordi.cogni.z in regula delictū. de reg.iur.lib.vj.z in.l.iubemus nullam nauez.C.de sacrosan.eccle.aut mutuū fuit receptum a solo p̄lato.z est maius dubiū:sed crederē ꝙ in vita prelati nō est necesse creditori probare versionem.argum.hic:nam hoc solum exigitur qn̄ particularis de eccl'ia recepit mutuū sine licētia abbatis.in abbate ergo non est necesse probare versionē.pro hoc qr prelatus hz liberam administrationē fructuū z oīa administrat excepta alienatiōe imobiliū.c.is cui.de ele.li.vj.z in.c.cū nobis.in fi. de ele. facit qd̄ not.Ho.in.c.veniens.de trans.Nec ob.d. l.ciuitas.qr loquitur in administratore ciuitatis qui nō habet tantā potestatē in rebus ciuitatis sicut p̄latus in rebus ecclesie.ad hoc qd̄ no.gl. v. q.iij.in.c.fi.z.xij.q.j.in.c.duo sunt genera.sed post mortē p̄lati puto ecclesiā non teneri nisi probetur versum.qr non potuit vltra tp̄s vite sue ecclesiam obligare:nisi ex necessitate vel vtilitate eccl'ie . ad hoc ꝓbandū est necesse probare versionē : ad hoc faciunt not.in.c.fi.ne prel.vices su.z.c.ex p̄sentiuz de pign.z ꝑ Host.in.d.c.veniēs.z facit quod no.
7 in.c.j.de solu.† Et per hanc opi.vide Inno.j̄. tit. proxi.c.j.vbi de hoc aperte sentit.nā dicit ibi successorem non teneri ad debita contracta per predecessorē nisi probentur illa versa esse in vtilitatez ecclesie.sed Host.tz ibi hoc nō esse necessarium qr litera ibi exigit solum quod ꝓ necessitate ecclesie fuerint contracta.ergo satis est probare qd̄ tunc imminebat ecclesie necessitas recipiēdi mutuum z profecto ille tex.multum facit pro hac opin.que mihi videtur equior.nam vt dicit Guil.de cu.durum est qd̄ mutuans prelato volenti ire ad curiā pro necessitate ecclesie debeat esse solicitus qd̄ pecunia expendatur ꝓ necessitate ecclesie:vel si mutuat ꝓ agris colendis dz ire vel mittere testes ad villam ad videndum versionē.z hec opi.satis pla
b cet in p̄lato.[b] z facit iste tex.ꝑ locū a sp̄ali dum solum exigit probationē versionis in particulari de ecclesia.z illa auf.hoc ius porrectum.potest intelligi vt.s̄.dixi qn̄ peruenit̄ ad distractionem rez z ad.d.l.ciuitas.s̄.fuit rn̄sum nec habemus alia iura que exigunt probationem versionis.Quādoqz mutuū fuit factū particulari de ecclesia puta monacho vel canonico.z tūc si infra summam taxatam ab ecclesia non est necesse ꝓbare versionem: quia mutuum videtur factum ecclesie:vt hic pro.

Sebasti. Sapia.

a ¶ Non obligat̄ ecclesia. vid Bal. in auf. h̄ ius porrectum.col.iiij. C. de sac.san.ecc.vbi dicit ꝙ eccl'ia semper hz hmōi exceptionē ꝙ pecunia nō est versa in vtilitatē suā z creditor agēs hz ꝓbare fallit tn̄ vt ꝑ abb. in fi.huius decretalis.

b ¶ In p̄lato. Adde. d. Car. ꝯs.cxxxiiij.z.xcv.z.lxxj. z ibi qd de monachis nigris Cald. consi.j.de solutio.

bat: si vero nulla summa est taxata in ecclesia vel fuit receptũ vltra summã: tunc est necesse probare versionem ad hoc vt teneat ecclesia vt ex tex. hic.

8 ¶ † Sed aduerte quia quidã exigunt vt hoc casu duret versum tpe actionis. Sed qñ mutuum fuit receptum precedentibus casibus non requiratur vtilitas perpetua: sed sufficit temporalis. et hoc videtur velle Inn. ⁊ Hosti. ⁊ intelligerem dictum eorum quando non expediebat ecclesie facere illuz sumptum temporalẽ. Si aũt ecclesia tenebatur de suo facere illum sumptũ nihilominus quãtũcũqz non duret versio: in dubio credo ecclesiã teneri: qꝛ ecclesia dicitur facto locupletior sicut in simili dicitur in pupillo. ff. de solu. in. l. pupillo. pone exemplum: particularis de ecclesia recepit mutuum qꝺ conuertit in necessaria alimenta ministrorũ ecclesie. nam lꝫ non duret hec vtilitas nihilominus ecclesia est locupletior: qꝛ si non habuisset pecuniam

9 mutuatã expendisset de suo. ¶ † Item vltra alios limito istum text. qꝛ teneť ecclesia probata versione: quando vtile est ecclesie illã versionez fuisse factam: ita qꝺ verisimiliter fecisset de proprio: alias secus. Pone exemplum. particularis recepit mutuũ ⁊ fecit fieri nobile edificiũ in loco nõ expedienti: ita ꝙ graue esset ecclesie ⁊ damnosum illũ sumptum fecisse vel approbare. nam hoc casu credo ecclesiam nõ teneri: per id quod in simili habetur in l. fundo. ff. de rei vendi. nam non potest dici qꝺ pecunia sit versa in vtilitatez ecclesie si non expediebat ecclesie in illũ vsum conuertere. Item per eandem. l. puto ꝙ ecclesia teneť solũ restituere quantum est meliorata: licet plus fuerit expensum et si plus fuerit meliorata ꝙ̃ expensum: solum tenetur ad expẽsum: satis probať in simili in. d. l. in fundo ratio qꝛ ecclesia hoc casu non tenetur ex contractu ex quo non dedit mandatum sꝫ actione de in rem verso: ergo solũ tenetur ad id in quo ẽst meliorata ⁊ hec procedunt vbi particularis nõ habebat aliquã administrationem saltem peculij: alias autez tenetur ipse superior inquantũ patiť peculium seu administrationẽ inferioris. ita no. dicit Innoc. in c. cũ olim. el. ij. de priui. in ꝯctibus factis ꝑ mona-

10 chum sine licentia abbatis. † Et potest dici pecu-

a lium in monacho[a] quicquid detinet abbate sciente ⁊ patiente: sicut dicimus in seruo. vt. in. l. quam tuberonis. ff. de pecu. Et no. bene hoc dictuz vt religiosi non dicantur ex hoc habere ꝓpriũ nec peccent si aliqua detinent abbate sciente ⁊ nõ contradicente. vnde sola patientia sufficit vt dicatur peculiũ sibi constitutũ. ⁊ not. Inno. ibi ad aliud. naz ex multis que ibi ponit aperte sentit idem iudicandum de religiosis respectu acquirendi vel obligãdi ecclesias: qꝺ in seruis respectu dominorũ suorũ qꝺ etiaz approbat Bar. in. l. si cõmunis seruus. ff. de stipu. seruo. ita ꝙ totus ille titul[9] de stipulatione seruorum potest applicari ad religiosos. ⁊ idez sentit Innocen. hic in fi. qui dicit idem forte posse dici de clerico. scilicet particulari quod not. ¶ Et quia tex. iste facit mentionez de summa taxata de communi prouidentia: quero quid intendebat hic iste text. Solutio potest intelligi dupliciter. Primo in habentibus aliquã administrationem in monasterio. Secundo in particularibus nullaz administrationem habentibus: et habetur respectus ad consuetudinem quorundaz religiosorum qui prefigunt certam summam: intra quam isti possunt mutuum recipere pro vtilitate ecclesie: vel pro necessitate propria; quando proficiscuntur extra monasterium ⁊ per hoc habes istam materiã satis claram. vnde gloss. Innoc. non prosequor qꝛ

11 non facit multum ad titulum. ¶ † In glo. fideiubeat. no. bene hanc gloss. que notabiliter limitat. c. j. ĩ. eo. vt cleric[9] possit ⁊ teneat fideiubere ꝓ laico in casu necessitatis. et est ratio apertissima: quia in tali casu tenetur clericus pre ceteris eleemosynã facere. xvj. q. j. quoniam multo fortius fideiubere. hoc tñ nõ intelligas in simplici monacho: quia nõ potest sine licẽtia superioris hoc facere obligãdo monasterium. nam se obligare non potest cum

b nihil habeat: eleemosynam[b] tũ competentem face

Zacharias.

a ¶ Pôt dici peculiũ in monacho. facit hoc ad id qꝺ dixi in apost. ad istũ post alios in c. ex parte. nu. 7. l apost. in ver. que dicit ꝙ sic. j. de accusa. vbi dixi monachuz studentẽ habentem administrationez de licẽtia abbatis posse facere eleemosynam.

Anton. Francis.

¶ An monach[9] possit habere peculiuz de licentia abbatis. Dicas ꝙ monachus quicquid acquirit etiaz ex operibus suis acquirit monasterio et lõge magis si acquireret ex re monasterij vt per Bart. in. l. si communis seru[9]. et in l. j. in. §. pe. et in. l. si seruus testamẽto. ff. de stip. ser. et per Ang. rom. et Pau. de cast. in. l. j. §. item acquirimus. ff. de acqui. pos. ⁊ ꝑ Alexã. in l. cui fundus. i. §. j. ff. si cer. pet. imo nec papa dispensat super habẽda proprietate vt in c. cũ ad monasterium. ⁊ ibi glo. de sta. mona. Et adde ꝙ monachus etiaz accedẽs ad curiam de licẽtia abbatis acquirit monasterio i quo fecit professionez ẽt si ex post transiret ad aliud monasteriũ vt ꝑ car. in cle. j. in. §. quia vero. i. x. q. de sta. mona.

Sebasti. Sapia.

a ¶ Peculiũ. Nunquid aũt abbas pos

re potest si remotus eẽt a superiore. vide glo. in cle. scđa. de vita ⁊ hone. clerico. Et etiam not. scđo qꝺ clerici licite fideiubent inter se qꝺ dixi in. c. ij. ĩ. eo.

12 ¶ † In gl. in verbo in vtilitatẽ. ibi: sed ageť actione de in rẽ verso. puto etiam quod pôt agi actione negotiorum gesto. si mutuãs habuerit respectum ad ecclesiam ⁊ non ad personã subiectam cui mutuum cõcessit. arg. opti. in. l. si pupilli. ff. de negot. gest. Et si diceres actionem istã nõ cõpetere: quia cõtra volũtatem ecclesie videtur mutuũ factum si vltra formam constitutã aliquid fuit receptum

b hoc contrarium facit vacillare Inn. per. l. fi. C. de neg. gest. vbi tex. not. dicit cessare illam actionem quando quis gessit negotiũ alterius eo inuito. ⁊ si dicit Inno. qꝺ hic agitur actione de in rem verso ⁊ ideo oportet qꝺ duret versum quia alias nõ competit illa actio. sed certe hoc dictum non est verum quia si presupponeremus qꝺ ecclesia contradicente fuisset factum istud mutuũ cessaret actio de in

c rem verso. quia non debes te ingerere negotijs meis me inuito. l. si pro te. ff. manda. Et qꝺ not. Bart. in. d. l. fin. vnde dico aliter quod ecclesia statuendo certam summã non videtur contradicere vltra summam, si illud conuertitur in vtilitatẽ ecclesie: ⁊ appareat de versione quia in dubio non videtur quis velle prohibere propriam vtilitatem: vt no. in regula qui tacet. de regu. iur. lib. vj. Item dico ꝙ posset agi actiõe nego. gest. intelligendo: vt ĩ. dixi. Et nota vltimo fi. huius glo. ex qua habes iuncto text. qꝺ non semper tenetur creditor ecclesie probare versionem.

1 ☞ Fideiussor obligatus ex contractu non liberatur si debitor differat solutionem vel si creditor nõ petat: nisi sit obligatus de iudicio sisti: nam tunc liberatur tempore.

2 Fideiussor in aliquibus casib[9] potest agere anteꝙ̃ soluat pro debitore vt liberetur ab eo.

3 Fideiussor si denuntiauit creditori vt ageret contra debitorem incipientem male vti substãtia sua an teneatur creditor ad sui petitionem agere alĩs ꝙ liberetur fideiussor.

4 Fideiussor qui hꝫ proficisci in longinquas partes vel ad studium potest petere vt liberetur a debitore.

Fideiussor an possit agere vt liberetur a debitore si inter ipsos superuenit inimicitia.

5 Diu, ista dictio quomodo sumatur.

c **Cum pro quo.** [c] Ponit tres casus in quibus fideiussor contra debitorẽ agit antequã soluat vt a fideiussione liberetur. h. d. ⁊ est Grego. ¶ Casus literalis. Queriť a dño papa vtrum ille qui se obligauit ꝓ alio fideiussorio nomine possit agere cõtra principalem debitorem vt eum liberet ab obligatione. Respondet papa qꝺ si debitor diu cessauit in solutiõe debiti: vel si dissipare icipit bona sua: aut si condemnatus fuisti: recte agere poteris contra ipsum vt te liberet a fideiussione ⁊ sic in tribus casibus potest fideiussor agere anteꝙ̃ soluat. Bern.

1 ¶ † Not. i. qꝺ fideiussor receptus in cõtractu non

d liberabitur: lꝫ debitor diu distulerit solutionem debiti: vel lꝫ creditor non conuenerit debitorem: sed oportet instare corã iudice vt absoluatur. Et hoc cõiter tenetur: lꝫ quidã contra per. l. pe. C. eo. sed illa lex cõiter intelligitur in fideiussore de iudi-

2 cio sisti ⁊ liberať tpe vt ibi dicitur. ¶ † Not. ij. qꝺ fideiussor nõ teneť prius soluere ꝙ̃ agere contra debitorẽ vt liberet. ¶ Tertio nota aliquid innouandum contra eum qui sua bona dissipare cepe-

3 rit: ⁊ vide qꝺ dixi in. c. ij. de pig. ¶ † Sed hic quero pone quod fideiussor denũtiauit creditori vt age-

d ret cõtra debitorez: [d] qꝛ forte dissipabat bona sua ⁊ aliter teneri nolebat, nunquid teneatur creditor ad instãtiã fideiussoris agere cõtra debitorẽ. doct. hic cõmũniter tenent qꝺ non per. l. si fideiussor. ff. eod. ⁊ videtur ibi expressuz nisi fideiussor esset acceptus in eo ꝙ non posset exigi a debitore principali: nam tunc tenetur agere ad denũciationem fideiussoris. ar. in. l. si fideiussores. ff. eo. ⁊ hoc ẽt tenent legiste

sit pati ꝙ monachi habeant certos redditus v. ꝺ gl. ⁊ do. in. l. luci[9]. §. tres. ff. ad treb. coꝛse. in reuertorio suo ad Abb. in verbo abbas. col. penul.

Sebasti. Sapia.

¶ Eleemosynã. Aduerte tamẽ ꝙ imo ẽt abbas nõ pôt facere eleemosynaz inuitis monachis vt ꝑ Car. post glo. in cle. ij. de censi.

¶ Qꝺ dicit iste tex. in fideiussore pro euictione qui diu stetit in obligatione nõ hꝫ locuz in fideiussore pro euictione qui diu stetit in obligatiõe re nondũ euicta ẜm Imol. post bal. in. l. facere posse. in fi. ff. solu. mat. ⁊ idẽ dicit Bal. post Ja. de are. ⁊ Cy. in. l. lucius. ff. mandati. Item an fideiussor ꝑ instrũm guarẽtigie possit statim agere ꝯ principalez ac si esset cõdẽnat[9] Bald. tꝫ ꝙ sic. in. d. l. lucius. in fi. ⁊ idẽ tꝫ Bart. in. l. fideiussor ꝓ vẽditore. ff. de fideiuſ. sed contrarium ibi tꝫ ange. de quo ẽt vide ꝑ Imo. Item ad de qꝺ dispositio huius decre. ⁊. d. l. lucius. non hꝫ locuz in fideiussore iudicij qꝛ iste statim potest agere cũ cõmissa est obligatio. tex. est ẜꝫ Bal. ibi in. l. mãdato meo. §. si iudicio. ff. mãdat.

Sebasti. Sapia.

¶ Contra debitorẽ. vide. d. Frã. cur. in cõsi vj. incip. prio aspectu. col. ij. ⁊ Jas. in. §. item si qs in fraudẽ. inst. ꝺ actio.

a ¶ Et idem dicit Spe. in ti. de iudi. §. spalia. ver. quid si fideiussor. p tex. in. l. filiussa. de procu. z in. l. licet in fi. ff. de arbi.

b ¶ Uide gl. de hac dictione diu. in. c. fi eps. iij. q. ij. z. c. electa. lxij. di. z. c. j. xx. q. ij. de verbo diutius. vide gl. in. c. j. de diu. lep. z φ dicat eẽ i arbitrio iudicis φtum tps dicat diu tz gl. magna in. l. lucius. ff. mand. z in. l. j. p ea. C. eo. in gl. magna que pprie loquitur in materia huius decreta. Anton. Francis. ¶ Dicas qd dictio diu: importat tps decennale. l. possideri. §. si servus. ff. de acq. pos. l. sicut. in. §. aristo. ff. quis z a quo. et gl. instit. de iure nat. §. ex non scripto. qñqz tñ poni tur p anno. l. j. §. q bus. de suc. edi. qñ que ponit p quatuor annis. vt in l. quamuis. C. de vsu. qñqz p bien nio. vt in. l. cũ dñi. ff. loca. z vide glo. in. c. j. xx. q. j. et io dicim⁹ φ est in arbitrio iudicis vt p Cyn. z Bal. post gloss. in. l. j. C. vbi cau. sta. z p Bal. in. l. si pro eo. in. x. q. C. mã. z in. l. cuz res. in. ij. col. de pi bat.

c ¶ Uid bal. in. c. j. q succes. vbi plurã bona scribit ad tex. huius decre. z aliqd in. l. j. in pn. ci. ff. de cõst. pñn. Itẽ vide φ si pla tus q promisit ali cui aliqd pro opera in ecclesiã impẽsa moriatur ei⁹ successor tenetur soluere promissuz ita dicit Arch. in c. sunt nonnulli. j. q. j. z vide Archi. in. c. decessorum. xxv. q. ij. vbi dicit φ pzelatus tenet obseruare beneficium pdecessoris sec⁹ si esset maleficium. Et vide φ not. Spe. in tit. de loc. §. finitur. in fi. vbi dicit φ delegatus successor tenetur remunerare beneficia z seruitores sui pdecessoris quos predecessor non remunerauit. Et vide plene oĩno qd not. Bal. in. l. ptor ait. in. ij. col. ff. de eden. in apo. vbi plene examinat qñ factũ pdecessoris obliget prelatum successorẽ. Et de hoc plene no. in. c. querelã. ne prela. vi. su. z vi de gl. in. c. eps ante damnati. xj. q. iij. Et de isto articulo an successor i bñficio teneatur soluere debita sui pdecessoris. vide per Imo. in. l. si filius. §. si vir in quinquennium. circa fi. ff. sol. mat. z vide qd no. Pau. de castr. in. l. ex contractu. ff. de re iudi. Item an platus succedens in beneficio dicatur successor vniuersalis vel particularis. vide per do. Anto. in capi. cura. in. iij. col. de iurepa. z per do. Abb. in. c. quia in recollectis. ẽ. de iudi. Item an princeps teneatur stare contractui suorum predecessorum: vide Bal. in. l. digna vox. de legi. Item adde hic Bald. in. l. ij. C. de lib. prete. Item adde omnino hic que plene notauit. d. Bar. de bellẽ. in. d. c. querelam. ne prel. vic. suas.

legiste in. d. l. si fideiussores. Sed aduerte qr hodie hoc dictũ doc. hic non videtur procedere: qr cuz p auk. e. tit. fideiussor nõ possit cõueniri nisi in eo qd exigi nõ potest a debitore pncipali: eadẽ est rõ in fideiussore accepto simpliciter: qd olim erat in fide iussore accepto in eo quod a reo exigi non posset. nisi fideiussor renuntiasset beneficio autentice eo casu tene dictum doc. qd no. z ratio differentie no. in. d. l. si fideiussor. z sunt quotidiana omnia ista. 4 ¶ † In gl. j. ibi: ab initio conuenit. arg. em Unc. ex text. qd si fideiussor vellet ire ad studiũ: vel ex aliqua cã ad lõginquas ptes proficisci: posset agere vt liberetur a fideiussione. [a] argu. l. aut longa. ff. de pcura. z vide in Specu. in titu. de iud. §. iij. versicu. sed quid si fideiussor. vbi tractat quid si inimicitia interuenit nunquid possit fideiussor agere vt libe- 5 retur. ¶ † In fi. gloss. nota. glos. z idem tenet glo. in. l. lucius. ff. manda. z cum hoc dicto videtur transire Ioan. and. nam alij aliter exponũt istã dictionem diu. [b] maxime Host. qui dicit diu cessare qñ venit dies solutionis faciende z fideiussor molestatur a creditore. vt in. c. cõstitutus. ẽ. e. Sed tu tene vt hoc sit arbitrarium z arbitrabit iudex ex temporis cursu z personarum effectu z ex aliis que inter contrahentes acta sunt. nam magis teneor p amico intrinseco φ pro alio non ita coniuncto. et ita de similibus.

¶ De solutionibus. Rubrica.

¶ Supra visum est de obligatiõib⁹ q̃ tollunt ex solutiõibus. nam solutiõe eius qd debet oĩs tollit obligatio. insti. q. mo. tol. obli. in pn. merito post rubricam pcedentem subijcit ista de solutionibus.

1 Successor in bñficio tenet soluere debita predecessoris pro necessitate ecclesie contracta: z ideo requiritur probatio versiõis in ecclesie vtilitatem. 2.
3 Filius in dubio non presumitur heres patris.
4 Heres non conficiens inuentarium: non tenet in foro anime vltra vires hereditarias.
5 Confitenti sacerdoti creditur omne quod dicit respiciens animam suam.
Filius heres patris: si non conficit inuentarium non tenetur satisfacere creditoribus de legitima sua.
6 Ecclesia heres instituta non tenetur vltra vires hereditarias si nõ confecit inuentarium.

AD hoc. † Successor in beneficio tenet soluere debita pdecessoris pro necessitate eccle ꝯcta. h. d. ¶ Nota. i. similitudinẽ inter heredem z successorẽ in bñficio: z est similitudo in quibusdã nõ aũt in oĩbus. nã quemadmodum heres succedit invniuersũ ius defuncti. l. hereditas. de petitio. heredi. ita z prelatus succedit in vniuer getur ex actu facto p pdecessorẽ: vide que habenk p Bald. in. c. j. in tit. qd iu. fit si fi. fue. inue. de feu. z vide q plene habent in. c. querelã. ne pla. vic. suas. z habet in. l. si filius. in. §. si. vbi per Bar. Pau. z Ale. C. loc. z in. l. j. C. de fruct. z li. expen. z solet fieri differentia inter successorẽ vniuersalem z singularem vt in iuribus predictis.

sum ius ecclesie: z sic ecclesia dicit quid vniuersuz de quo vide gl. in. c. cum ad sedẽ. de resti. spo. Itez comparatur quo ad sustinẽduz onera ꝯtracta vel predecessores: sed in multis differũt: qr heres cau sat ius a defuncto successor in beneficio ius consequitur non a defuncto sed a superiore a quo habuit institutionem. Item heres tenetur soluere omnia debita defuncti qualitercunque contracta: vt nota. in. c. j. de testa. sed successor in beneficio nõ tenetur nisi ad illa que sunt contracta pro necessita- 2 te ecclesie. † Et nota ex hoc z ex text. φ in debito ꝯtracto in prelatum obligatur ecclesia etiam post mortem contrahentis dummodo probetur quod pro necessitate ecclesie debitum fuit cõtractum: et c pondera bene text. quia non exigit probationem versionis in vtilitatem ecclesie: sed solum requirit φ pro necessitate ecclesie debitum fuit contractuz. sufficit ergo fm Hostien. probare casum necessitatis: licet aliud senserit hic Innocen. qui exigit vt probetur versio. Sed dictum Hostien. plus mihi placet per ea que dixi in. c. quod quibusdam. supra tit. proxi. z tene menti hunc tex. semp sic intellectum. z extende per ea que dixi in. d. capitu. ex psentium. supra de pigno. nam si prelatus contraxit debita pro sua sustentatione tenetur successor: quia pro necessitate ecclesie videtur contraxisse: cũ ecclesia tenetur illum alimentare: vt ibi dixi. z not. j. eodem. c. proxi. z ita pluries in facto respondi in istis maxime in rectoribus ecclesie qui in infirmitate sua multa debita contrahunt: ex qua decedunt. nam successor tenetur soluere. ¶ In gloss. j. hoc ideo dicit glo. quia hodie filius potest abstinere ab hereditate paterna: nec in hoc tenet adire pretorem: sed sufficit quod se non immisceat here- 3 ditati paterne: vt in. l. impuberibus. z. l. ei qui. ff. de acquirend. heredita. ¶ † Sed est questio quotidiana: nunquid in dubio presumatur filius heres vt sic intentio creditoris sit fundata contra filium: nisi probet quod abstinuerit ab hereditate paterna. tex. iste facit φ sic. nam innuit filiuz simpliciter teneri zc. Sed contrarium communiter tenetur: vt nota. per gloss. z Bartol. in. l. necessariis. ff. de ac- 4 quir. heredi. z dicendum latius: vt ibi not. ¶ † In gloss. secunda ibi: omnia si non fecerit inuentariũ: nungd in hoc procederet in foro anime: vt heres non conficiens inuentarium teneatur vltra vires d hereditarias. [d] dic φ non, vt in. c. φφ. [e] de vsuris. e lib. vj. nam ius ciuile illud inducẽs fundauit se super presumptiõe φ heres bona hereditaria occultauerit. que presumptio cessat in foro anime. cum de omnibus credatur cõfitenti. c. significasti. de ho 5 mici. ¶ † Item dubitatur de filio herede: nungd in foro iudiciali si non fecerit inuentarium: an teneatur de legitima sua satisfacere creditoribus: vide gloss. in auten. sed cum testator. C. ad. l. falcid. z in auten. hoc amplius. C. de fideicom. z in vtroqz 6 loco glo. tenet φ non. ¶ † Item est questio notabilis hereditarias. de quo vide per Ang. in. l. j. ff. si cuf plusφ per. l. fal. z Imo. omnino in rubrica. ff. de acquirenda hereditate. Et adde quod heres vsurarũ non tenetur vltra vires hereditarias: etiã si non confecit inuentarium fm Pe. de ancha. consi. cccxcv. de quo vide omnino per Abb. in. c. tua. de vsuris. z quod ibi late nota. domi. Bart. de bellen. Et quod heres de iure canonico non teneatur non conficiens inuẽtarium vltra vires hereditarias: vide do. Anto. in cap. debitores. in fi. de iureiuran. de quo in foro contentioso z in foro conscientie: vide omnino per domi. Abb. plene in. c. tua. in vj. col. de vsu. z in. c. in literis. de rap. z quid in foro contentioso: plenissime z melius quam alibi de hoc ponit Ro. i auk. similiter. C. ad. l. fal.

Sebasti. Sapia. ¶ Hereditarias. Uide ana. in ca. i firis. in. viij. colũ. j. de rapro. Feli. in c. j. colũ. xiij. ẽ. de constitu. vbi dicit hoc pbari per gl. in. c. fraternitatis xij. q. ij. z ibi illam glo. exornat vide etiã Ias. in. §. sed iste. col. añpe. isti. de actio. ¶ Et ita tenet ibi Ioã. an. vbi elegã ter disputat z vide Barto. in. l. filium quem habẽtem. C. famil. herci. z in repe. l. j. C. de sacrosan. eccle. in. xvij. col. versic. tertio quero. Hostien. in summa. de testi. §. j. versic. qd si nõ confecit. domi. Anto. in. c. qr plerigz. de immu. eccle. De clerico nouiter instituto vtrum teneatur si non fecerit inuentarium: vide bar. in dicta repe. d. l. j. z Ancha. in repe. c. canonicũ. de constituti. in. xxij. columna. versi. ex istis cõclude. z ad de Bal. in. l. cum a matre. in fi. C. d rei vẽdi. vbi dicit φ inuentariũ non fit de iure canonico. z alleg. Ioan. an. in. d. ca. quaφ. de vsuris. lib. vj. Item adde hic Ray. in sum. titu. de here. inquantum tenea ntur p parentibus satisfacere quem vidi originalr vbi tenet φ heres non conficiens inuentarium in foro cõscientie non tenetur vltra vires hereditarias.

Anto. Franci. ¶ An z quãdo successor vniuersalis vel singularis obli

Anto Francisc. ¶ An non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hereditarias in foro conscientie. Dicas qd in foro iudiciali z contẽtioso absqz dubio tenetur; vt in. l. fina. C. de iure deliberã. vtrum autem possit remitti per testatorem heredi: vide Pau. de cast. in consi. clxxxix.

in foro autem conscientie puto illud nō facientem nō teneri dūmodo sine fraude fiat: vt plene ꝑ do. Abb. i. c. cū esses. de testa. fiscus aūt nō tenet facere inuentariū: vt ꝑ Bart. l. l. i. in. §. an bona. ff. de iure fis. addo tū ꝙ inuentarij omissio facta in herede facit eū ꝓsumi adire hereditatē lucrosam: vt in. l. filiū quem habentē. z ibi per Bal. C. famil. ercis. z de materia vid. l. autē. de here. z fal. §. si ꝑo nō fecerit. z per Pau. d. ca. in cōsil. xx. z. cxij. z vide q̄ habent ꝑ Bar. z ang. in l. j. i. §. si heres. ff. si cui plusq̄ per l. falci.

datio. ff. si cer. pe. z prelato ꝓhibet alienatio rerū ecclesie nisi cum solennitatibus a iure requisitis iuxta ea que habent in tit. de re. eccle. non alie. et in. c. sine exceptione. xij. q. ij.

¶ Adde an ecclesia nō cōficiēs inuentarium teneatur vltra vires hereditarias. Abb. consi. clxxiij. ij. lib.

a ¶ In repe. l. iiij. q. iiij. partis pnc. vbi distinguit ꝙ si persona ecclesiastica sit instituta cōtēplatione religionis nunq̄ teneat vltra vires hereditarias dato qd non fecerit inuentarium alīs secus: sʒ cōis sententia est: qd imo ecclesia teneatur si nō cōfecerit inuentarium: sicut z miles hodie ꝑ §. fi. i auf. de her. z fal. iūcta glo. in l. miles. in princ. ff. de re iud. sʒ habent rest. in inte. sicut z principalis. ita tenēt do. Car. z Imo. hic glo. z cano. in. d. c. j. de tes. Ang. z do. Alex. imol. in l. fi. in. §. fi. vbi late per eū. C. de iure deli. z plene ꝑ Lud. ro. in rubr. de acqui. here. et ꝙ fisc⁹ non teneatur conficere iuētariū prout tʒ hic iste. adde hoc esse verū siue occupet bona vacātia defuncti q aliū heredem non habeat fm gl. in. l. ex facto. §. fi. ff. ad tre. siue capiat bona ex delicto alicui⁹ nunq̄ tenebit vltra vires hereditarias fm doc. in d. l. fi. z ista est cōmunis sñia: quāuis in contrariū faciat text. in. §. pe. i auf. de here. z fal. dum ibi tex. dicit ꝙ illa constitutio de non conficientibus iuuentarium vt non teneātur insolidū habeat locū in oī persona: z postea subdit cōmunem nāq oibus hominibus zc. nā appellatione hominis cuʒ illa vniuersitate omnibus etiā venit fiscus: est glo. ordi. in ver. vsurarū in. l. eos. circa medium. iuncto tex. ver. hoīes. C. de vsu. quaʒ ibi ad hoc ponderat z multū not. Bald. in. ij. col. in ver. tertio. not. facit etiam gl. in ver. pertinet. in. l. j. C. de peti. here.

bilis in ecclesia an teneatur vltra vires hereditarias[a] si nō cōfecit inuentariū. gl. in. c. j. de test. sentit ꝙ sic. Bal. ꝯ in. l. fi. C. de iure delib. z expressius Bar. in. l. j. C. de sacrosan. eccle. nā fiscus non tenetur: vt no. in. d. l. fi. ergo nec ecclesia. hereditas em̄ delata ecclesie intelligitur delata inquantum non est onerosa ne indirecte alienentur bona ecclesie. facit quod legitur z notatur in auten. sicut. C. de sacrosan. eccle.

1 Prelatus qui obligauit ecclesiam pro debitis alienis ipso facto est suspensus ab administratione temporalium z spiritualium. et ecclesia non tenetur. z.

2 Prelatus potest obligare ecclesiam pro sua sustentatione.

3 Sigillum an probet procurationem.

4 Actus gestus contra legem penalem an sit null⁹ z pena comittatur.

5 Suspensio quam incurrunt prelati vel alij ipso facto vel excōmunicatio canonis an z quo casu possit per inferiorem a papa tolli.

Pena simpliciter posita pro aliquo delicto censetur perpetua.

6 Literis alicuius adhibetur fides in ꝑiudiciū suū.

7 Ista verba nouerit se suspensum zc. intelliguntur ipso iure

8 Suspensus ab administratione temporaliū z spiritualium si celebrat nō incurrit irregularitatem.

9 Prelatus qui mutuat pecuniā ipsi⁹ ecclesie alijs non dicitur res ecclesie male administrare.

SI quorundam.

❡†No.j.z tene menti qd laicus põt trãsferre domiciliũ de vno episcopatu in alium non habita licentia epi prioris domicilij. et quãq̃ Hosti.dicat decẽs esse vt laicus petat licentiã ab epo priori.per not.in.c.fraternitati.de cleri.non resi.tñ hic nulla fuit petita licẽtia . nec de nõ petitione isti notatur. z vide qd dixi in.d.c.fraternitati.❡†Secũdo not qd ius incolatus seu domicilij tollitur eo ipso qd quis se transfert ad aliũ locum:nam domiciliũ potest quis ex libera voluntate mutare:z absoluit se a nexibus prioris domini:vt hic patet aperte. nam si hoc procedit in spũalibus vt hic fortius in temporalibus,et quo ad tẽporalia est tex .in .l.domicilium.z in.l.incola.la.ij.ff.ad muni.❡†Nota tertio qd prelatus qui nõ administrat spiritualia non potest exigere temporalia . Et ex hoc collige arg.qd contra prelatum non administrantem seu exercentẽ officiũ per se vel p aliũ si petit decimas vel alia tẽporalia potest opponi qd nõ exercet spiritualia quia temporalia sunt debita ob causaz: z sic causa nõ secuta non debentur .C. de condit ob causam.per totum.A contrario no.qd prelatus [a] administrans spiritualia cũ bona gscientia exigit temporalia. z facit vt parochiani possint compelli ad alendum propriũ presbyterũ.si alis nõ habeat vnde viuat.facit qd dixi.s.super ru.❡†No.ꝙ ex cõstitutione domicilij habet eps iurisditionẽ episcopalem in constituentẽ.vnde sicut dñs temporalis habet iurisditionẽ in incolam.vt in.l.incola.ff. ad municip.ita dñs spiritualis,vt hic.z in.c.ij.de tempo.or.lib.vj.❡†Ultimo no.iuncta glo.fi.qd decime personales debentur in loco domicilij:sed prediales [b] in loco vbi sunt predia:nisi consuetudo aliud habeat.z videtur prima fronte velle iste tex. qd cõsuetudo valeat vt decime non debeantur.sed doct.cõmuniter hic tenent oppositũ.z intelligunt tex.quãdo cõsuetudo habet vt prediales debeãtur loco domicilij:sed qd ex toto nõ debeãtur nõ valet cõsuetudo dicam latius in.c,aliquibus.j.ti.prox.

6 ❡†In glo.j.ibi:vnde sunt oriundi.gl. videtur per hoc intelligere ꝙ isti habitatores erant oriundi de diocesibus illorum prelatorum qui nunc vendicabant iurisdictionem in eos:z sentit ꝙ si ciuis transfert alibi domicilium non remanet subiectus priori domicilio quo ad onera:sed remanet ciuis quo ad honores.z iudicio meo glo.non bene loquit:z ita intellexit quo ad vtrũqz dictum:quia tex.hic nõ dicit ꝙ isti essent oriũdi de regno hierosolymitano:sed qd ibi elegerũt mansionẽ:z sic solũ erant subiecti illis prelatis ratione domicilij.quo translato in nullo remanẽt subiecti:quia cessat omnino causa subiectionis.vt in.d.l.domiciliũ.et in l.incola.z hic.sed subiectus ratione originis:licet trãsferat domicilium alibi:nõ per hoc eximitur a iurisdictione naturalis domini nec quo ad temporalia:nec quo ad spiritualia.De spiritualibus videt tex.in.d.c.ij. de tempo.ordi.lib.vj.vbi dicit ꝙ episcopus ratione originis potest promoueri ad ordines.idem dico si reperiatur in loco originis quo ad ius conueniendi:nam poterit sibi conueniri.vt not.Bart.in.l.assumptio.ff. ad munici.nam ciuilitatem ratione originis non potest quis sola voluntate a se abdicare:qz naturalia sunt immutabilia.vt dicit tex.in.d.l.assumptio.z in.l.origine.C.de mu.z ho.lib.x.Item remanet subiect⁹ quo ad onera personalia:vnde si extrahatur ad aliquod officiũ tenetur illud subire:licet alibi habitet.nam incola est astrictus muneribus seu oneribus loci domicilij z loci originis.vt in.d.l.incola.z not.Barto.in.d.l.assumptio.❡†Nunquid autẽ clericus [c] vel monachus desinat esse ciuis.

7 c dicendum ꝙ non.z de clerico seculari non dubitatur.pro hoc.d.c.ij.vbi ponderatur locus originis:de monacho idem dicẽdum.nã retinet iura cognationis.vt in.l.deo nobis.C.de epis .z cleri.z expresse tenet Bar. in.l j.ff.ad munici.nam p monachatum mutat statum in melius : quia melior est vita contemplatiua q̃ actiua.in auf.de monachis.in prin.sed per meliorẽ statum superuenientẽ non perditur ciuilitas.l.senatores.ff. de sena.efficitur tñ ciuis illius loci vbi monachatur.Et idem in alijs abbatibus z prepositis ecclesiarũ.nam efficiuntur ciues vbi habent dignitates.vt no.Bar.in.d.l.j.ratio:quia capitulũ cum sit corpus fictum efficitur ciuis illius ciuitatis vbi nascitur:z prelatus seu monachus sunt de illo corpore.Item per adoptionẽ quis efficitur ciuis ciuitatis adoptantis.vt in.l.ciues.C.de inco.lib.x.ergo fortius monachus qui trãsit in potestatẽ abbatis z monasterij. Et aduerte qd dixi de loco originis habet etiã locũ in origine paterna.nam filius consequitur ciuilitatẽ ex origine patris:licet z ipse alibi natus sit.vt.d.l.assumptio. §.filius.nisi sit bastardus seu vulgo quesitus:quia tales sequuntur matrem z nõ patrem vt in.d.l.j.in fi.z in.l.cum nuptie.ff.de sta.ho.z in.c.fi.de ser.nõ ordi.vbi

8 per glo.z doc.❡†Ultimo quero intra quantũ tẽpus dicit ꝯhere domicilium ratione habitationis.qd est querere:nũqd eo ipso qd isti de qbus in tex.cõtulerunt se ad habitandũ in aconensi ciuitate ꝯxerunt ibi domicilium:z si eps vel dñs temporalis immediate habeãt iurisdictionẽ in isto habitatores.dicit Hosti.ꝙ requirit tẽpus.x.an fm leges.vt in.l.ij. C.de incol.lib.x.sed dicit de facto hoc non seruari.vnde tempus videt arbitrariũ.z subdit notabile verbũ.ꝙ ex quo aliquis vendit oia que hz in certo loco: z transfert se cum bonis que habere potuit ad alium locuz z ibi emit possessiones videt illico primũ domiciliũ deseruisse: z secũdũ cõstituisse: qd bene no.per dictũ Bar. in.d.l.assumptio . §.filius.vbi dicit ꝙ eo ipso ꝙ qs oia bona sua aufert de loco domicilij:videtur habere animum deserendi illud domiciliũ.z idem sentit Inno.in.c.ex transmissa de renun.z quãq̃ Host . dicat ꝙ.d.l.ij.de facto nõ seruat:dicerẽ ꝙ illa lex nõ resistit predictis:nã loquit in scholaribus nã dicit ꝙ nõ habẽt

d domicilium in loco studij nisi traxerunt moram ibi per decennium [d] z sic loquitur eo casu quo ex coniectura apertissime apparet ꝙ quis nõ intendit cõstituere domiciliũ.nam ad cõstitutionẽ domicilij requirit anim⁹ ibi habitãdi perpetuo.l.si quis instructus.ad munici.animus autem ex coniecturis deprehẽditur.c.ij.de renun.lib.vj.l.dolum. C.de do. vñ fm qd coniecture vrgent requirit maius vel minus tẽpus.In scholaribus autem requirit tantũ tẽpus qz veniunt causa studẽdi z nõ cõstituendi domiciliũ:que ratio cessat in eo qui ex toto deseruit primũ domicilium z cum oibus rebus trãsfert se ad aliũ locũ.nam si emit ibi possessiones immediate presumit qd vult cõstituere ibi domiciliũ:sed vbi nõ emit possessiones:sed stat sic in suspẽso dicam tps arbitrariũ:vt fm quãtitatẽ tẽporis z fm qualitatẽ hois iudex psumat animũ suũ:z p hoc dico:si immediate iste declarat animũ ꝙ vult habere domiciliũ ꝙ sine expectatione alterius tpis habebit domicilium ibi:pro hoc bo.tex.in .d.l.si quis instructus.z optime facit ista litera:vbi nõ põderatur temp⁹.x.anno.sed quod deserto domicilio pmo per inuasionem infideliũ cõtulerunt se ad habitandum in aconensi ciuitate. Nico.Abbas.

❡De decimis [e] primitijs z obla. Rubrica.

1 ☞Decime debent clericis z ecclesijs siue sunt pauperes siue diuites; non solum decime prediales sed temporales.vide in fi.

2 Statutum preceptum vel lex siue cõstitutio prohibitoria z nõ conditionalis obligant semper z ad semper id est omni tempore.

❡Quia decime z pmitie z oblatiões sunt de iure parochiali:ideo post rub.pcedẽtẽ merito subijcit ista.❡†Et circa hãc rub.multũ istat Io.

1 an.post In.nũqd decime debeant siue ecclie z clici sint paupes siue diuites.et

→ Sebasti.Sapia.
a ❡Qd prelatus. Uide: que scribit Feli.i.c.veniẽs .j. col.ij.§. no .quarto ibi ꝯsueuerũt . s.de testibus.
b ❡Sz prediales. Ad hoc vid old. in consi.clxviij . et vide gl.xlij .q.j .in sum. et vide Archi. in.c.si quẽ.de procura .i.vj.vbi dicit qd ille q mutat domiciliũ tenetur soluere decimas prediales in priore ecclesia in qua remanserũt predia:sec⁹ in personalibus.z facit ad hec que not. Alb .ij. parte sta 1 tutorũ.q . cxxxvij.
→ Sebasti . Sapia.
c ❡Nunqd autem clericus . Multa ad hec vide p Felinũ in. c,dilectus 2 filius.ij.col. iiij.§. octaua conclusio, s.de rescrip. Zacharias.
d ❡Per decẽniũ. Adde qd Ang.z Ale.in.l.si heres. 3 col. iij .ff. de iudi. tenuerũt qd scholaris non ꝯheret domiciliũ in loco studij.etiã si causa studij staret ibi p mille annos;qd est de directo con a tra istuz titulu.et per Io.an.in.c. si quis contra.s.de foro compe.z In 4 nocẽ.in.c.ex parte.eo.titu.
→Sebasti . Sapia.
e ❡De decimis. Quoniaz hec ru 5 brica inuit ꝙ hec tria:decime pmi b tie et oblationes sunt diuersa.vide difficultatẽ quaz mouet do. Abb. in.c.cũ inter vos. j.de verbo.signi.

uites.⁊ videt ꝙ si sint diuites nō debent per id quod habet Numeri xviij.c.vbi in effectu dicit ꝙ clerici nō debent habere portionē in terra promissionis: nec aliquid inter filios israel possidere: sed decimarū solutione debeant esse contenti. cuz ergo hodie ecclesie sint diuites ⁊ ꝑ ꝯñs clerici: non videtur ꝙ possunt petere decimas: quia ex quo excedūt terminos proprios merito excedēt a terminis nō suis. vt in.c.detestāde. de cōces.ꝑben.lib.vi.⁊.l.fi.C.de edic.diui.adria.tol. Item in loco ꝑalleg. videntur cōtineri duo precepta: quorū vnum est affirmatiuū relatū ad laicos. de solutione decimarū aliud est negatiuū quod refertur ad clericos: vt inter laicos ipsi clerici nihil possideant. si ergo volunt clerici vt laici obseruent eorum preceptū debent ⁊ ipsi seruare suum naz frustra legis auxiliū inuocat ⁊c.c.quia frustra.de vsu.maxime † quia preceptū clericis factū tanꝙ negatiuū obligat semper ⁊ ad omne tempus. Sed his non obstantibus ꝯtriuz concludit Inno.⁊ post euz Io.an. ⁊ cōiter omnes do.sequētes principaliter mouētur per id quod habetur Exo. xxij.c.vbi fit preceptū laicis simpliciter ꝑ hec verba. Decimas ⁊ primitias nō tardabis offerre: vnde cum sit preceptū prohibitoriū nec conditionatum obligāt semper: ⁊ ad semper .i. omni tēpore. ad idez quod habetur Leuit.xxvij.c.Deut.xiij.⁊.ij.Paralip.xxxi.⁊.Nume.iiij.c.in quibus locis generaliter mādatur omnibus laicis vt de frugib⁹ ⁊ de cunctis soluāt decimas: nec pretextu decimarū ecclesie debent laici sibi subtrahere eis debita.xiiij.q.v.c.i. Nec obst.ꝯria: quia clerici nō debent possidere proprium sc; vendicando sibi partes in terra promissionis sicut ⁊ laici: sed si eis offertur a laicis nō est a lege prohibitū imo concessum ꝙ possint illa possidere: pro hoc qđ habet Leuit. xxij. ⁊.xxvij.c.vbi dicit ꝙ quicquid fuerit cōsecratū deo ad ius pertinet sacerdotū. s; quicquid habent hodie ecclesie adepte sunt ex oblationibus laicoꝝ: ergo ea que sunt eis debita ex precepto diuino nō debent eis subtrahi ex istis oblationibus voluntarijs. Item decime nō sunt soluz ecclesiarū ⁊ clericorū sed etiam pauperū. nam dicuntur tributa egentiuz animarū. Item pertinent etiam ad fabricaz ecclesiarū.xvj.q.j.c.fi.⁊ in.c.tua.ꝟ.eodem. ergo propter diuitias clericorū nō debēt pauperes ⁊ ecclesiaruz fabrica defraudari.⁊ miratur Inno. de quibusdā nouis predicatoribus asserentibus oppositum: cuz nullus sanctorū doctoꝝ ecclesie dixerit oppositū.⁊ aduerte vltra eum. nam vt reperio ꝙ oēs doc. ecclesie conueniūt in hac sententia: vt etiā hodie decime debeātur[a]. de Hieronymo habes pulchrū tex.in.c.reuertemini.xvj.q.j.de Augu.habes ea.causa.⁊.q.in.c.decime. ⁊.xvj.q.vij.in.c.maiores.vbi dicit August.inter cetera.ꝙ olim maiores nostri copijs omniū abūdabāt: quia decimas soluebāt sed hodie quia cessat solutio supuenit indictio fisci: ⁊ tollit fiscus qđ nō accipit Cristus. habes de Ambro.c.quicunqz.ea.causa.⁊.q.de Grego.in.c.quadragesima.de conse.dist.v.in fi.⁊ de concilio generali habes in.c.maiores.el.ij. xvj.q.vij.⁊ hodie oēs religiosi predicatores proferentes aliqua verba que possunt subtrahere auditores a solutione decimarū sunt ipso facto excōmunicati: vt in cle.cupiētes.de penis.⁊ iniūgitur eis ꝙ in confessionibus debeāt facere ꝯscientiā ipsis penitētibus de solutione decimarū: ⁊ si ex proposito omittūt incurrūt grauem penam: de qua ibi: ⁊ vide ad premissa glo.plenā.⁊ no.in.c.j.ꝟ.eo.ti.lib.vj.⁊ tenet hic Inno. ꝙ nō solū decime ꝑdiales s; etiā personales sunt in precepto de iure diuino. alle. id quod habetur Deutero.xij.c.⁊ Numeri.iiij. c.de hoc tamē dic vt latius dicam in.c.aliquibus.ꝟ.eod. Abbas.

1 Decime debent solui integraliter: al's non dicuntur solui.
Decime preteriti temporis si exhauriant totum patrimoniuz laici an debeantur ecclesie cum tanto preiudicio laici.
2 Decime debentur ex omni fructu qui ex terra prouenit.
3 Quarta pars decimarum debetur hodie episcopo.
4 Domus appellatione an veniat porticus.
Statutum ꝙ offendens aliquem in domo an verificetur in porticu.
5 Promissio generaliter facta: puta ꝑmitto tibi frumentū ⁊ nō expressit quantitatē: valet de equitate canonica: ⁊ fiet solutio arbitrio boni viri.
6 Doctores possunt interpretari legem dubiam: ⁊ ipsorū interpretationi statur: si aperte non conuincitur de errore.
7 Clerici vbicunqz exigunt solutionem temporalium semper est fiēda interpretatio contra ipsos.
8 Cōsuetudo ꝑualet interpretationi doctoꝝ super intellectu alicuius legis.
Decime primitiarum an sint sub precepto.
Preceptum statutum vel lex quorum interpretatio est dubia nō ligat non obseruantem in peccato mortali.

Decimā. Exprimit quatuor genera decimarum que ex veteri lege debebantur. Et diuiditur. qm̄ prio agit de quotitate decimarū exprimens quatuor gña ipsaꝝ. secundo de q̄titate primitiarum: ibi. arx̄o. ¶ Casus literalis. Primo ponit tria gña decimaruz fm ꝙ olim in veteri testamēto soluebantur. Scdo dī ꝙ primitie quas de frugib⁹ offerebāt nō erāt aliq̄ speciali noīe designate: s; ꝑ volūtate sua qlibet offerebat. Postea traditio hebreoꝝ inoleuit arbitrio magistrorum q vt plurimū dabāt. xl. ꝑtē sacerdotib⁹.⁊ q min⁹.lx.⁊ iter.xl.⁊.lx. dicebat offerre ꝙ volebat.⁊ ita qđ prius dubiū erat postea diffinitū fuit propter auaritiā sacerdotum ne amplius exigant a populo in primitijs offerēdis Ber.

1 ¶ † No.j.ex tex.ibi.decimā partē ꝙ non satisfacit precepto legis soluēs minorē partem decimaruz. nō eīm soluit decimā qui minorē partē soluit. nam dicimus ꝙ non seruat quadragesimaz qui oībus diebus quadragesime non ieiunat: vt in.c.quadragesima.d.conse.dist.v.⁊ vide bo.tex.Ambro.in.c. qcunqz.xxj.q.vij ⁊ ibi habes gl.no. ꝙ si bona laici exhauriantur in totū si tenet soluere oēs decimas preteriti tēporis nunquid ecclesia dz recipere cum
2 tanto discrimine laici. ¶ † Not.ij.ibi oīm frugum ꝙ nō solū de fructibus terre seu frumento et vino debēt solui decime: sed etiā de omni reditu prouenięte ex terra: nam verbū frugū est valde latū comprehendēs in se oēm redditum ex terra prouenientem: vt in.l.frugum.de verb.sig. ¶ No.iij. ꝙ olim in veteri lege laici soluebant tria genera decimarum. Primo soluebant leuitice tribui. id est clerici: nam ad clericatuz solum promouebant illi de tribu leui. sed hodie tempore gratie quisqz potest promoueri ad clericatū etiam si ꝑmo fuit iudeus: vt in.c.eā te.s.de rescri.⁊ hodie hec decima stat in robore suo vt patet.ꝟ.per totum titulū. nam Christus noluit soluere legē antiquam sed adimplere: vt habet in euangelio. Scdm genus decimaruz recōdebat ꝑ tpe visitationis tēpli salomonis quas comedebāt inuitādo etiā sacerdotes ⁊ leuitas. hodie aūt iste decime nō sic recōdunt: sed loco illarū successerūt oblationes quas laici hodie faciūt clericis. Tertiū genus recondebat pro pauperibus
3 quorū loco succedūt hodie eleemosyne. ¶ † Not. ꝙ clerici inferiores soluebant decimas decimarū suis superioribus. hodie vero in loco illarū succedit quarta. nā de iure cōi debet eps habere quartam decimarū. vt in.c.de quarta.de prescrip. et in c.cōquerente.de offi.ordi.dicā plene in.c.cum contingat.ꝟ.eo. ¶ No.ibi: in vestibulo tēpli. ꝙ conuiuia fiebant olim in vestibulo templi .i. in porticu. vel in edificio tēplo cōtiguo. ⁊ appellabatur vestibulū:[b] qz ibi vestiebātur egrediētes seu ingredientes in tēplum fm eorū consuetudinē. in tēplo autē nō dz qs cōuiuari fm doct.⁊ bene.argu.in.c.j.de immu.eccle. qz ecclesia est dom⁹ orationis ⁊ nō cōuiuij: vt in.c.decet.ꝟ.e.ti.li.vj. nisi necessitas aliud
4 vrgeat. vt in.c.ij.de custo.eucha. ¶ † Et ex hoc et ex tex. collige ⁊ tene mēti ꝙ dispositio loquens de tēplo seu domo nō extendit ad porticū domus vel tēpli: nā vt vides aliqd permittit fieri in porticu non aūt in templo. Et facit ad.q. statutū grauiter punit percutientē alium in domo sua: nūquid habeat locū si ꝑcussit in porticu domus.⁊ ꝑdicta faciūt ꝙ nō: de quo vide q leg.⁊ no.in.l.lex cornelia. in.§.domum.ff.de iniu.⁊ in.l.q domū.ff.de adult. satis tū dicerē pōderandā mētem statuti. an ratio verificet in porticu vel non[c]. ¶ † Not. in ver.arx̄o.
5 tex.no. ꝙ obligatio gñaliter cōcepta valet ⁊ tenet: ⁊ quātitas venit soluēda ex arbitrio debentis soluere: intelligendo de arbitrio boni viri. arg. opt. hic. naz deus in genere mādauit soluere primitias nō exprimēdo quātitatē: ⁊ tū dī ꝙ primitie sunt soluēde arbitrio offerentiū. si ergo lex mandat aliquid solui generaliter nō exprimēdo certā quantitatē intelligit ꝙ solutio sit fienda arbitrio debentiū soluere: ⁊ fm hanc interpretationē magistrorū non dz solui minimū qđ est valde notandū. ⁊ hoc adduco ad.q. nunquid hec habeant locū in stipulatione concepta inter hoīes: vt puta promisi tibi dare frumētū nūqd tenear. tex. de iure ciuili videt ꝙ nō. in.l.triticū.⁊ in.l.si insulā.ff.de verb.ob. In cōtrariū facit iste text.⁊ in.c.quāto.ꝟ.de cēsi.⁊ pōt dici ꝙ ex eqtate canonica vz obligatio: et solutio est fienda de arbitrio boni viri habito respectu ad cām ꝑmissionis ⁊ ad qualitates ꝑsonarū ⁊ tēporū hoc videt singulariter sensisse Arch.in.c. sunt non
6 nulli.j.q.j. qđ semper tenebis menti. ¶ † Not. ibi arbitrio magistrorū ꝙ docto.[d] ⁊ magistri possunt interpretari legē dubiā: ⁊ eoꝝ interpretatio est seruāda si aperte nō cōuincit de errore. pro hoc facit qđ habet.l.vna.C.de ꝑfes.qui in vrb.cōstā.lib.xij. vide tū bo.gloss.s.de postu.prele.c.j.in ver. inter-
7 pretatus.⁊.xj.qō.j.in.§.ex his. ¶ † Ultimo not.

[a] ¶ Decime debeant. Adde qđ sit decima ⁊ quotuplex ⁊ cui debeantur. D. Car.ꝯsi.lxxxviij. ⁊ an clerici teneātur ad decimas ꝑ eundē.cōsi.xlv. Sebasti. Sapia.

[b] ¶ Uestibulū. melius etymologiaz huius verbi vestibuluz ⁊ significatū ponit Macrobi.saturna.lib.vj. in vlti.char.

[c] ¶ Uel nō. Adde anch.ꝯsi.clxxviij. an vendita domo veniat porticus. Sebasti. Sapia.

[d] ¶ Qđ doctores. Uide Fel.in.c.j. col.penul.de constitu. vbi allegat hūc tex.ad hoc ꝙ doctoris opi. est imitanda.

a ¶ Primitie. An prestatio primitiarum sit de necessitate facienda vide omnino per beatum. Tho. secūda secūde. q. lxxxvi. arti. vlti.

b ¶ Ex principio. Et pōt etiā no. ex prin. ꝙ a nouitatib⁹ abstinendū est: quia ois nouitas presumit mala l. ij. ff. de cōsti. prin. z inducētes nouitates reprehendunt. c. quis nesciat. in fi. xj. dist. z nouitates pariunt discordias. c. quod dilectio. in fi. j. de consangui. z affi. z. c. cū cōsuetudinis. de consuetudi.

c ¶ Prim⁹. istam so. seu hūc intellectū gl. tenet in. §. d his. xvj. q. j. z in c. si qs laic⁹. in gl. ead. causa. z. q. sz Arch. dicit in. d. §. de his. ꝙ etiaz d prediis ecclesie debent solui decime nisi de his q̄ deputāt ad fundationē ecclesiaꝝ z cimiterioꝝ domos z hortos in xta positos. z ad hoc alle glo. in ꝟ. sup tributo. in. c. nō min⁹. de. imu. eccle. z. gl. j. in. c. j. z in. c. si tributū. x. q. i. z istū intellectū quē ponit hic glo. sequitur idē Arch. i. d. c. si qs laicus. Et de hoc an cleric⁹ teneat soluere decimas de suis bonis patrimonialib⁹. vide p. Ray. i sum. de deci. circa pri. sed tu vide beatū Tho. secūda scde. q. lxxxvij. arti. vl. vbi cōcludit ꝙ tenentur clerici, vel sacerdotes etiam curati soluere decimas d suis prediis patrimonialibus sed de decimis etiā sacerdotes curati siue sint seculares siue regulares nō tenentur soluere decimas. alij ꝟo clerici nō curati bene tenent pro terris ecclesie quas tenent soluere decimas.

✠ Sebasti. Sapia.

c ¶ Primus. vide Feli. in. c. causam que. col. j. s. de p̄script. vbi dicit ꝙ licet clerici teneātur soluere decimas quando habent p̄dia in aliena parochia excepta dote tamen possunt prescribere libertatē. vt ibi per eum.

ibi: sacerdotū auaritiā. ꝙ vbi agitur de solutione tpaliū fienda clericis: semp est in dubio fiēda interpretatio cōtra clericos. z hoc ne notentur auaritia in exactiōe rerū tēporaliū. optime facit text. in. d. c. quāto. de cēsi. z de auaritia clericoꝝ. vide pulchrū tex. in. c. diaconi. xciij. dist. vbi dicit ꝙ ex quo in ecclesiis sicut in romano imperio creuit auaritia lex fugit de sacerdotio z visio de ppheta. ¶ †. In gl. fi. ibi: tanꝙ debite. no. bn̄. glo. vult enī ꝙ primitie[a] sint in precepto sicut z decime. Inn. idē sentit: sed dicit ꝙ quātitas est soluēda arbitrio offerētis sm cōsuetudinē loci. bene facit dictuz. c. quāto. Hosti. dicit hoc verū dūmodo soluat intra quadragesimam. z. lx. partē prout habet in litera sed dictum Inno. videt verius quia quātitas hic expressa nō habet in. l. sed fuit interptatio magistroꝝ. cui preualere debet cōis cōsuetudo: qꝛ cōsuetudo est optima legum interpres. vt in. l. si de interpretatione. ff. de legi. z. c. cum dilectus. de cōsue. Quidam alij antiqui dixerūt ꝙ primitie soluuntur non ex necessitate sed ex voluntate offerentiū z valet hec concertatio opinionū ad excusandū a peccato nō soluentes. arg. no. in. c. j. de postu. prela. lib. vj. de iure tn̄ mihi plus placet p̄cedens opi. primo per dictū Hiero. in. c. reuertimini. xvj. q. j. secūdo p istū text. dum dicit ꝙ quātitas fuit determinata pꝑter sacerdotū auaritiā: ne amplius a pp̄lo exigāt. nam verbuz exigere est necessitatis: nam exigere est ab inuito extorquere. argu. l. fidecōmissa. §. si rem. ff. de leg. iij. Itez hec ratio litere esset frustratoria si cōsisterent in mera volūtate. nam tunc sacerdotes nō potuissent exigere sed quātitas vt dixi est volūtaria: ita tn̄ vt dolus absit ne nimiuz offeratur: vt satis innuit hic litera. Abbas.

1 ☞ Celrici non sunt obligati ad aliquid quod in canonibus non inuenitur.

2 Argumentū de clericis antiqui testamēti ad clericos hodiernos valet vbi est eadē ratio: alꝭs secus.

3 Clerici suscipientes sacramēta a presbytero parochiali tenent ad oblationes: z ad que tenent laici.

Monachus qui de cōsensu abbatis z capl'i stat in studio censet habere licentiā faciendi eleemosynas congruentes de sibi concessis a superiore.

4 Decime an sint soluēde a clericis vel episcopis vel abbatibus siue de bonis patrimonialib⁹ siue de quesitis per ipsos.

5 Legitimare quis pōt filios suos non tanꝙ pater sed tanꝙ habens autoritatem legitimandi.

6 Locatio predij si est facta a rectore ecclesie successor tenetur stare colono: secus si fuit facta a canonico vel fructuario.

Canonici nō possunt obligare nec locare vltra tp̄s vite ipsorum predia beneficiorum suorum.

Rector alicuius ecclesie dicit tutor z administrator ipsius: z ideo cēsetur habere maius ius ꝙ canonici qui dicunt habere prebēdas vt inde viuant non vt habeat administrationem.

7 Ecclesia potest de nouo edificari intra parochiaz alterius ecclesie: qn̄ antiqua ecclesia habet parochiam valde amplā: z populus nō potest de facili cōuenire ad illā: z illa ecclesia noua habebit obuentiones spirituales ex illa antiqua.

8 Canonici de iure nō faciūt fructus beneficij suos sed statur consuetudini.

Canonici an teneantur soluere decimas de fructibus prebende eorum.

9 Papa de potestate ordinaria non potest exigere decimas sed de potestate absoluta potest.

N Ouum genus. Non pōt cōgrue summari pꝑter varietatē lecturaꝝ: sz ex infra dicendis apparebit clarus intellectus. c. ¶ Casus lr̄al. s. Quesitū fuit a papa: vtrum clerici a clericis decimas exigere pn̄t. Rn̄. papa ꝙ hoc esset nouum genus exactionis vt clerici a clericis decimas petāt: cū in. l. dn̄i. hoc nō legat. leuite enim a leuitis decimas nō accipiebāt. Illi ꝟo clerici qui ab aliis clericis sp̄ualia recipiūt de laborib⁹ suis eis debent dare decimas. Ber.

b ¶ Not. j. ex principio[b] pro modo z vsu loquēdi seu respōdēdi cū aliqd extraneū exigit a clericis vel a laicis. nā pōt dici nouū gen⁹ exactionis. z dic nouū. i. extraneū. Et ex hoc z ex tex. infero ꝙ a clericis nō potest aliqd exigi qd in canonib⁹ nō caueatur. nā noue exactiones hic phibent.

2 ¶ † Secūdo no. ꝙ valet argu. de clericis antiqui testamēti ad clericos hodiernos: qd itellige vbi est eadē ratio: alꝭs secus. vt. lxxxij. dist in. quasi per totum. z in. c. traslato. z qd ibi no. s. de cōsti.

3 ¶ † No. tertio z tene menti: ꝙ clerici suscipiētes sacramēta tanꝙ laici ab aliis clericis tenent illis rn̄dere in iurib⁹ parochialibus. Ex quo infero ꝙ clerici audiētes diuina in aliis eccliis tanꝙ parochiani illarū ecclesiarū tenentur facere oblationes in casibus in quib⁹ laici offerre debēt. z facit cōtra quandā opi. vulgarē que habet ꝙ clerici nō debēt offerre: sed hec opi. est falsa: nisi intelligas qn̄ sunt in pꝑriis ecclesiis: ita qd sibiipsis administrēt sacramēta sicut loquitur principium. c. sec⁹ qn̄ audiūt in alia ecclesia tāꝙ parochiali. vt. s. dixi. z pro hoc vide tex. no. cū glo. in. c. alia. xvj. q. j. vbi patet ꝙ monachi anteꝙ essent clerici tenebant offerre ecclesie parochiali vbi audiebāt diuina z percipiebāt sacramēta. z pl⁹ pbat singulariter ille tex. z ꝙ vbi bona sunt cōmunia religiosis seu clericis fiet oblatio z alia iura parochialia exoluent de bonis ecclesie. nam monachi nō habēt propriū. xij. q. j. nō dicatis. z tn̄ offerebāt z decimas persoluebāt: qd nō potest intelligi nisi ex bonis monasterij. Per hoc etiā infero ꝙ si monach⁹ est in studio de licētia superioris pōt z dz offerre sicut z alij laici. nam z congruentē eleemosynā facere pōt de sibi concessis a superiore: qꝛ verisimile est ꝙ superior hoc tacite cōcessit. p hoc vide bo. gl. in. d. c. nō dicatis. z in cle. ij. de vita z ho. cle.

4 ¶ † Op. ꝯtra tex. de. c. qst. xvj. q. j. vbi tex. videt innuere ꝙ ep̄s z abbas nō soluūt decimas. z eadē rōne idez videt dicendū in aliis clericis, cui⁹ ꝯtrarium innuit ista litera in fi. Sol. ex. gl. hic positis possunt elici quatuor intellectus ad tex.

c Primus[c] est vt de dote ecclesie non teneantur clerici soluere decimas: vt in ꝯtrario. ita debet itelligi prin. c. sed de illis bonis siue de patrimonialib⁹ ipsoꝝ clericoꝝ decime sunt soluēde siue sint in parochia aliena siue in pꝑria: z sic intelligitur finis. c. z not. hoc dictuz maxime in eo ꝙ si rector ecclesie seu canonici habēt predia patrimonialia etiā intra limites pꝑrie parochie tenentur inde soluere decimā etiā pꝑrie ecclesie. z de hoc. j. Scds intellectus vt clerici nō teneātur parib⁹ decimā soluere: vt in prin. c. sed superiori sic. vt in fin. c. z. s. c. pxi. Tertia lectu. vt principiū itelligat in clericis nō recipiētib⁹ diuina ab aliis: vt puta quia administrāt sibiipsis sacramēta adinuicez: secus si recipiāt ab aliis tanꝙ parochiani illius ecclesie: z iste due vltime lecture colligūtur ex glo. ij. prima autem colligitur ex gl. j. Quarta lectura ponitur in vltima glo. vt prin. intelligat in nō coniugatis: finis in coniugatis: qui tanꝙ laici soluūt dicimas. ¶ Nunc aūt examinem⁹ quālibet lect. deper se. nam circa primā Inno. hic instat obscure aliqantulū loquendo sed reducēdo ad claritate facit duo mēbra: aut loqmur in decimis personalibus: aut predialib⁹. primo casu subdistinguit: quod aut clerici ex persona acquirūt ecclesiis: vel ecclesia aliter acquirit: z tunc nō tenetur ecclesia de hmōi lucris soluere decimam. quod bene no. pro hoc princi. huius. c. Ex quo infert ꝙ monasteriū non tenetur soluere decimas psonales ex sibi acquisitis ex personis monachoꝝ. Si ꝟo clerici acquirūt sibiipsis. puta ex lectura vel aliter honeste: tunc tenent soluere dicimas z ita intellexit finē capl'i. z dicit hoc etiam pcedere si clerici administrent sibiipsis sacramēta: quia collatio sacramētoꝝ fit eis nomine ecclesie: z postmodū poterūt diuidere inter se. Host. dicit honestius has decimas soluendas superiori. Jo. an. super glo. primo videtur velle ꝙ cleric⁹ seu rector ecclesie tenetur soluere dicimas prediales de predio patrimoniali sito intra parochiā suā: secus videtur velle in psonalib⁹: qꝛ rector nō potest esse obligatus sibiipsi. l. tutor. ff. ad velle. vnde confundit obligatio sicut cuz creditor succedit debitori. l. stichum. §. aditio. ff. de solu. sed videtur moderniores melius sentire iudicio meo dicentes ꝙ etiā personales debet rector ecclesie soluere ipsi ecclesie: qꝛ soluit tanꝙ priuata psona sibiipsi tanꝙ rectori: sicut tutor tāꝙ debitor pupilli soluit sibiipsi tāꝙ tutori. l. quoties. ff. de admini. tu. vbi bo. tex. z hoc satis sentit Inn.

5 ¶ † Et pro hoc adduco bo. tex. in. c. per venerabilem. qui fil. sint leg. vbi tex. dicit ꝙ rex Francie legitimauit filios nō tāꝙ pater sed sicut rex. ad idē in simili. l. si cōsul. ff. de adop. vbi cōsul tanꝙ priuata persona manumittit seruū propriū apud seipsuz tanꝙ magistratū. facit quod legit et not. in. c. cū inter canonicos. s. de elect. Rn̄deo ad verba Inno. si loquimur in predialibus: dicit ꝙ clerici tenētur soluere decimas sicut alij laici nisi reperiantur ex priuilegio exempti. ad hoc. c. a nobis. z. c. suggestū. z c. j. proxi. z per hoc tacite videtur Inno. reprobare primā lectu. gl. que sentit ꝙ indistincte tenent clerici ad decimas prediales: clarius hoc sentit in alia questione dum querit: nunqd canonici teneātur de prebēdis seu ipsarū fructib⁹ soluere decimas z diligenter cōsiderando mentem Inno. videt velle ꝙ decimas prediales tenētur soluere si sunt in aliena parochia: sed de fructib⁹ tanꝙ de lucro dicit ꝙ non tenent soluere etiā si audiūt diuina in aliena ecclesia: mouet qꝛ pꝑrietas est ecclesie: vnde nō possunt testari de fructib⁹ pbēdaꝝ: vt in. c. ad hec. z. l. c. quia. de testa: z not. bene

no.bene hoc vltimū dictū Jo.an.dicit in ꝑsonalibꝰ stan dū ꝯsuetudini tā in clericis ꝙ in laicis vt no.ī.e.in aliqbꝰ. sꝫ in predialibus dicit ꝙ si prebēd: fructꝰ obuenerūt cano nicis ex aceruo ꝑus decimato nō tenētur canonici soluere decimā ꝑdialē: qꝛ iam pars corrūfuit dcimata:z idē.in alio dño:sed si canonici habuerūt fructꝰ ex aceruo nō dcimato: tūc tenenť soluere. An aūt canonici possint testari de fructi bꝰ seu faciūt fructꝰ suos.remittit ad no.in.c.ꝑsenti.de of.or. lib.vj.z sic no.ꝙ Jo.an.itelligit illā gl. in.c.ꝑsenti.de of.or.

a loqui in canonicis[a].Idē apertiꝰ vult Jo.an.in.c.relatuꝫ. el.ij.s.de test.in ver. morientis.z idem ibi host.quorū est illa glo.z sic magis credēdū est eis ꝙ alijs somniātibꝰ.z idem sentit Jo.an.in regula nemo pōt.de reg.iur.lib.vj.in mer. nā illa glo.loquiť de būficiato nō habēte administratiōeꝫ qualis est canonicꝰ.vt est gl.ord.in.c.pōtifices.xij.q.ij.dū

6 fundat se sup.c.reqsisti.in fi.de test. ¶ † Itē Jo.an.aptissime vult in.c.querelā.ne ꝑl.vi.suas.vbi hoc aperte tenet. z idē sentit ibi Inn.duꝫ dicit ꝙ si rector ecclesie locauit ꝑdiū ecclesie teneť successor stare locationi:secus si canonicꝰ

b locauit[b] prediū ecclesie:qꝛ nō pōt obligare ꝑbendam vltra tēpus vite sue sine volūtate superioris sicut dicimꝰ i vsufru ctuario.vt est tex.in.l.si quis domū.ff.loc.z sic limitat In. in.c.ex literis.de ꝓba.vbi dicit ꝙ canonicꝰ hꝫ administra tionē ꝑbēde sicut alius rector ecclesie.nā dꝫ intelligi quo ad hoc vt possit agere z cōueniri ꝓ ꝑbenda:sed nō quo ad hoc vt possit eā obligare vltra tꝑs vite sue.vt voluit idem Inn.in.c.querelā.z oēs doc.sequētes.vnde canonicꝰ dicit simpliciter z ꝑsonaliter būficiatꝰ pro tāto:qꝛ nō hꝫ curam animarū tāꝙ canonicus:ideo diciť simpliciter ꝑsonalr: qꝛ ꝑbēda dať ꝑsone sue sicut vsusfructus vsufructuario seu vsus vsuario:quorū ius est personale z extinguitur:vt in sti.de vsufru.§.finiť.z.d.l.si quis domū.vnde canonicꝰ nō hꝫ successorem ꝓprie in onere z honore sicut hꝫ aliꝰ rector ecclesie.vnde si canonicꝰ fuit ꝯtēptꝰ in electione nō pōt suc cessor agere de ꝯtēptu:qꝛ capľm successit iuribꝰ suis.de hoc est gl.no.in.c.qd sicut.in ver.cōsentire.in fi.s.de ele.z vide ibi latius z subtilius per Inno.qui idē cōcludit restat qd solū habeat successorē respectu corporis ꝑbēde:sic itellige dictū.c.relatū.vnde ꝑbenda dať canonico nō vt sit quasi tutor vľ ꝓcurator:sed vt inde viuat.ideo appellať bnficiū personale:sed ecclesia cōferť alicui vt sit tutor z admini strator ecclesie.vt in.c.fraternitatē.s.de don.z hec sunt no tanda:que licet multū nō faciāt ad propositū.c.tū declara tur gl.in.d.c.ꝑsenti.in qua multi errāt. ¶ Unde veniendo ad ꝑncipale propositū dū queriť nunqd clerici teneantur soluere decimas.Ego dicerē sic:qd aut queriť de ꝑdialibꝰ aut ꝑsonalibꝰ.ꝑmo casu puto indistincte ꝙ sic.ex quo pre dia sunt i aliena parochia etiā si sunt assignata in dotē ec clesie.pro hoc ꝑmo alle.gl.ord.in.c.j.ī.de censi.vbi latius discutiēdo materiā tenui ꝙ etiā de ꝑdijs dotalibꝰ ecclesie soluēda sit decima.z idē Host.ꝓbo ratiōe quanꝙ a prin cipio a lege diuina dcime fuissent date clicis:tū postmodū ecclesia vniuersalis in nouo testamēto volēdo distiguere iura ecclīarū statuit vt decime ꝑdiales essent illius ecclie in cuiꝰ parochia ꝑdia sita sunt:vt pleniꝰ diceť in.c.cū cō tingat.ī.e.vnde cū oia ꝑdia habuerint hoc onus annexū: licet tradanť a laicis nouis ecclijs debēt transire cū onere suo.vt in.c.ex literis.de pig.nā ecclesia nō est edificāda de nouo cū ꝑiudicio alteriꝰ.ecclia etiā respectu decimarū:vt est tex.ad literā in.c.ecclesie.z.c.quicūqꝫ.xvj.q.j.ad idē.c. nup.ī.e.vbi patet ꝙ ꝑdia collata ꝓ monasterijs nouiter fundādis remanēt onerata solutione decimarū sicut ꝑmo erant z nullo iure caueť oppositū.Nec obst.c.quest.alleg. in glo.quia potest itelligi ꝙ reducať ad ꝑdicta scꝫ vt eꝑs z abbas faciāt deferri decimas ad ecclesias suas scꝫ illis qbꝰ debenť.ad ꝑdicta.facit bo.tex.in.c.si qs laicus.xvj.q.j.

7 ¶ † Dico tū ꝙ si ecclia ex necessitate de nouo edificareť intra parochiā alteriꝰ:puta quia antiqua ecclesia habet parochiā valde amplā:ita ꝙ populꝰ nō pōt de facili con uenire ad illā ecclesiā.tunc pōt eꝑs statuere ꝙ ecclesia no uiter edificata habeat certā parochiā ex illa antiqua cum oibus obuētionibꝰ sepūalibꝰ.z de hoc est text.not.in.c.ad audiētiā.ī.de eccl.edi.z ob istam rōnē hodie videmus qd in ecclesia parochiali cuiuslibet plebanatꝰ sunt capelle ha bentes certā parochiā.vnde antiquitꝰ sola plebs erat cu rata.vnde propter hoc hodie est no.dubiū vtrū decime de beātur plebi an capellis ex quo ꝓueniunt ex ꝑdijs sitis in parochia capellarū.z de hoc latius dicā in.c.cū cōtingat. ī.eo.sed si ꝑdia sunt sita intra parochiā propriā non puto ꝙ canonici teneātur soluere decimas.qd sentit Jn.vt.s. dixi.z sic pōt intelligi prin.huius.c.Aut loquimur de ꝑsonalibꝰ:z tunc aut de acqsitis sibi ꝑsis:aut acqsitis ecclie. primo casu si clerici ꝑcipiūt diuina i aliena parochia vľ in ꝓpria:semꝑ tenētur decimas soluere:qꝛ lucrātur tanꝙ laici.ergo debēt honorare deū ex lucro ꝑsone.z sic pōt itelli gi finis.c.z itellige si hoc hꝫ cōsuetudo.scdo casu in acqui sitis ecclesie dicerē ꝙ viuentes cōiter in ecclesia recipiant sacramēta ab alia ecclesia sicut olim faciebāt monachi tūc teneť soluere decimā vt in.d.c.alia iuncta gloss.j.z sic pōt itelligi ille tex.in fi.aut nō recipiūt cōiter ab alia ecclia:z tūc nō tenētur de acqsitis ecclesie soluere decimā ꝑsonalē alteri eclesie:z sic loqť prin.c.nā nō reperitur in lege ꝙ ec

8 clesia teneať decimā soluere alteri ecclesie. ¶ † Nūqd aūt canonicus audiēs alibi diuina teneať soluere decimam ex a prebēda sua tāꝙ ex lucro.do.Ant.videť hic sentire ꝙ sic: z idē do.Pe.sꝫ credo ꝙ habuerūt respectū ad gl.illius.c. ꝑsenti.qꝛ ex quo lucranť fructꝰ debent tanꝙ ex lucro sol uere decimā ꝑsonalē.Sed tenendo opi. quā semper tenui: z quā tenet Inn.hic ꝙ canonici nō faciāt fructꝰ suos cre do ꝙ nō teneť ad solutionē decime:qꝛ prebenda dať sibi b vt inde viuat z superfluū cōuertat in vsus pios:vt est tex. xij.q.j.in.§.fi.cum.c.sequēti.nō enim debet subtrahere ne cessaria vt soluat decimā:maxime qꝛ oia sunt bona eccle sie.hodie tū stādū est cōsuetudini siue querať an canoni ci faciāt fructus suos vt no.i dicta regula nemo pōt.siue querať an decime ꝑsonales sint soluēde:vt no.i.d.c.in ali quibus.Et ex his inferť ad declarationē illarū lecturarū. nā superiores nō tenenť ecclie soluere decimas:nisi prout in iure est statutū.vt in.c.cōquerēte.de off.ord.sic intellige etiā tertiā lecturā.nā debes distinguere vt patet ex predi ctis,quarta lectu.est verissima respectu clericorū coniuga torū.nā ipsi nō gaudēt priuilegio ecclesiastico nisi in duo

9 bus.de qbus in.c.j.de cle.cōiuga:lib.vj. ¶ † Et qrit Host. nūqd papa possit exigere decimas a clericis ecclie.z dicit ꝙ sic qꝛ ipse habet curā oīm.ix.q.iiij.cuncta per mundum. z in extrauagāti Bonifacij.vnā sanctā.dicit tū ꝙ de con suetudine papa nō exigit.z hoc qꝛ ꝯm diuersas necessita tes imponit decimā triennalē vel aliam.no.in cle.ij.de de ci.sꝫ ego puto qd ex poetstate ordinaria hoc nō possit:nā in iure ordinatū est quibꝰ debenť decime:sed ex potestate ab soluta hoc est ꝯcedēdū:facit qd no.in.c.a nobis.ī.eo.z qd no.Jo.an.in.c.inter cetera.de offi.ordi. Abbas.

a ¶ Canonicis. bene hoc tāgit Panor.q dicātur esse beneficiati cū administratione.
Zacharias.

b ¶ Secus si canonicus locauit. ad de bal.i.l. emptorē.§.j.C.loc.alle. in.l.si filio.§.fi.ff. so.ma.doc.i.c.ad aures.s.de re.ec. nō alie.Archi.et Gemi.post.gl.in ver.tuus.i.c.alienationis.xij.q.ij. z not.in apost.ad istū post euꝫ.in.c. fi.vbi bon.glo.in versi.statutū.nu. 8.in ver.predecessoris.ne prelati vices suas.

1 Compositio super decimis non tolliť per priuilegium sequēs nisi de compositione faciat mētionem.
2 Compositio super decimis in futurū soluēdis valet etiam citra superioris autoritatē:que tamē non excedit vitaꝫ cōponentium vel trāsigentium.
3 Bladi vel tritici appellatione venit omne id qd in terra vel in agro conteritur.
Frumēti appellatiōe venit omne id quod habet aristā sed de communi vsu loquendi venit granū solū.
4 Decime que debētur a ꝑsona ecclīastica possunt ex cōuētione nō integraliter solui.Et sine peccato.
5 Priuilegium non tollit specialē conuentiōeꝫ initam inter partes nisi de ea fiat specialis mentio.
6 Papa nō pōt tollere obligationē ꝯtū initū inter partes super iure priuato:sed obligationē initaꝫ sup iure ecclesiarū potest ad libitū tollere.idem in imperatore.
7 Renuntiatio super iure futuro non valet nisi fiat in ꝑsentia iudicis vel partis.
Pactū de nō petēdo ius sibi in futurū competiturū valet

1 Ex multiplici. † Cōpositio sup decimis non tolliť ꝑ priuilegiū sequēs si de illa mētionē nō facit.primo ponitur querela.secūdo iudicū datio.ibi:vnde.
¶ Casus literalis.Inter abbatē z conuētū de brudeia ex vna pte.z quēdā ꝑsbiterū ꝓ ecclia sua:ex alteta taliscom positio itercessit:scripto autētico monachorū roborata ꝙ monachi deberēt soluere dicto ꝑsbytero z ecclie sue deci mas de blado z vniuersis leguminibus ꝙdiu viueret:exce ptis minutis decimis quas eis ꝓmisit:postea ideꝫ abbas īpetrauit priuilegiū vt de laboribꝰ suis quos ꝓprijs sum ptibꝰ excolūt nulli decimas soluere teneať nulla de cōpo sitiōe predicta mētiōe facta:z statiꝫ ceperūt excollere suis sumptibus possessiōes sup quibꝰ cōpositio facta erat z ea occasione subtrahebāt decimas:vnde presbyter cōquestꝰ est dño pape.super hoc dicit papa qd nō fuit sue intētiōis per priuilegiū suū predicte cōpositiōi drogare: quare mā dat quatenus abbas z monachi cōpellātur ꝑdictā cōposi tionē seruare:vel cum ipso ꝑsbytero amicabiliter ꝯuenire

nisi de ipsa compositione contineat in privilegio expsse. Ber. ¶ Not. j. ex tex. isto. q inter clericos noie suarum ecclesiarũ potest intervenire compositio sup decimis in futurũ soluẽdis: etiã citra supioris autoritatẽ: sed tũc copositio nõ excedit vitã trãsfigẽtiũ. vt in .c. veniẽs. de trãsa. qd aũt cũ laico. dic vt no. in. c. ij. de trãsa. z dicã in. c. cũ hoies. j. e. ¶ † No. ij. ibi: de bladis z vniuersis leguminib⁹ q appellatione[a] bladi nõ veniũt legumina: s3 in cõtrariũ facit qd not. in. l. triticũ. ff. de ver. ob. z per glo. z Bar. in. l. j. ff. de aqua plu. arc. nã appellatiõe bladi z tritici venit omne id qd in terra seu agro conteritur: z sic videt q veniãt nedum legumina sed etiã semẽ lini. vnde bladũ seu triticũ est nomẽ multũ generale. appellatione vero frumẽti venit oĩe id qd h3 aristaz. vt. l. frugẽ. §. frumẽtũ. ff. de ver. signi. sed propter cõmunez vsum loquẽdi debem⁹ intelligere de eo frumẽto qd est preciosi⁹ aliis bladis. vt no. in. d. l. z credo q propter vsum loquẽdi hic fuit facta specialis mẽtio de leguminib⁹. z hec faciũt ad statuta. ¶ † No. iij. q persona ecclesiastica põt sine peccato nõ psoluere decimã integrã ratiõe cõuẽtiõis inite cũ rectore cui debent z videt mihi hoc dictũ satis durũ cu3 decime nõ solũ soluãtur in subsidium presbyteri: sed etiam in eleemosyna pauperũ. ad h. c. tua. j. eo. nisi dicas q eode3 modo alia ecclesia poterit habere pauperũ curam z nõ refert per quã ecclesiã pauperib⁹ prouideat. ¶ † Itẽ not. q priuilegiũ nunq refert ad specialẽ dispositionẽ initã inter partes nisi de ea fiat specialis mẽtio: z in hoc tene mẽti istũ tex. ad idẽ. c. veniẽs. de pscrip. ¶ † Ultimo no. iuncta glos. papã posse derogare dispositioni z pacto inito inter partes cõtra hoc opp. nã ex cõuentione oritur obligatio que est de iure naturali ergo nõ potest tolli etiã per pricipẽ: vt in cle. pastoralis. de re iud. per Inn. in. c. q in ecclesiarũ. de cõsti. Sol. aut cõuẽtio fit inter personas ecclesiasticas sup iurib⁹ ecclesiarũ: z tũc potest papa tali cõuẽtioni derogare: qz ipse habet in clericos plenitudinẽ potestatis[b] z sua ptãs oib⁹ intelligitur excepta. ad hoc bo. tex. in. c. veniẽtes. d iu rei ur. z vide bo. gl. in. c. cõstitutus. s. de rescr. z de hoc vide bon. tex. in cle. dudũ. in. §. nos. de sepu. sed si cõuentio fieret sup iure priuato: puto q papa vl' imperator nõ possit sine clausula illã cõuẽtionẽ destruere. p id q le. z no. in cõtijs. s. signatis. z facit qd no. Inn. in. c. cognitioni. j. de sentẽ. excõ. ¶ In glo. j. in fi. no. gl. q cõpositio simpliciter facta extẽdit etiã ad pdia acqrẽda. z dicit hic Gof. per hãc ratione3 glo. q si priuilegiũ fuisset impetratũ super pdijs acquirendis pariter nõ valuisset: sec⁹ si cõpositio nõ cõcerneret predia acqrẽda. ¶ † In glo. ij. in fi. no. bñ glo. q l3 nõ valeat renũtiatio super iure futuro: pactũ tñ valet. z pmũ aperte pbat in. l. si ita sit scriptũ. §. si sub cõditione. ff. de leg. ij. vbi dicit q legato facto sub cõditione vl' etiã ad diẽ certã nõ põt quis renũtiare: qz añ tps ad nos nõ ptinet. z pro hoc nã renũtiatio est quedã abdicatio: sed qs nõ põt a se abdicare qd non h3. nã priuatio psupponit habitũ. c. ad dissoluẽdũ. de desponsa. impu. Scdm pbat hic et clarius in. l. j. C. d pac. vbi dicit q fideicõmisso cõditionali põt quis per pactũ renũtiare. z hoc ideo quia pactũ obligat paciscẽtem ad nõ petẽdũ cũ ius cõpetierit. sed gl. multũ no. in. l. j. ff. de cur. bo dã. limitat primũ dictũ nisi renũtiatio fiat in psentia iudicis.[c] z illã gl. sequit Bar. in d. l. j. C. de pac. Aliam limitationẽ posuit Iac. de ar. z placet in. d. l. j. quia renũtiatio iuris futuri no valet si fit absente[d] parte: sec⁹ si parte psente quasi tũc habeat pactũ interclusu3: licet Bal. aliud videatur ibi sentire: sed cõmuniter ad cautelã solet in istrumentis interponi q renũtiauit per pactũ zc. z hoc est bene vtile inserere: vt op. vitent. renũtiatio tñ pure z simpliciter facta non extẽdit ad ius qd potest in futurũ cõpetere: nisi hoc caueat in renũtiatione. z de hoc dicẽdũ pleni⁹. vt no. Bart. in. d. l. j. z i. l. q rome. §. duo fratres. in. vj. q. ff. de ver. obli. z adde ad pdicta bo. tex. cũ ibi not. in. c. cum inter. p. de renũtiatio. Abbas.

1 Decime que prestabant de rebus incultis debẽt adhuc prestari de eisdem si sunt effecte culte z laboratiue. 2.
2 Qualitas alicuius rei si mutat nõ alterat status vl' obligatio eiusdem rei.
3 Decime debẽt solui de fructibus siue vẽditis siue donatis z de pensionib⁹ domorum. 3.
4 Decime an debeant ex fructib⁹ cõbustis vel vineis incisis.
5 Decime an sint ecclesie vl' ei debeant z qua actione.
Res dbita perẽpta apud debitorẽ an pereat sibi vl' creditori.
6 Decime non debẽtur si fructus nõ sunt recollecti propter guerras licitas.
Bellũ licitũ est causa q aliquis excuset ab aliqua pstatiõe.

Commissum.

† Monachi tenent soluere decimas pdiales de pdijs nouiter cultis de quibus decime prius soluebãtur. h. d. Primo ponitur querela. Scdo iudicis datio. ibi ea ppter. ¶ Casus lralis. Monachi de bosse. ecclesie sancte Marie in cuius parochia cũmorantur: dcimas itegre nõ soluebãt. Et de ea cã cõquestus est rector illius do. pape. vnde mãdat archiepo cãtuarieñ. qualiter monachos illos cõpellat vt decimas de terris cultis: in quib⁹ olim domus constructe fuerãt ecclesie pdicte cũ ea integritate psoluãt quã prius solui cõsueuerũt anteq in eadẽ parochia morarent z sicut decime olim psoluebantur de pascuis: ita nũc soluãtur de eisdem ad frugum fertilitatẽ trãslatis absq3 diminutione. Ber. ¶ † Not. primo q mutatio qualitatis loci nõ habet alterare obligatiões solutiõis dcimaz. Ex quo ifero qd licet de nouo in aliqua platea aliquid plãtet z seminet tenetur dominus ad decimã eorũ que ibi colligunt sicut prius soluebatur decima secũdũ priorẽ statum. Et ex hoc z tex. infero q dñs potest alterare cõditionẽ terre sue sine cõtradictiõe ecclesie cui debetur decima. satis est q soluat dcima de ibidẽ colligẽdis. ¶ No. ij. q de pascuis soluit decima. Item de omnibus: z dic de pascuis. i. de precio quo pascua seu pastura vẽdita est: dic de domibus id est pẽsiõe domorũ. ¶ † S3 qrũt doc. quid si pascua gratis cõcedũtur. dicũt z bene q nihilominus debetur decima: quia videt cõcessa cũ opere suo. nam sicut dominus non potest vẽdere fruct⁹ sine onere decimarũ: vt in. c. pastoralis. j. eo. ita nec donare: cu3 eadẽ est ratio vtriusq3. ¶ † Ultimo querit de. q. no. pone q aliquis combusisset segetes[e] vel incidit vineas: nũqd ecclesia possit agere contra talẽ pro parte decime sibi cõtingẽtis. Inno. tenet primo qd sic. arg. in. l. si seruus seruũ. §. si oliuã. ff. ad legem aqui. vbi patet qd si aliquis colligit illicite oliuas nõ maturas tenetur dño ad dãnũ resarciendũ actione. l. aquilie. refert quosdã tenere cõtrarium. Ioã. an. tenet primã partem nõ obstante qd fructus potuissent grãdine vel alia tẽpestate perire: satis est quod potuissent nõ perire. arg. in. l. cum res. in fi. ff. de leg. j. que dicit q habebit respectus ad id qd solet ibi percipi. do. Petr. videt de hoc dubitare. nam ista questio pẽdet ab alia vz3 vtrũ decima sit ecclesie: an vero sit dbita: z qua actiõe petat dcima: z qũuis in hoc sint multe op. tamen gl. in. c. tua. j. eo. z in. c. moderamie. xvj. q. j. videtur residere q petat cõditiõe ex canone: z nõ rei vendic. sed cõditio est personalis. insti. de actio. §. si itaq3. ergo idẽ dicẽdũ est in hac questione sicut dicit cum res mihi dbita perimitur. de qua questione plene per Bar. in. l. si stichus certo die. ff. de ver. obl. vbi inter cetera dicit q aut occidit in iniuriã creditoris z liberatur debitor: quia culpa creditoris res perit. vt in. l. si merces. §. culpe. ff. loca. aut in iniuriã debitoris z tunc debitor nõ liberat. vt in. d. §. culpe. Aut sine iniuria vtriusq3: z tũc liberat debitor. z habet actiõe3 contra perimẽtẽ. Sed dubiũ est nunqd illã actionẽ tenet cedere suo creditori. z videtur velle qd sic. si debitũ erat ex causa onerosa secus si ex causa lucratiua: z sic videt dicẽdum in pposito: vt ecclesia nõ possit agere cõtra illum destructorem nisi cessa sibi actione modo predicto: z q agat cõdictione ex canone: cõfirmat Fed. cõsil. lxxiiij. Sed in fauorẽ ecclesie q possit agere sine cessiõe actiõis indistincte. allego tex. in. c. tuã. j. eo. vbi dicit q de⁹ asseruit decimas z primitias esse suas: ergo sunt in dñio ecclesie. nã pronomen suũ denotat dominiũ. vt no. in. c. j. de post. pl. z habet in. l. quintus. ff. de aur. z arg. leg. ad idẽ. d. c. moderamine. vbi dicit q ecclesia potest vendicare dcimas: sed rei vendicatio datur dño. vt in. l. rem. ff. de rei vẽdi. z no. c. examinata. s. de iudi. ¶ † Item si decima nõ esset ecclesie: s3 solũ sibi dbita nõ video quare nõ teneret vẽditio oim fructuũ facta per dominũ predij: cum ipse remaneat obligat⁹ personaliter: z tamẽ cõtrariũ dicitur in. c. pastoralis. j. eodẽ. ergo ecclesia habet decimã partẽ pro indiuiso etiã ante fruct⁹ collectos. z fm hoc saluatur dictũ Inno. z Ioã. and. nam ecclesia tanq domina decimarũ potest agere cõtra illũ destructorẽ sicut dñs. vt in. d. §. si oliuam. z hoc videtur plus cõuenire canonice equitati vt euitetur circuit⁹. ¶ † Et intellige fm Ioã. an. quãdo sine iusta causa ille destruxerat segetes seu vineas: sec⁹ si ex iusta causa: puta in bello iusto z no. sing. hoc dictum: quia non memini legisse alibi: q si i bello iusto qs dstruit vineas seu segetes seu alia loca culta nõ grauatur cõscientia sua etiam respectu decime que debet ecclesie: quia tũc tẽporis non potest fieri congrua z tuta separatio. Nicolaus abbas.

Decimas

a ¶ Appellatiõe. Adde Bal. cõsi. ccxlvij. iij. lib.
Sebasti. Sapia.
b ¶ Plenitudinez ptãtis. vide q scribit Feli. in. c. cõstitutus. col. vj. ver. autoritas pape. s. de rescript. vbi ponit qñ intelligit excepta autoritas pape.
c ¶ Iudicis. istud limitat singulariter vt per Bar. i l. postq liti. C. de pac. in vlti. col. in ver. qro vtrũ ista renũtiatio z c. qñ iudex psens tanq publica psona reciperet expresse renũtiationẽ p absente al's sola psẽtia iudicis nõ sufficeret: z ibi dom. Ale. de imo. multũ no. pro limitatiõe doctrine eiusdẽ Bar. in. d. l. j. C. de pac. hic late per istũ tex. z idẽ t3 Cy. i aut. sacramenta. i. x. q. C. si aduer. vẽ. qd nũq obliuiscaris.
Sebasti. Sapia.
c ¶ Psñtia iudicis. Uide de veritate Fel. in. l. si cautio. co. vj. s. de fide instru. z in. c. cap. l3 scẽ crucis. col. xi. ver. fallit sexto. s. de constitutio.
d ¶ Absente. z ideo si qs parte absente renũtiaret appellationi future nõ valeret: s3 tm per viam pac. ita Bal. in. d. l. j. i. iij. col. quã reputat multũ no. q intelligas: vt pri. dixi nisi renũtiatio fieret i psentia iudicis acceptãtis zc.
¶ Adde an appellatiõi quis renũtiare possit. an ge. cõsi. cclxxvij.
e ¶ Segetes. In dcimis aũt piscium nõ d3 haberi ei⁹ ratio si deuastata sunt retia quib⁹ pisces capiũt. qz non habetur rõ eorum piscium q capti fuissent vtẽ singul. in. l. quẽadmodum. in. §. idemq3 labeo. ff. ad leg. aquil.

1 Decimas si quis non soluerit poterit per excommunicationem cōpelli ad soluendum.
2 Decime sunt soluende de omni redditu ꝛ lucro personali.
3 Qui differt soluere decimas q: ab eo non petuntur peccat.
venit confirmãda vel infirmanda:ſed mihi plus placet iſta
gl.nam tot vident̃ ſnĩe quot ſunt capitula diuerſa.ar.in.l.
etiam.ff.de mino.no.gl.in.c.ij.de ordi.cog.in ver.eadẽ ſnĩa
nullum ergo cõtrarium ſi ꝓ parte tenet ⁊ pro parte nõ.vbi
capitula ſunt diuerſa.⁊ pro hoc facit qđ not.Jnn.in.c.fra
ternitatis.j.đ here.⁊ vide ad hoc bo.gl.in.c.ea que.de reg.
iuris.lib.vj.⁊ in.c.ex literis.alleg.in glo. Abbas.

1 ☞ Maritus ⁊ vxor ſi ſunt iuuenes nõ poteſt vnus ſine al-
tero religionem profiteri.
2 Maritus an poſſit ingredi monaſterium quando vxor eſt
ſuſpecta de alio crimine circa continentiam.
3 Uxor que viro intrante monaſterium vouit continentiã
poteſt compelli etiam ipſa intrare ſi incontinenter viuet:ſe
cus ſi turpiter viuat.

1 **Ad apoſtolicã.** † Summa vt.ſ.
eo.c.cum ſis.⁊ eſt
pars.c.ad apoſtolicam.ſ.titu.proxi.⁊ primo põ
nitur dictũ.ſecũdo exceptio ibi:niſi.℄ Not.prĩo
ibi:ſed ⁊ vitã debet mutare.ꝙ ibi ambo coniuges ſunt iuue
nes:ſeu de icõtinentia ſuſpecti non poteſt alter ingredi reli
gionẽ niſi etiã alter ingrediat̃:nec ſufficit eſſe in monaſte-
rio niſi pariter vitã mutẽt.ꝑ h̃.c.quia agathoſa.xxvij.q.ij.
⁊ hoc verũ a principio:ſcʒ anteꝙ̃ ꝑmittat̃ ingreſſus vnius
2 poſt factũ vero dic vt dixi.ſ.c.j.℄ † Sed quero hic ſolũ cõ
ſideratur reſpectu remanẽtis ſuſpicio incõtinẽtie.qđ ſi vxor
remanẽs eſt antiqua ⁊ ſit ſine ſuſpicione incõtinẽtie: eſt tñ
ſuſpecta de alijs moribꝰ ſi nõ erit ſub cura mariti: puta q2
fiat incantatrix:malefica vſuraria:vel qđ ſimile.nũquid h̃
caſu maritus poſſit ingredi religionẽ vxore vouẽte cõtinẽ-
tiam.Jo.an.tenet ꝙ nõ:q2 eadẽ ratio videtur in alijs ma-
lis moribꝰ ſicut in ſuſpicione incõtinẽtie.ex quo enim nõ ex
pedit alterius ſaluti vt alter ingrediat̃ religionẽ nõ eſt hoc
permittendũ.fatetur tñ ꝙ ſi contra fiat tenet ingreſſus:q2
principaliter hic cõſideratur fides matrimonij que eſt vnũ
de tribꝰ bonis matrimonij.xxvij.q.ij.c.omne.⁊.c.fi.de cõ.ap
3 poſi.⁊ hec opi.ſatis mihi placet.℄ † Sed dubiũ eſt:nunqđ
ſi turpiter viuat poſt ingreſſum alterius debeat cõpelli in-
trare monaſteriũ ſicut cõpellit̃ incõtinẽter viuẽs.j.e.⁊.in.c.
ſignificauit.de quo ſatis dubito.nã vĩ ꝙ debeat cõpelli ad
bene viuẽdũ nõ autem vt intret monaſteriũ ex quo princi-
paliter non peccat contra matrimonium. Abbas.

1 ☞ Sponſalia ſoluunt̃ per religionis profeſſionem : ſecus
per propoſitũ caſtitatis ſeruande in ſeculo.5.9.
2 Matrimoniũ poteſt inter abſentes per nuntium cõtrahi.
3 Matrimonium contractum per verba de preſenti:licet nõ
ſit carnali copula confirmatũ nõ poteſt per papam ſine iu
ſta cauſa diſſolui.
4 Actus an vitietur ex falſa cauſa quando ex alia cauſa po-
tuerit explicari.8.
6 Sponſalia nõ diſſoluunt̃ ſi ſponſa efficitur de tertio ordi-
ne ſancti Franciſci:quia nõ profitet̃ ſubſtãtialia regule.
7 Matrimoniũ poſſet diſſolui ſi eccleſia ſtatueret:altero con
iugum labente in hereſim:⁊ quod poſſet alter tranſire ad
ſecunda vota.
10 Eremite non appellantur perſone religioſe : ⁊ non renun-
tiant proprio:⁊ ſuut ſicut locuſte ſine rege:⁊ dubitatur an
gaudeant priuilegio eccleſiaſtico.
11 Spõſalia de preſenti an diſſoluant̃ ꝑ ſuperueniẽtiã lepre. a

1 **Ex parte.** † Per religionis profeſſionem
nõ per propoſitũ caſtitatis ſer
uãde in ſeculo diſſoluũtur ſpõſalia de preſenti.[b]
Cõis diuiſio.ſcda ibi:nos autem.que tria facit. a
primo contra ſolutionẽ allegat.ſcdo ſoluit ibi:nos tamen.
tertio ſolutionez determinat.ibi:porro.℄ Caſus literalis.
Quedã mulier coram duobus abbatibus velũ viduitatis
aſſumpſit benedictiõe ſolẽni cũ celebratiõe miſſe ac letania
ſicut moris eſt accipere.poſt hec quidã nobilis proponebat
ſe mulierem illam mediantibus internuntijs per verba de
preſenti deſpõſaſſe:mulier illa cõfitebatur ſe cõſenſiſſe in il-
lũ:ſed q2 audierat illũ lepra percuſſum nolebat ſibi vlterius
adherere.querebat̃ vtrũ huiuſmodi veli ſuſceptio matrimo
nium ĩpediat inter eos.Rñdet papa licet videat̃ ꝙ ex quo
matrimoniũ cõtractũ eſt inter perſonas legitimas ꝑ verba
de ꝑſenti in nullo caſu poſſit illis viuẽtibus diſſolui.vt alte b
ro viuẽte alter poſſit ad ſecũda vota trãſire:etiã ſi vnꝰ fide
liũ inter quos eſt ratum cõiugiũ fieret hereticus ⁊ nollet ꝑ
manere cum altero ſine cõtumelia creatoris:niſi forte ſecꝰ
fieret ex reuelatione diuinã:ſicut de quibuſdã ſanctis legit̃
eſſe factũ:tamẽ papa nõ vult declinare a veſtigijs anteceſ-
ſorũ ſuorũ qui dixerunt ꝙ anteꝙ̃ matrimoniũ ſit per carna-
lem copulam conſummatũ licitũ eſt alteri coniugũ reliquo
incõſulto ad religionẽ trãſire:⁊ alter poterit alteri copula-
ri.⁊ hoc idem papa conſuluit obſeruãdum in caſu premiſſo

a ℄ Pro parte.an ſententia poſſit ꝓ parte tenere.

Sebaſtia. Sapi.

℄ Pro parte.vide Bar.in.l.fi.ff.de iuriſd.om.iud.cum alleg.per Feli.in.c. cum ioannes.col.v. verſi.ſecũdo reſtringe dictam ampliationem.ſ.de fi.inſtr.poſt Abb.ibi.col.iij.

Zacharias.

b ℄ Sponſalia de preſenti. Tu dic eſſe verũ ante tamen copulam carnalem vt no.in.c.verum.⁊.c.ex publico.ſ.eo.Bart.in.l.deo nobis.et ibi Bal.in.iij.no.C.de epiſco.⁊ cler.

quāuis falsa sit causa per quā mulier p̄dicta ad veli susceptionē fuit īducta. cū sine qualibet tali causa mulier ꝓpter religionē id facere potuisset. Verūtamē licet mulier illa videatur religionis habitū assumpsisse in veli susceptionē tñ si velit in domo ꝓpria remanere: q2 sit ꝓpositū castitatis in seculo seruatura nihilominꝰ cōpelli debet ad matrimoniū cōseruādū nisi voto solēni se astrinxerit ad obseruantiā regularē in quo casu cōpellenda est religionis ꝓpositū adimplere. Ber. ¶ † No. ij. ꝙ velū religiōis datur mulieribus cū certis solēnitatibꝰ que tamē nō sunt de substātia. ꝑ hoc. c. vidua. s̄. de reg. ¶ † Not. j. matrimoniū posse cōtrahi inter absentes per nuntium [a]; et quia oīs ꝯtctus qui perficitur ex cōsensu potest per nuntiū fieri. l. consensu. ff. de ac. ꝛ obli. ꝛ hodie quod habeẗ in. c. fi. de procur. lib. vj. ¶ † No. tertio in ver. nos autē. ar. valde optimū ꝙ matrimoniū ꝯtctū per verba de presenti etiā carnali copula nondū consummatū nō potest dissolui nisi in casibus a iure exp̄ssis. vnde pōdera tex. in ver. nullo casu. iuncto versi. nolētes ꝛc. ꝛ sic satis bene facit iste tex. in arg. papā nō posse dissoluere tale matrimoniū: nisi ex cā in iure exp̄ssa vł oīno sibi simili ¶ † No. ibi: falsa sit causa. tex. prima frōte mirabilē ꝙ actꝰ nō vitiatur ex causa falsa pretensa dūmodo ille actus alio iure potuerit explicari: ita arguit hic papa qđ tñ nō videtur oīno ꝓcedere: imo in cōtrariū videẗ tex. in. c. ex parte astēsis. ꝛ qđ ibi dixi. de cōces. p̄b. ꝛ. l. is q putabat. ꝛ. l. is ad quē. ff. de acq. here. ideo dic vt latius dicā. j. ¶ † Vltimo not. sponsam de presenti posse cōpelli ad cōsummationē matrimonij nisi velit intrare religionē nec sufficit ꝙ cum certo habitu velit in domo ꝓpria seruare votū continentie. ¶ † Ex hoc infero ad. q. nungd matrimoniū consummatū dissoluaẗ si spōsa velit effici mātellata: ꝛ videẗ primo ꝙ sic: quia iste mulieres mātellate habēt certā regulā a papa approbatā. ꝯtrium tamen puto verū per istū text. nam hic sufficiebat recipere velū ꝛ seruare continētiā. sꝫ oportet ꝙ quis se astringat ad certā religionē approbatā vbi scꝫ ꝓmittuntur tria substantialia religionis. pro hoc qđ habeẗ ī extraua. antiqua Jo. xxij. vbi dicitur hoc clarius. nā iste mantellate nō sunt stricto modo religiose cū nō voueāt tria substātialia [b]: nec proprie dicūtur habere regulā: sꝫ quēdā modū viuendi sicut in simili dicit gl. no. in cle. j. de relig. do. ꝛ in cle. cum ex eo. de sen. excō. ꝛ latius dixi in rub. de regu. ¶ In gl. j. in fi. dic latius ꝙ in iure nō apparet ꝙ sit velum istud viduitatis: sed forte tex. alludit hic cōsuetudini illiꝰ loci: ꝛ ideo papa distiguit in fi. c. sed de iure dicendū ꝙ aut istud erat velū solitū dari ꝓfessis: ꝛ tunc ista immediate fuit ꝓfessa data perseuerantia triū dierū. vt in. c. cōstitutionē. §. j. de reg. lib. vj. Aut erat velū solitū dari volētibus seruare continētiā in domo ꝓpria: ꝛ tunc per hoc nō diceẗ religiosa. vnde compellitur ad cōsummationē matrimonij: vt in fi. c. diciẗ ꝑ rōnē quaꝫ supra premisi. nam vouens cōtinentiā potest assumere certū habitū honestū. vt ī. c. qđ deo patri. xxvij. q. v. ꝛ de multiplici velo vide bonam gl. xx. q. j. §. velamen. ¶ In gl. in ꝓ. ratū. in fi. ꝛ de ista materia dic latius. vt not. ī. c. quāto alle. in gl. ¶ † Et querit hic Hostiē. nungd ecclesia possit hodie cōstituere: vt altero fideliū labēte in heresim possit alter cōiugum trāsire ad alia vota. ꝛ cōcludit ꝙ sic: quia sicut statuit inter infideles inter quos est verum matrimoniū. in. c. de infidelibus. de cōsan. ꝛ affi. eodē modo videẗ ꝙ possit statuere inter fideles. naꝫ ratificatio matrimonij q̄ est inter fideles causatur ex sacramāto baptismi. vt ī. d. c. quāto. ꝛ hoc ex ecclesie dispositiōe: pōt ergo aliter ecclesia statuere. Sed de hoc ego dubito: nam ecclesia ad illā diuersitatē statuendā potuit moueri ex ꝓbabili cā. nā infideles nō cognoscunt matrimoniū esse sacramētuꝫ cū eis desit significatū merito nō videẗ matrimoniū ita firmū ꝛ ratū sicut in fidelibꝰ: cum ergo fideles capiūt matrimoniū cōsummatū ꝑ sacramēto inseparabili: nō videẗ ꝙ ecclesia possit statuere sup separatiōe. ꝓ hoc iste text. inducēdo: vt. s̄. dixi. ꝛ quod dixi in. c. ex publico. s̄. e. vbi habetur de vario significato matrimonij. ¶ † In gl. in ver. falsa. in fi. opp. cōtra text. videẗ ꝙ ex quo falsa causa ista mulier fuit inducta ad ingressum religionis nō valuit ingressus. ar. in. c. ex parte astēsis. de conces. p̄ben. nam vbicūqꝫ quis pōt gerere actuꝫ vno iure si explicat alio iure incōpetēti nō valet actus. ratio: q2 ibi deest intētio ꝛ impēdētibꝰ a volūtate magis cōsideraẗ opi. q̄ veritas. vt in d. c. ex parte. ꝛ in. l. is qui putabat. p̄alle. Solu. gl. ista videẗ tacite dare duas solutiōes. Prima ꝙ in spiritualibus falsa cā nō vitiat sicut nec dolus. sꝫ ꝯtriū probaẗ in. c. ex parte. Secūda solu. quia hec causa falsa non fuit hic expressa: sed mente retenta. ꝛ hoc sentit glo. dum allegat. l. si repetēdi. C. de cōdi. ob causam. que sic loquiẗ: ꝛ hec sol. satis esset bonā sed nō probatur ex tex. ideo dic clarius ꝙ ingrediendo religionem: ista moueri potuit ex duplici causa. Prima ꝛ p̄ncipalis vt seruiret deo. Alia ꝓpter lepram alterius credens matrimoniū solutum que erat falsa ꝛ ista causa erat secūdaria ꝛ potius īpulsiua q̄ finalis. vnde licet hic esset causa impulsiua seu secundaria nō tamen cessat causa finalis ꝛ p̄maria. iō ex falsitate illiꝰ cause secūdarie nō impediẗ ingressus religiōis. pro hoc quod in simili no. Inno. in. c. in p̄sentia. de renū. nō ob. c. magne. j. de voto. alleg. in gl. pro cōtrario quia ibi non cessat votū ex cessatione cause secūdarie: sꝫ prestatur materia faciliꝰ dispēsandi. nec est verum qđ dicit hic gl. dispēsationē non vitiari ex falsa causa: vnde dic melius vt no. in. c. quia. alleg. in glo. ¶ † In gl. super versi. castitatis. ibi: talis religio nō soluit spōsalia: ꝛ cōtra hoc arg. multum instāt Inn. ꝛ Host. maxime in soluēdo contrariū. c. fi. j. qui cle. vel vouē. sꝫ tu dic breuiter qđ ad hoc vt soluaẗ matrimoniū oportet ꝙ quis ꝓfiteaẗ tacite vel expresse aliquā de religiōibus approbatis. vt. s̄. dixi. ꝛ habeẗ clare in. d. extrauagan. antiqua. Qualiter autem fit professio collige ex his que dixi in. d. c. cōsulti. ꝛ in. c. vidua. ꝛ in. c. ex parte. s̄. de reg. ¶ † In ea. gl. ibi: pōt habere propriū. no. glos. ꝙ eremita nō renūtiat ꝓprio: ꝛ sic nō potest appellari religiosus: [c] nā nullā in veritate regulā habent: sunt enim sicut locuste sine rege: vt dicit gl. in cap. qui vere. xvj. q. j. imo dubitatur vtrū gaudeāt priuilegio ecclesiastico. de quo vide ꝑ Jo. de lig. in clemē. ij. de preb. dico plenius in. c. ij. de foro cōpeten. ¶ † Vltimo no. gl. in fi. ꝙ sponsalia de presenti nō soluunẗ superueniēte lepra. Querit hic Hosti. qd si leprosus matrimonio nō consummato intrat domum leprosorum: nungd dissoluatur tale matrimonium. dubium facit. c. ij. de ecc. edifican. ꝛ q̄uis Host. hic multum instet Joā. andr. dicit ꝛ verius secure tenendum qđ non dissoluatur nisi ibi esset religio approbata ꝛ hoc satis probaẗ in extrauagāti antiqua Jo. xxij. hic non sunt alia. Nicolaus Abbas.

1 Maritus factus monachus nō pōt reuocari a coniuge adulterata. 4. vide omnino. j. c. proxi. nu. 7.
2 Adulterium priuat adulterum iure coniugali. 4. 8.
3 Clericus in minoribꝰ si accipiat vxorē nō efficiẗ inhabilis quominus ea mortua possit ad maiores ordines aspirare.
5 Maritus potest inuita vxore adulterata ingredi religionem ꝛ promoueri ad sacros ordines. 4.
6 Maritus si efficiẗ ꝯpater ex tali actu vxor efficiẗ cōmater. Vxor que vouit castitatem non potest cōtrahere matrimonium post mortem mariti sui.
7 Maritus qui cognouit scienter vxorem suam adulterataꝫ an possit amplius promoueri ad sacros ordines.
8 Matrimonium nō soluitur propter adulteriū nisi respectu seruitij quod coniunx coniugi debet.
9 Adulteria ꝯmissa ꝑ cōiuges mutua compensatiōe tolluntẗ.
10 Papa si reperitur habere vxorem: potest per eam a papatu reuocari.
Papa quem iudicem habet.

Constitutus. ¶ † Maritus factꝰ monachus a cōiuge adulterata reuocari non potest. Primo narrat factū. Scđo dat iudicē ibi: ideoque. ¶ Casus literalis. Quidam accolitus. B. nomine quandā puellā duxit in facie ecclesie in vxorem: ꝛ eam carnaliter cognouit: tādem orta est discordia inter illū ꝛ amicos puelle quare fuit cuidam alij. V. nomine copulata. ꝛ dictus accolitus fuit vsque ad gradū sacerdotij ordinatus. ꝛ tādē habitū ordinis cistercieñ. assumpsit: dubitauit iste. B. an licite possit ī suo ꝓposito remanere: ꝛ accessit ad papā exponēs sibi p̄dicta. vñ mandat diocesano epō quatenus si res ita se habet p̄dictā mulierē cōpellat: vt ab illo recedat cui per adulteriū fuit copulata: nec predictū monachum inquietet quominus votū suū valeat adiplere. Ber. ¶ † No. j. ꝙ adulteriū ꝯmissuꝫ etiā in figura matrimonij priuat adulterū iure cōiugali qđ habebat in coniuge etiā si alter coniunx quodāmodo fuerit causa istius trāsitꝰ ad alia vota: ꝛ in hoc vltimo est iste tex. satis no. ¶ † Scđo not. ꝙ clericus in minoribus ꝯhendo matrimoniū nō efficitur inhabilis ad ordines maiores imo mortua vxore pōt redire ad clericatū. ¶ † Tertio not. casum in quo ꝓfessio valet facta per coniugatū sine ꝯsensu vxoris si vxor cōmisit adulterium: videẗ probare hec litera ꝙ per adulteriū notorium sine alia sententia priuaẗ adultera iure seruitutis qđ habebat in marito. ꝛ sic propria autoritate pōt adultera deseri a marito. de quo vide bo. gl. in c. fi. de adulte. ꝛ quod ibi dixi. ¶ † In glo. j. ibi. publice fuit adulterata

Zacharias.
a ¶ Inter abūtes per nūtiū. Adde istū in. c. accedēs. ꝛ qđ ibi no. ī apostil. ad ip̄m ī apostil. ī ver. carnale. nu. 8. s̄. de prebē.
Sebasti. Sapia.
b ¶ Tria substātialia. Idē dicit ab. in. c. ecclesia sancte marie. vbi Feli. col. j. s̄. de cōsti. ꝛ Abb. in cōsi. lv. incip. in qōne que vertiẗ. colū. iiij. in j. volu.
Zacharias.
c ¶ Nō pōt appellari religiosus. adde an dicaẗ ꝑsona ecclīastica. car. in cle. ij. q. xj. ꝛ xij. de prebē. tenet ꝙ non: verū ipse sibi ꝯtrius tenet oppositū in cle. penult. in. ij. opp. de sent. excom. glo. ꝛ doc. in. l. ij. ff. de in ius voc. ꝛ gl. in. c. qui vere. xvj. q. j. ꝛ ī. c. nulla. xciij. disti. ꝛ per Inno. in. c. cū monasteriū. s̄. de elec.
Anton. Francis.
¶ An eremita dicaẗ persona ecclesiastica. viđ gl. in. l. ij. ff. de in ius voc. ꝛ Inn. in. c. cū monasteriū. de elec. ꝛ vide etiā. d. Card. in cle. pe. in ij. q. de sent. excōi. ꝛ adde ꝙ eremita nō potest offendi sicut nec clericus absqꝫ pena excōicationis. c. ij. de foro cōpe. Adde tñ ꝙ nō obligaẗ voto castitatis: imo pōt ꝯtrahere matrimoniū. vt per glo. in. c. ex parte. de cle. coniug. nec etiā ligatur voto paupertatis. xix. q. ij. ecōtra: ꝛ vide glo. in. c. cū in monasteriū. p̄alle. de elec.

adulterata.no.gl.iuncto tex.ꝙ sicut potest intrare maritus religionē ex quo vxor ꝯmisit publice adulteriū:vt hic.ꝛ in.c.agathosa.xxvij.q.ij. ita pōt se facere promoueri ad sacros ordines. Et videtur mihi ꝙ hic sit tex.ꝯ dictū Inn.ĩ.c.pri.vbi dicit ꝙ licet maritus adultere possit ea inuita intrare religionē:nō tn̄ pōt ea inuita promoueri ad sacros ordines:ꝛ reddit rōnē diuersitatis.q: adultera pōt ꝯhere matrimoniū post mortē ingredientis religionē:ſꝫ vxor ordinati nō potest ꝯhere matrimoniū post mortē ordinati.vt in.c.quia sunt.xxviij.dist.ꝛ.xxxij.dist.c.seriatim.vnde cum compelleret̃ ad cōtinētiā seruādā post mortem mariti nō potest hoc fieri sine suo cōsensu:sed certe hec ratio mihi placet:q: iura allegata p Inn.loquunt̃ qn̄ maritus fuit pmotus de ꝯsensu vxoris vouētis cōtinentiā.nā illud votū solēnizat̃ p susceptionem ordinis mariti:q: cū sint vna caro maritus cōicat actiões spūales vxori.† vt est vidēre in marito ꝯhente cōpaternitatē.nā ex tali actu etiā vxor efficit̃ cōmater.xxx.q.iiij.c.si qs ex cōiugio.ꝛ no.in.c.martin⁹.de cog.spūal.ꝛ hec eadē dispositio est in vxore ingrediēte religionē.nam ex quo vouit nō pōt ampli⁹ ꝯhere matrimoniū etiā post mortē mariti:vt no.do.ſ.e. c.cū sis.ſꝫ vbi vxor adulterata nō cōsensit pmotiōi vl' ingressui religionis bene pōt ꝯhere post mortē mariti:q: nō pōt dici votū solēnizatum ex quo nullū emisit.¶ † Et in fi.gl.ꝛ de hoc vide bo.tex.cum gl. in.c.si cuius.hic alleg.ꝛ intellige vt ibi no.qn̄ maritus cognouit vxorē postꝙ sciuit eā adulteratā[a]. Nam perinde est ac si esset maritus corrupte:ꝛ sic pter defectū sacramēti nō potest ampli⁹ pmoueri ad sacros ordines. ¶ † In gl.fi.in fi.no.ex hac gl.iuncto tex.ꝙ adulteriū mulieris iunctū cum ingressu religionis mariti nō soluit matrimoniū quo ad vinculū. vnde licet adultera perdat ius respectu seruitij qđ habebat in marito: nō tn̄ soluit̃ cōiugiū quo ad vinculū. ¶ Sꝫ dubitat̃ in quo ꝯsciētia remordebat istū ex quo mulier cōmiserat adulteriū:erat eñ liber asseruitute illius.dicit Gof.ꝙ mouebat̃ ex eo:q: vxore superstite fecerat se promoueri ad sacros ordines sine illius cōsensu:sed certe hec ratio non est efficax:q: vt.ſ.dixi:ex quo vxor publice cōmisit adulteriū perdidit seruitutē quā habebat in marito:ꝛ sic libere poterat se facere promoueri. Scđa so.ꝙ exceptio competēs marito poterat elidi per replicationem adulterij ꝯmissi p eundē maritū q: ipse fuerat adulteratus occulte tñ.ꝛ ꝯ so.poterat esse bona.† Q: adulteria cōmissa p coniuges mutua compēsatione tollunt̃[b]:vt in.c.pe.vlt.ĩ.de adul.Sed aduerte:q: si hoc erat veru nō debuisset intrare religionē:sed potius repetere mulierē.ꝛ ideo datur tertia solu.ꝙ frustra timebat hic consciētiā.vel dic ꝙ hoc fecerat vt ageret i monasterio maiorē penitētiā:q: fuit causa ꝙ vxor adultera trāsiuit ad secūda vota. ¶ † Quid autē i marito qui effectus est papa vxore ignorāte nūqd possit repeti per vxorē sicut repetit̃ is q intrauit religionē vel fecit se pmoueri. Doc.dicunt ꝙ sic.ꝛ est gl.no.in.c.si quis pecuniā.lxxix.dist.que etiam tractat quis erit iudex cōtra papā in hoc arg.ꝛ not.ex illa glo.ꝙ coniugatus est habilis ad papatū etiam vxore ignorante ꝛ non consentiente. Nico. Abbas.

1 ¶ Uxor non repetit maritū qui cum eius licentia ingressus est religionem:etiam ꝙ dolo sit inducta ad consentiendum.
2 Ingressus religionis per dolum factus non vitiatur.
3 Mulier non excusatur ab ignorantia iuris in aliquo casu.
4 Uxor cōsentiēdo ꝙ maritus ingrediat̃ religionē: an sibi preiudicet.
5 Religiosus si cōuenitur ex eo qđ ipse fecerit ante ingressum potest monasterium etiam eo inuito opponere exceptiones.
Monachus trāsfert in monasteriū oīa bona ꝛ iura realia ꝛ psonalia.
6 Religiosus si conuenitur ex gestis ante religionis ingressum poterit iudicium fundari in persona sua.
7 Adulteria coniugum mutua compēsatione tollunt̃ qn̄o intelligatur.
8 Confessio vnius ex coniugibus an preiudicet matrimonio.
Confessio monachi an preiudicet monasterio.

1 VEniens. † Summa vt.ſ.in.c.pcedenti.vel aliter ꝛ sic. Uxor nō pōt repetere maritum de cuius licētia religionē intrauit si post ingressum nō ꝯtinuit:ſꝫ ad ꝯsentiēdum seu ad donationē licentie dolo fuit inducta. Prio narrat factū. Scđo dat iudicē ibi:q̄circa. ¶ Casus l'ralis. Quidā cōiugatus noīe. L. pposuit monasteriū intrare pstib⁹ pluribus sacerdotib⁹:institit apud vxorē suā:vt super hoc suū pstaret assensum asserēs ꝙ nisi hoc faceret tā sibi ꝙ toti mūdo redderet se inutilē:ꝛ sic illa tā pcib⁹ ipsius ꝙ aliorū ꝛ fletib⁹ deuicta caput illi⁹ sponte altari supposuit manu sua:ꝛ ea psente ibidē extitit tōsuratus monasteriūqꝫ adijt:ꝛ postmodū finito tpe pbationis fecit pfessionē:illa in seculo remanens inhonestos amatores admisit:dictus. L. timens ne factū illi⁹ sibi possit iputari:accessit ad papā expōnes sibi predicta:vñ mādat papa epō Pictauiēsi ꝛ cuidā abbati quatenus si ita est pdictū. L. permittat libere permanere in monasterio qđ intrauit ꝙuis multū deliquerit ꝙ ipse malitiose asseruit:ꝙ nisi illa ꝯsentiret tam sibi ꝙ toti mūdo redderet se inutilē ꝛ cū rogauit pſbyteros ne mulieri pdicte exponerēt ꝙ ipam seculū relinqre oporteret si licētiā daret viro: tñ ex quo caput viri altari supposuit:ꝛ postmodū nō ꝯtinuit ipm vlterius reuocare nō poterit cū per exceptionē fornicatiōis possit repelli:maxime cū anteꝙ fuerit fornicata ipm nō repetijt. Ber. ¶ No.i.ibi:finito pbatiōis tpe ꝙ cōiugat⁹ intrans religionē de ꝯsensu vxoris hꝫ legitimū pbationis tps.nō ergo tenetur profiteri in tēpore breuiori.secus si inuita sponsa de presenti intret.vt in.c.ex publico.ſ.eo. ¶ Secūdo no.ꝙ cōsensus mulieris p dolū extortus nō inualidat pfessionē mariti vt hic satis colligitur a ꝯrio litere.ꝛ ad hoc tene mēti istū text.q ad hoc inducit̃ per doc.ſ.e.c.ex parte.ꝛ dixi i.c.j. ſ.eo. ¶ † Et ex hoc ꝛ ex tex.no.ꝙ dolus in spūalibus nō semp est licit⁹.excusat̃ eñ qn̄ quis iducit̃ ad meliorē vitā:q: nunc pprie nō est dolus:vt in c.cū dilecti.qđ metus causa.secus si adducit̃ ad renūtiandū ius propriū seu vt subeat promptū periculū adulterādi. ¶ † Itē no.ibi:presbyteros exorauit.argu.satis bonū ꝙ mulier quo ad materiā huius titu.nō excusat̃ ab ignorantia iuris. si ergo mulier est certificata cōcedēdo licētiā marito opꝫ ingredi religionē:ex datione ergo licentie absqꝫ alio voto cōtinētie pōt cōpelli ad ingrediēdum religionē.ꝛ ad hoc induxi istū tex.in.c.j.ſ.e. ¶ Ultimo not.ꝙ ingressus coniugis a principio inualidus validat̃ ipso facto ꝙ vxor perdit seruitutem in marito ex quo infertur ꝙ vxore mortua maritus prius nō reuocatus monasteriū exire nō 4 potest. ¶ † In gl.iij.ibi:ſꝫ cōtractus:ſꝫ aduerte: q: arg.poti⁹ in ꝯriū colligit̃ ex isto text. nam hic papa expsse dicit maritū non modicū deliqsse in eo ꝙ captiose ꝛ dolose induxit istā mulierē ad cōsentiendum:ꝛ in fi.tex.innuit ꝙ si mulier ista cōtinuisset potuisset maritū repetere nō obstante consensu suo.q: ille cōsensus nō erat validus ex quo dolose fuit extortus.nō enim est verū qđ subijcit̃ in gl.ꝙ si ista ꝯtinuisset fuisset audita ex quo non emiserat votū cōtinētie:nec pmiserat intrare religionē cū eēt iuuenis.nā totū ꝯriū gl.sensit i.c.vxoratus.ſ.eo.vbi cōcludit ꝙ ex sola licētia mulieris sibi pīudicat:ſꝫ ex officio epī possit ingressus reuocari. Dic ergo ꝙ ex alio capite ista mulier fuisset audita si cōtinuisset.scꝫ q: spōte nō cōsensit ſꝫ dolo fuit inducta. ¶ † In glo.pe.ibi:monasteriū eo inuito.no.bñ hāc gl.facit eñ ad multas.qō.vt si dicam⁹ ꝙ si religiosus cōuenit ex eo qđ egerit añ ingressum poterit nihilominus monasteriū suscipe defensionē:ꝛ illo inuito pponere oēs exceptiões sibi cōpetētes:ꝛ sic nō tm̄ bona ingressi transeūt i monasteriū:ſꝫ oē ius reale ꝛ psonale sibi cōpetēs.† Scđo facit ista gl.iūcto tex.ꝙ si religiosus ꝯuenit̃ ex gestis ante ingressum possit iudiciū fundari in personā illius religiosi:qđ indubie pcedit qn̄ negat̃ validitas ingressus.qđ aūt in aliis casibus plene no.p legistas in auf.cā q̄ fit cū monacho.C.de epis.ꝛ cle.ꝛ puto ꝙ poterit duplex practica obseruari.primo vt fit in iudicio de consensu supioris:scđo vt monasteriū suscipiat defensionē ꝛ.hoc mihi pl⁹ placet qđ videt̃ placere.d.bal. in auf.cā preal. ¶ In ea glos.ibi:credo ꝙ bñ pōt hec particula vř ꝯriari his q̄ pmittunt̃ in glo.nā si per adulteriū vxoris ingressus remansit valid⁹ ergo monasterium poterat resistere si iste vult exire ꝛ accipere mulierem:nisi velis saluare gloss.vt qdā dicūt vt pcedat qn̄ marit⁹ exit ante pfessionem:sed certe tunc qđ gl.esset inutilis nec oporteret pōderare ꝙ mulier fuit decepta. q: ante professionē nō obligat̃ monasterio.vt in.c.super.e.ſ. de regu. ¶ † In ea.gl.ibi:sed qđ si vir fornicetur. no.hāc particulā gl.vsqꝫ ad fi.nā limitat multū iura dicētia adulteria cōiugis mutua cōpēsatiōe tolli:vt pcedāt illa iura qn̄ vterqꝫ remāsit in seculo:secus si is qui fuerit ꝯtinēs intrauit religionē: tunc eñ nō fiet ꝯpēsatio cū adulterio subsequēti. rō:q: iste mutauit statū ꝛ nō est ampli⁹ sui iuris. facit.l.si ex causa.ſ.papinian⁹.ff.d min.quinimo sensit Guil.ꝙ si marit⁹ cōmisisset secūdo adulteriū ꝛ postmodū intrasset religionē non cōpensat̃ adulteriū cōmissum ante ingressum:q: iste mutauit statū:ꝛ est effect⁹ nou⁹ homo qđ dictū nō vř verū:q: nō potuit mutare statū cuꝫ pīudicio mulieris:cū ante ingressum fuerit vxori ius acquisitū replicandi de adulterio mariti ꝯ exceptionē adulterij pprij.ꝛ hoc satis sentire videt̃ Host.qui format hanc.q.satis vtilē.pone ꝙ marit⁹ qui ꝯmiserat adulteriū in seculo trāsiuit ad religionē repe

Zacharias.
[a] ¶ Postꝙ sciuit eam adulteratā. Adde Car.alex. in.c.in coniugio. xxxij.q.i.ꝛ Alex. ꝛ doct.in.l.cū mulier.ff.solu.matri. Zacharias.
[b] ¶ Multa cōpensatione tolluntur Adde doct.in.c. significasti.ĩ.d adul.ꝛ Pau.d ca. conf.xxvij.q.vij. ꝛ per totum.

a ¶ Volumus. In ver. incōcussam. ⁊ vide gl. in. c. q2 sunt culpe. hic alle. in glo. ⁊ gl. magna. in prin. in. c. per tuas. de cōdi. appo. ⁊ idē. d. Ant. in c. licet causam. in. xxxviij. col. ver. qualr aūt. de pba. ⁊ aliqd in. c. rex paci ficꝰ. in pn. ij. col. s. in proe. Greg. ⁊ in. c. cū ad sedē. de rest. spo. vbi alleg. in. c. ex parte decani. s. de rescri. ⁊ in. c. inter dilectos. in. vj. col. i ver. nota ꝙ ꝑ portiōe. ⁊ vide. d. abb. panor. elegāter. in. c. accedētibꝰ. circa fi. ver. sed aduerte de pui. ⁊ bar. in. l. celsus. in vlti. col. versi. alio mō. ff. de vsuca. et adde hic bal. in. l. testiū. i vlt. col. C. de test. ver. adde ꝙ tps. vbi dt ꝙ ad pbādū pscriptiones sufficit pbare pncipiū ⁊ finē possessiōis. q2 p extrema psumunt media. ⁊ alle. pdictū caplz volumꝰ. hic glleg. p istū. ⁊ vide Bal. in. l. sicut re corporali. in. §. supervacuū. ver. ⁊ no. ex isto. ff. qb. mo. pig. vel hypo. sol. ⁊ Bal. in. l. si psi. C. de do. ante nu. ⁊ vide Ludo. ro. in. d. l. celsus. i pe. col. vbi dicit ꝙ p batis extremitatibus possessiōis psumit cōtinuatio mediij tpis. ⁊ alle. glossā. in. d. c. volumus. ⁊ Jo. and. ⁊ do. Ant. in. d. c. cū ad sedē. ⁊ ad hoc facit qd not. do. Ant. post Inno. in. c. qm ꝯ. in. vij. col. de probat. vbi dt ꝙ qn pducitur instrumentū in actis registrandū non est necesse ꝙ totus tenor instrumēti de verbo ad verbū registret: sed sufficit principium et finem scribi illius instrumēti. Item adde hic Pet. de anchar. in. c. j. vij. col. de rescrip. lib. vj. vbi dicit ꝙ ad probandū continuam possessionē sufficit pbare pncipium possessionis. ⁊ quod hodie possideo qm media possessio presumitur: ⁊ ꝙ per pbationē extremorum probent media. tenet Specu. in ti. de pba. §. j. i vlt. col. ver. qualr pbari pōt. vbi loquitur de probatione ꝯtinue possessiōis. ad qd vid gl. i ver. romani. in c. die resurrectio-

titur a muliere ipse excipit de adulterio illius mulieris: ipsa replicat ꝙ ⁊ ipse cōmisit ante adulteriū. Querit nunqd possit exire iuito mōasterio si con- 8 fitetur replicationē mulieris. ⁊ dicit ꝙ sic. † Unde hoc casu stat ꝯfessiōi mariti: lz veniat in piudiciū professionis. de quo dicit casum esse in. c. penul. de rap. secꝰ dicit vbi agitur de matrimonio carnali: tunc eñ nō staretur cōfessioni coniugis cōtra matrimoniū. vt probat in. c. super eo. de eo qui cogn. cōsang. vxo. sue. ⁊ cū hoc trāseunt hic cōiter doct. Sed aduerte quia hoc distincte tenere esset aperte dicere ꝯ casum. c. vidua. s. ti. pxi. vbi tex. aperte dicit ꝙ ex quo cōstat de pfessione alicuius tacita vel expssa nō stat cōfessioni ipsius in ꝯtrium etiaz cū iuramēto. pro hoc facit: q2 cōfessio tēdit in preiudiciū monasterij: ergo plene nō pbat: q2 lz valeat cōfessio cōtra cōfitentē non tñ cōtra tertiū. vt xiiij. q. ij. in prin. ⁊ in. c. j. de cōfes. Itez ratio. c. s. e. habet locū in casu nostro. nam de facili posset iste ingressus colludere cū vxore sua in piudiciū professionis facte: ideo intelligo illud. c. penul. alleg. per Host. qn iste ingressus stat pro ingressu ⁊ contra monasteriū de ꝯsensu superioris; tūc eñ nō est verisimile ꝙ falsum cōfiteat cōtra se: ideo talis cōfessio sibi preiudicat: ⁊ p ꝯns monasterio qd permisit eū agitare illā causam: ⁊ idē est i mrimonio carnali: nā vz cōfessio in piudiciū matrimonij: qn est facta ab eo qui stat pro mrimonio. vt in. c. attestatiōes. ⁊ ibi p Hosti. j. de despon. impu. Abb.

1 ☞ Uxor potest reuocare maritum a religione: licet ipsa dederit licentiam metu.

2 Uxor tenet intrare monasteriū ibi faciendo professionem qn eius maritus idem fecit: intellige cū eius consensu.

3 Maritus qui intrauit monasterium an possit licite relinquere habitū: ⁊ propria autoritate exire monasterium.

4 Extremis probatis presumitur medium.

5 Consensus extortus per metū no presumit ratificatus per simplicē taciturnitatez sequentis tpis.

Accedens. † Uxor maritū professum repetere pōt nō obstāte licētia pfitendi ab ea metu extorta. Primo partis narratio. Scdo iudicis datio. ibi: quocirca. ¶ Casus literalis. Quidā coniugatus volens assumere habitū monachalē petijt ab vxore sua: vt super hoc suum prestaret assensum q̄ ppter multa verbera ⁊ alia grauamina q̄ inferebat eidē dicēs ꝙ ipsam dimitteret ⁊ annuit volūtati ipsiꝰ: ⁊ sic vir ille habitum Cistercieñ. assumpsit: ⁊ mulier domū quarūdam monialiū intrauit nullo habitu assumpto vel voto ꝯuersionis emisso: tandem vir ille habitum dimisit, ad seculū redeundo: mulier statim petijt illum restitui; ppter hoc ad papam accedens vnde mandat quatenus si ita est vir appellatiōe remota cōpellatur eam recipere ⁊ ei exhibere coniugalem affectū. Ber. ¶ No. primo ex isto tex. ꝙ sicut ad matrimoniū ꝯhēduz requiritur omnino consensus liber. vt in. c. cū locum. j. de spōsalibus. ita ⁊ in separatione mrimonij quo ad coitū: vnde vt vides hic datio licētie fuit nullo metu intercedēte. ⁊ pro hoc. c. notificasti. xxxij. q. v. ¶ † No. ij. 2 arg. ꝙ vxor iuuenis marito intrante religionem non tenetur intrare monasterium faciendo pfessionem: sed satis est ꝙ intret vt possit ibi vitā honestam ducere: hoc tñ nō credo de iure verū. p. c. ad apostolicā. s. eo. ⁊ per. c. quia agathosa. xxvij. q. ij. ⁊ ad istum tex. dic ꝙ hic narratur factū ⁊ nō ponitur ius. ¶ † Sed quero: nunqd maritus iste 3 potuit licite relinquere habitū ⁊ propria autoritate exire monasteriū. Jo. an. dicit ꝙ nō: sz ꝙ peccauit fm eum: quia quo ad se ⁊ sui preiudiciū potuit monasterium intrare: vxor tamen potuit eū inuitū de monasterio abducere: ⁊ hoc vltimū tenet hic Inn. sed primum dictū Jo. an. nō videt vsqzquaqz verū: ⁊ contrariū aperte sentit Inn. i c. quidā. s. e. pbatur ratione. non enim potest maritus vxore inuita emittere votū cōtinentie: vt in c. vna sola. xxxiij. q. v. Item maritus iste multum peccauit vxorem deserendo aut sibi dādo causaz adulterādi vt in ca. si tu abstines. xxvij. q. ij. ergo vt nō perseueraret in peccato: ⁊ vt mulier nō incideret in adulterium licite potuisset ppria autoritate exire: vnde hic in nullo peccat maritus iste q 4 habitū dereliquit. ¶ † In glo. ij. ibi: ⁊ sic per primum ⁊ vltimum. no. bene istam gl. quia facit ad multa ⁊ collige ex ea ꝙ per extrema colligit medium: ⁊ facit hoc ad probandū prescriptionē: vt pbata possessione in prin. ⁊ in fin. presumat ꝙ qs medio tempore possederit. tenet gl. xvj. q. iiij. c. vo a lumus.[a] ⁊ plenius de hoc per Bar. in. l. celsus. ff. 5 de vsuca. ¶ † Scdo no. gl. iuncto tex. ꝙ agēs certū quid per metū nō presumitur ex taciturnitate sequentis tpis cōsentire ⁊ purgare metū qd intellige nisi interueniat aliquis actus positiuꝰ primi actus approbatiuus. l. ij. C. qd me. cā. ⁊ pulchre p Inn. in. c. sup hoc. de renū. Et in fi. glo. doc. videtur hic velle professionē istius viri nō valuisse: q2 cū vxor est iuuenis debuisset intrare religionē vel saltē emittere votū continentie quorū neutrū hic interuenit: cū ergo expressa libera licentia non valuisset fortius nec coacta. Sz aduerte: q2 hoc arg. est ꝯ no. in. c. j. ⁊. c. vxoratus. s. eo. nā libera licētia valuisset in preiudiciū mulieris quātūcūqz nō vouisset. no. in iuribus palleg. vñ mulier met hic repetebat virū. ⁊ sic fuit hic audita non ex eo q2 nō vouit. sed ex eo quia per metuz consensit: ⁊ iste est a verus intellectus huius capituli. Abbas.

1 ☞ Uxor que prestitit consensum marito vt ingrederetur monasterium nō compellitur ipsa intrare si est continens ⁊ non suspecta. 2.

3 Uxor que prestitit consensum marito intranti religionem: siue ipsa fecerit siue nō votum continētie an cōpellatur intrare monasterium: ⁊ an possit petere restitutionem mariti.

1 **Significauit.** † Uxor pfessi que dedit viro licentiā profitēdi nō cōpellit ingredi religionē si cōtinens est ⁊ non suspecta. Primo ponit mulieris querelā. Secūdo dat iudicē. ibi quo circa. ¶ Casus lralis. Quedā mulier. A. noie corā decano sancti Quiriaci fungenti vice archiepi senoneñ. dedit licentiam viro suo religionē intrandi voto continentie sibi iniūcto: ⁊ recepta fide ab ipsa ꝙ perpetuo cōtinentiā seruaret: ⁊ sic vir pfessionē fecit. decanus ꝓ post factā professionē a viro dicebat qd mulier illa debebat religionē intrare: sz illud primo sibi non expressit: qd si expressum fuisset viro licētiam nō dedisset: sed decanus ad hoc cōpellebat candem. vñ mulier illa hec omnia significauit do. Pa. Unde mandat quibusdā quatenꝰ si est ita: ⁊ mulier talis etatis existat de qua suspicio non possit haberi ꝙ nō permittāt illā cōpelli ad religionē intrare 2 votū cōtinētie obseruantē. Ber. ¶ † Not. j. ar. qd prelatus inferior epo nō pōt proprio iure impartiri autoritatē in dissolutione matrimonij etiam causa religionis. ⁊ hoc tenet Inn. expresse. ⁊ facit hec litera in arg. in eo ꝙ decanus hoc fecit tanq̄ gerens vices archiepi: pro hoc bo. text. in. c. si vir 3 ⁊ vxor. xxvij. q. ij. ¶ † Scdo no. in vers. quocirca: tex. valde no. in materia qd si maritus intrauit religionē vxore cōnsentiente ⁊ cōtinentiam vouēte cōpelli potest vxor ad intrandū religionem licet viuat cōtinēter ex quo est talꝭ etatis de qua suspicio incontinētie haberi pōt licet a principio nūq̄ consenserit ingressui religionis. ita singulariter probatur

nis. de cōsecra. di. v. ⁊ Bal. in. l. si quis ita. circa prin. de cōdi. ⁊ demon. ⁊ multū elegāter Dom. in. d. c. quia sunt culpe. in vlt. col. xxviij. dist. in c. legimus. in prin. in ij. col. versi. no. istam glo. xciij. dist. Antonius Frāc. ¶ An ex pbatione extremorum pbent media: ⁊ an mediū trahat ad se extrema ⁊ ecōtra. vide q̄ habent in. c. q2 sunt culpe. xxviij. dist. ⁊ qualiter accipiat extremum. vide gl. in. l. j. ff. si qs ius. di. non obtēp. Et adde ꝙ ille q impugnat medium impedit extrema vt in. l. seruitutes. §. pubblico. ff. de ser. ⁊ vide gl. in. l. ꝗ sella. in. §. fi. ff. de seruit. rusti. predi. qui dixit ꝙ qñqz extremum trahit ad mediū ⁊ qñqz medium ad extrema ⁊ vide q̄ habētur in. l. tria pdia. ff. de serui. rusti. pdio. ⁊ vide bo. tex. in. l. sz iterim. in. §. j. ff. de don. inter virū ⁊ vxo. q dixit ꝙ ihabilitas medij impedit discursum ad extrema ⁊ de materia extremorū habet in. l. siue possidetis. C. de pba. ⁊ p beatū Tho. i. iij. senten. di. ij. arti. xviij. Sebasti. Sapia.

¶ Volumꝰ. Illā gl. cōmēdat ang. in. l. pen. circa fin. C. de apo. public. lib. x. ⁊ Jo. fab. in prin. insti. de vsucap. col. j. ⁊ bal. in l. fin. col. vij. in xv. opposi. C. de prescrip. lōgi tempo. Alexan. in consi. xxxix. incipi. visis scripturis. colū. ij. in. ij. volu. Andr. sicu. in ꝯsi. xxxvij. incipiē. scribit sapiēter. col. x. in cōsilio. xxxv. incipiē. sapiēter scribitur col. iij. in. ij. volu. Feli. in. c. inter dilectos. col. v. vers. quibus inferri solet. s. de fi. instru. ⁊ Matth. in not. cxvij. incipi. nota mirabilem doctrinam.

probatur hoc a cõtrario litere:secus dic vbi nõ vouisset. nam ꝛ tũc haberet locũ.c.j.§.eo.ꝛ quod no.glo.in.c.vxoratus.eo.tit.in gloss.j.ibi:qđ satis bene põt dici.ꝛ per hoc videt̃ gl.recedere a dictis ꝑcedẽtib⁹.Host. distinguit ꝙ aut vxor solẽniter vouit aut simpliciter:aut nullũ votum emisit.primo casu compellit̃ intrare religionẽ ꝛ ꝓfiteri.in secundo ꝛ tertio nõ cõpellit̃:sed marit⁹ poterit sibi restitui.sed aduerte:q2 lʒ Joã.an. hic simpliciter recitet̃ Host.ꝛ transeat.tñ aliud sentit in.c.ex parte.§.e. vbi in distinctione posuit verũ intellectũ ad istum text.quẽ hic etiã posuit Vincẽ.dicens ꝙ si mulier dedit tantũ licentiã ꝛ nõ vouit tũc ex officio iudicis restituit̃ sibi maritus ex quo iuuenis est:ꝛ ita loquit̃.c.j.§. eo.ꝛ si ꝑcessit ad votũ cõtinentie nõ dʒ sibi fieri restitutio:sed dʒ cõpelli ad intrandũ religionem vt de directo est hic casus a contrario litere.et hoc etiam voluit Calde.in.d.c.ex parte.ꝛ dixi in.c.j.§.eo.in distinctione.ꝛ hoc probo ratione:nam ex quo mulier vouit cõtinentiã quantũcunqꝫ sit iuuenis tenetur votum obseruare:cum votũ ex postfacto sit necessitatis ꝛ obliget quẽcunqꝫ post pubertatem.nõ ergo debet sibi restitui maritus cuʒ nõ esset aliud ꝙ ipsos in prõptũ periculũ detrudere: ꝛ vtrũ isto casu teneat̃ illa mulier profiteri an solũmodo esse in monasterio vt dixi in.c.j.§.eo.ꝛ dic vt ibi.ꝛ satis potest in hoc casu dici ꝙ nõ compellit̃ profiteri ex quo erat mulier ꝛ nõ certificata:nec mirũ ꝙ compellitur ad id quod nõ promisit:q2 hic venit accessorie ad promissionem prius factam.Item non compellitur intrare vt stet ibi in carcere:sed potius vt honeste viuat ꝛ turpitudinis suspicionẽ euitet.arg.in.c.de benedicto.xxvij.q.j.

1 Maritus non cogitur recõciliare vxorem suam adulteram: etiam post penitentiam peractam.3.que tamen nõ debet poni in aliquo monasterio ad agendum penitentiam.potest tamen maritus ipsam recõciliare si vult etiam inuitam.4.
2 Adulteriũ inducit sepationẽ mr̃imonij quo ad torũ:nõ quo ad vīculũ.
3 Maritus potest relinquere suam vxorem adulterã nõ expectata alia sententia:quando adulterium est notorium.
In notorijs non requiritur vel expectatur sententia.
6 Aduteriũ an possit cognosci corã iudice eccl'iastico si agat̃ criminal'r.
Sacrilegium potest cognosci in vtroqꝫ foro.
7 Uxor adultera ĩ mõasterio collocata:an possit vlteri⁹ a marito repeti.
Adulterium est causa ꝙ vir lucretur dotẽ:ꝛ ꝙ vxor donationem propter nuptias:quid autem si sunt liberi.vide hic.

1 Gaudemus. †Adultera quam maritus reconciliare non vult ad agendũ penitentiã in aliquo claustro collocatur.h.d. Cõis diuisio.scđa ibi: mulieres. ¶ Casus literalis.Alique mulieres condemnate sunt de adulterio propter quod a viris suis sunt relicte:dicitur ꝙ si ad frugem melioris vite conuerse fuerint si mariti earum cõmoniti eas ꝑpter deum recipere noluerint:in monasterijs cuʒ religiosis mulieribus
2 debent poni vt penitentiã perpetuaʒ ibi agant.Ber. ¶ †Nota primo ꝙ propter adulteriũ mulieris licite separat̃ matrimoniũ quo ad toruʒ: remanet tñ ipsum matrimonium quo ad vinculum.xxxij.q.vij.c.licite.
3 ¶ Secundo no.ꝙ separato matrimonio propter adulteriũ carnale nõ tenetur coniunx qui non deliquit peccantem sibi reconciliare etiã post
4 penitentiã peractam. ¶ †Tertio not.ꝙ maritus licet ad sui instantiã fuerit separatũ matrimoniũ quoqꝫad totũ: potest tñ nihilomin⁹ vxoreʒ sibi inuitã reuocare seu reconciliare:ꝛ sic est cõuersa:id est emẽdata maritus meretur in recõciliãdo. ¶ Ultimo not.officiũ iudicis ecclesiastici circa adulteras a maritis relictas implorãdũ vt eas collocet ĩ claustro
5 cũ mulierib⁹ religiosis. ¶ †In gl.ibi:secuta sentẽtia.no.gl.ꝙ propter adulteriũ etiam notoriũ nõ debet maritus propria autoritate relinquere vxorem:sed dʒ expectare sniam ecclesie.ꝛ licet doc.hic transeant: tñ glo.aperte sentit ꝯ̃riũ vbi latius hoc disputat in.c.fin.de adul.videlicet ꝙ data notorietate delicti necessario nõ expectatur snia ecclesie:ꝛ eandẽ sentẽtiã tenet Inn.in.c.inquisitioni.j.de senten.excom.ꝛ vide quod
a latius dixi in.d.c.fi.ꝛ placet mihi opi.ꝯ̃traria sʒ vt snia nõ requirat̃ a: quia habet hãc facultatẽ a deo.xxij.q.j.c.dixit.facit tex.cũ gl.in.c.agatho.xxvij.q.ij.ꝛ.c.significasti.j.de diuor. ¶ †In glo.in ver.cũ religio
6 sis.in fi.hec gl.videt̃ velle ꝙ tex.iste loquat̃ ꝺm dispositionẽ iuris ciuilis vt fiat ista collatio in monasterio qñ fuit actum criminaliter contra mulierẽ:sec⁹ si fuit actum ciuiliter.Et ex hoc intellectu not. vnũ ad qđ
b nõ solet allegari iste tex.ꝙ corã iudice ecclesiastico b potest laicus accusari de adulterio etiã criminaliter: ꝛ ꝙ iudex ecclesiasticus potest saltem respectu mulieris imponere penã legalẽ detrudẽdo mulierẽ in monasterium.tenet Inn.in.c.tue.de procu.vbi dicit ꝙ licet ecclesia possit adiri super adulterio qñ agitur ciuiliter quo ad separationeʒ tori:secus tñ si criminaliter agitur ad penam legitimã inferendã:ꝛ pro illa opin.facit ille tex.ꝛ canon in.c.lex debet.xxxij.q.v.sentiunt Pet.ꝛ Abb.h.ꝛ Jo. and.in.c.j.de fo.compe.lib.vj.vbi dicit no.ꝙ adulteriũ est de foro eccle
c siastico duntaxat cum agitur ad separationẽ tori.in ꝯ̃riũ c tñ adduco c.j.de offi.ordi.ꝛ.c.de benedicto.xxvij.q.j.Item cum matrimoniũ sit sacramentũ peccans cõtra illud cõmittit sacrilegium.vt etiã innuit text. iuris ciuilis in.l.quauis.C.de adul.sed in crimie sacrilegij põt adiri taʒ secularis ꝙ ecclesiasticus.vt in.c.cũ sit generale.de fo.comp. vbi latius hanc.q.examino.hec tñ lectu.glo.non est cõis.vnde.d.Pet.ꝛ Abbas transeũt ad alium intellectũ dicẽtes ꝙ ꝑ istũ text. non imponit̃ aliqua pena mulieri: sed prouidet̃ hic vt mulier collocet̃ ĩ claustro vt honeste ibi viuat.vnde dicũt ꝙ inuita mulier nõ põt collocari in claustro ĩ casu huius.c.sed qñ ageret̃ criminaliter corã iudice seculari tũc inuita detrudetur. vt in auẽ.sed hodie.C.de adul. vñ põderant hoc
7 verbũ collocare:nõ enim dicit detrudere.† Hosti. posuit aliũ intellectũ dicẽs hic statui nouã penã vltra dispositionẽ iuris ciuilis.nam ꝺm ius ciuile mulier nõ potest profiteri intra biẽniũ: ʒ ꝺm istũ tex.si maritus monitus nõ vult mulierẽ recipere potest incõtinẽti collocari in monasterio ꝛ profiteri poterit:nec licebit marito illã de monasterio educere.iste intellectus mihi nõ placet:tum quia est preiudicialis maritis.tum q2 quodãmodo corrigeret dispõnem iuris ciuilis.vnde puto qđ iste tex.nõ ꝓuideat in casu illius auẽ.sed hodie. nam ibi imponit̃ pena detrusionis instituta accusatione criminali cõtra mulereʒ. hic autẽ nõ apparet de accusatiõe criminali. Item hic fit collatio ad penitẽtiã peragẽdã ꝛ nõ principaliter ad penam: quare dico ꝙ qualitercũqꝫ fuerit actũ cõtra mulierem adulterã ex quo est mulier relicta a marito ꝓpter adulteriũ ꝓcedit dispositio huius tex.ꝛ iudex ecclesiasticus ꝛc.nec ista incõtinẽter viuat in seculo:ꝛ sic vt precidat̃ materia delinquẽdi dʒ eã collocare in aliquo monasterio non tm̃ ꝓpter penitentiã sed vt honeste viuat.ꝓ hoc adduco text. a no.q hoc ꝓbat in.c.de benedicto.xxvij.q.j. in fin. ꝛ credo ꝙ hoc casu nõ hʒ locũ illa pena iuris ciuilis respectu bonorũ.nam debes scire ꝙ aut cõtra mulierẽ fuit actũ per maritũ ciuiliter.ꝛ tunc separatur matrimoniũ quo ad torum ꝛ lucratur marit⁹ dotẽ.vt legit̃ ꝛ no.ĩ.c.plerũqꝫ.j.de do.post di. resti.ꝛ.C.de repu.l.cõsensu.ꝛ sic monasterio nihil potest applicari.vnde nõ sine monasterio iste tex. nõ fecit mẽtionẽ de bonis:sed si ageret̃ cõtra mulierem criminaliter vltra detrusioneʒ due partes suaꝝ dotiũ applicant̃ liberis si quos habet tertia pars monasterio:si ꝟo nõ hʒ liberos sed parẽtes due partes applicant̃ monasterio ꝛ tertia ps parẽtib⁹.nõ existẽtibus ꝟo parẽtib⁹ oĩa applicant̃ monasterio:vt in iuribus alleg.in glo. ꝛ sic vtili⁹ est marito vxorẽ accusare ciuiliter ꝙ criminal'r:vt in auẽ.hic per gl.alleg.hec distinctio plus placet ꝙ quorũdã opi.no.in.d.auẽ.que hʒ ꝙ hodie maritus nihil lucretur quasi iura antiqua sint hodie correcta per illã auẽ.sed nõ placet arg.in.c.j.§.vt lit.nõ cõ test.vbi patet ꝙ vxor etiã lucrat̃ donationẽ ꝓpter nuptias ex adulterio mariti. facit.d. c.plerũqꝫ.de do.post diuor.resti. Abbas.

1 Coniuges qui adinuicẽ promiserũt continentiam ꝛ hoc ambo vel alter profitentur religionẽ b alter alterum petere non potest.3.
2 Qñ agitur contra monachũ an libellus fit concipiendus in persona sua vel monasterij.
Snia ferẽda contra vel pro monacho est ferẽda in persona monasterij non monachi.
4 Legatum factum pauperibus talis loci vel tali loco semper censetur legatum factum loco.
Canonica portio non debetur epõ de legato facto pauperib⁹ nisi sit facta expressio loci vbi sint pauperes:puta talis hospitalis.
5 Instrumentum si vitietur potest notarius aliud conficere:qđ non vitiabitur si sit factum,super eodem facto:licet cantet in alia persona.
6 Instr̃m põt loqui in prima vel in tertia persona
7 In instrumẽto illud censetur fuisse actum quod repertur scriptum.
8 Donatio,votum,confessio,vel quid simile facta calore iracundie qđ obligent apud deum.
9 Monasterium non acquirit bona ingressi:quãdo dolose propter ejus bona circũuenit illũ vt in grederetur:secus si vt seruiret deo.
Monasteriũ nõ debet dãnificari ex delicto particularis monachi:nisi omnes delinquerent.
10 Sacerdos põt stipulari alteri in his que ꝯcernũt ad off.cũ sacerdotis ꝛ ad vtilitatem anime.
11 Stipulari alteri pñt notarij ꝛ oẽs magistratus.

Zacharias.
a ¶ Snia nõ requiratur. Adde istũ in.c.ad nostrã.§. de iureiur.in.c.cũ sit romana.§.j.ij. de app.Bar.in.l. in emptorẽ.in pñ. ꝛ.§.j.ff.de action. empt.ꝛ in.l. ictus fustium.ff.de ifa. Bal.in.l. cũ fratrem.C. ad sille.ꝛ in.l.j.C. ne filius pro pa.ꝛ in.c.j.in prin.in tit. qualiter do.ꝓp.priuatur in feu.ꝛ in.c. ꝓposuit.ꝛ ibi docto.§.d app. Jo. fa.in proemio insti. ꝛ ibi in apost. celsi.in versi.necessaria snia. ꝛ Ale. in.l.si cui.ff.de ꝓbo.obli.
b ¶ Iudice ecclesiastico. Adde Ro. singu.suis.fol.xx. vbi late de hoc articulo.
Zacharias.
¶ Adde qđ voluit allegare Ro. sing.suo.dcxvij. incip.nos sumus. fo.xxiij.de quo vide istũ in.c.intelleximus.num.1.in ꝟ.nõ in alijs post alios.j.de adult.
Sebasti.Sapia.
c ¶ In ꝯ̃rium.vide etiã Ab.i.c.gaudem⁹.j.de diuor. ꝛ in.c.tue.col.pe. §.de proc.ꝛ multa alleg.per Feli. in.c.cũ sit gñale. col.vij. post med. ver.respectu adulterij.§.de fo.competenti.

a ✠ Sebasti.Sapia. ¶ Or quarta. Vide Andr.fieu.in.c.officijs.§.de testa.z Feli.in.c.de quarta.col.vj.§.de prescri. vbi tāgit quādo hospitalia gaudeant priuilegio ecclesiarum.

b ¶ In alia persona.vide hic p do.Ant.in.j.col.z vide no.i.c. qđ āt.de iurepa.vbi etiā aliq̄ posui.Quid de snīa an debeat ferri in tertia psona an i prīa.dic q̄ nō refert ſm.d.abb. 1 in.c.examiata.de iudi. dicit tñ q̄ si ferť in tertia psona p̄sumitur lata sine scriptis idem tz Spe.i ti.de senten.§.iuxta.ꝟ.taliter.Quid autē si fiat instr̄m p ꝟba p̄teriti tpis.vid p abb.post.d.Ant. plene i dicto.c.qđ aūt.de iurepa.sed de hoc qđ hic hr̄ scz an debeat fieri instr̄m in p̄ma vł tertia.psona.vide do.Ant.i.d.c.qm̄ ꝫ.de pba.col.v.z vide oīno q̄ nota. post do.Ant. i.c. qđ aūt.Item vid Bal.i.c.j.in prin. in ꝟ. in oī fere curia.i tit.de no.for. si.in vsi.feu.vbi dt q̄ nō ē.vis an notari⁹ in prima vł tertia psona scribat instr̄m.z idez dicit Bal. i.c.j.§. si.q feu.da.pos. et de hoc dicit eē singu.in hoc.c.qđ tabellio non dicitur variare nec in stylo nec in facto si vnū instr̄m scribit ī pria psona: aliđ in tertia .z vide Imol.i.l. si sic.§. j.ff. de le.j. vbi dicit q̄ nō refert an notari⁹ scribat in 2 strumentū in prima vel tertia psona vt in hoc ca.et vide Archi. in.c. quicūq̃z.circa p̄n. xvij.q .iiij.vbi dicit q̄ valet rescriptum pape lz verba rescripti concipianť in tertia psona: z hoc p illū tex. Itē an testamentū vel instrumentum scribi debeat in p̄ma persona vel in tertia. 3 vide Bar. in.l.cū in testamento.de auro z arg.leg. et Bald.in auť. sed qñ.C.de cōsti.pecu.z in .l. in epla. đ fideiusso. z in.l. mater.C.de rei vēdica.z vide Bar. in.l.ij.ad fin.C.de 4 fal.causa adie. le. z adde q̄ silr̄ non refert an libellus accusationis scribať in prima vel tertia persona:vt dicit gl.in.l.titius. quam no.z sequitur Bar.ibi circa finem z in.l.libellorū.ff.de accusat. z idem dicit glo.quam sequitur ibi Ange.in.l.penul.C.de accu. Anto.Franci. ¶ Circa hoc an sententia debeat ferri in prima vł tertia persona:z quibus verbis debeat formari.z eodē modo quid de instrumento:vel testamēto cōfecto a notario. Dicas i hoc nō esse faciendam vim siue in vna persona fiat siue in alia:vt per gl.in ꝟ. sempiternū.i.c. abbate. de re iudi.li.vj. dum mō tñ ipa snīa cōtineat absolutionem: vel cōdēnationē alias nō valeret etiā si pbaretur per testes ipsa cōdemnatio siue absolutio ſz bal. i.l.errore. circa fi. §.de testa.z habetur per Bar.in.l. preses.z in.l. cum iudex.C.de sent.z late per Ro.in.l. j.ff.de re iudic.qđ adeo veruz est vt iudex debeat dicere in sententia cōdēno vel absoluo siue talis iudex cōdēnat siue absoluit: nec sufficeret id dicere forsan p verba equipollētia si talia ꝟba nō importarēt absolutionem vel condēnationez:alias sufficerent eqpollentia ꝟba.l.ait p̄tor.in .§.j. et le.in summa.ff.de re iudi.de quo etiā habeť per Bald. in l.j.C.de sen.ex peri.reci. p Bart.in l.ab emptione . in vlt.col.ff.de pact. z in.l.eos.in.j. colū.C.de ap.z facit illa regula: qꝛ nihil refert quid ex equipollentibus fiat.de q̄ in.l.gallus.in.§. z quid si tm̄.ff.de li. z post.

6 ¶ †In glo.j.ibi:cōmutatio pene.Aduerte.nā iura alleg. in gloss. loquuntur de cōmutatione penitentie z non pene.z penitētiā commutare potest ille qui penitentia iniunxit vel superior: vt legitur z notat in.d.c.presbyter.z de cōmutatione pene.dic vt no.ꝑ Inn.z alios.in.c. j.de cōstitutio.z est bo.tex.cum gl.in.l.quid ergo.C.pena grauior.ff.de his qui not.infa.vbi Bar.ponit not.dictū.ꝙ ex causa etiā penā statuti potest iudex cōmutare vel diminuere:vt.ij.questione.iij.§. notādum.

7 ¶ †In ea.gl.ibi:z est arg.ꝙ episcopi.zc.signa glo.z ideo gl.dicit arg. quia in text.non fit mentio de episcopo:sed de ꝑsidente.Inno.dicit ꝙ episcopi z superiores possunt dispensare in voto non autē prelati inferiores:ꝓbat iste text.iuncta suprascriptione.z not.sing.hoc dictum pro quo facit qđ ipsemet no.in.c.ij.de eo q fur.ordi.rece.vbi ponit vnā singularē regulā dicens nullū prelatum citra epm posse dispensare in aliquo casu nisi in casibus in iure expressis.quā regulā sequunt doct.in.c. fi.de postula.prela.z ego adduco tex.in cle.ij.de priuileg.vbi non ꝓbat ꝙ ꝑlatus citra epm nō pōt absoluere a snia excōicatiōis a canone promulgata nisi vt dixi in casib⁹ in iure expressis.Host. dicit hic ꝙ iste tex. nō ꝓbat dictum Inn.sed potius ꝯtra:qz licet loquat de epo non dicit hoc pendere ab arbitrio suo sed ab eius qui ꝑsidet zc.fatet tn̄ ꝙ dictū in se est verū z seruatur de consuetudine z minime sunt mutanda zc.l. minime.ff.de legi.z potest dici ꝙ vbicunqz inferior ꝑlatus haberet de iure spāli ius epale in ꝑsonis ꝙ tunc possit dispēsare in voto sicut eps: qz talis potest exercere iura epalia ꝓ hoc gl.no.in clemē.j.de reb⁹ eccle. nō alienā.z per Inno.in.c.statuimus.de maio.z obediē.dico latius in c.significasti.de foro cōpetē.z tūc ista litera stabit proprie vt quilibet ꝑsidens.s.habēs iurisditionem episcopalem possit dispensare in voto.nā vt ex fine litere colligitur in hac commutatione requiritur dispensatio: sed prelatus inferior nō dispensat.per hoc dico sacerdotē vota non posse commutare nisi modo predicto.scilicet cum ipse iniunxit ieiuniuz zc.

8 ¶ †In glo.fi.ibi sed in voto continentie secus.no.glo.nā loquitur nō solum in religioso sed in quolibet vouente cōtinentiā.Host.hic z communiter canoniste tenent oppositū dicētes ꝙ ex magna [b] causa potest papa dispensare circa votū cōtinētie etiam cum religioso.ponit exēplū si rex infidelis vult redire ad fidem cum toto suo regno ū potest habere in vxorem moniale filiā al terius rēgis.nā istud est magis deo acceptū ꝙ cōtinētia vnius hominis maxime qz matrimonium est de iure diuino z cū vxore est castitas.xxxj.di.nicena.z in.c.j.de voto.lib.vj.z idē tenēt doc.in.l.cū ad monasteriū.de sta.regu.beatus Tho.fuit in opi.gl. licet prius tenuisset cōtra Joā.an.nouissime disputauit sequēdo opin. canonistarū cōtra opinionem theologorū.z plene prosequitur sup regula semel deo dicatum.de regu.iur.li.vj.in mercu. Et inquantum gl. dicit ꝙ castitas sola est zc.nō intelligas ꝙ alie ꝟtutes hoc non possunt facere.vnde debet intelligi ꝙ castitas sola potens est deo animas ꝑsentare:sꝫ sine alijs virtutibus.nō tn̄ intelligas ꝙ alie virtutes absint sed non exigitur vt nō concurrant eque principaliter:sed saltem debet habere accessorie:qz non potest quis habere vnā virtutem sine alijs sꝫ possint habere opus virtutis:vt no.glo.in.c.nisi cuz pridē.in ver.virtutū. §.de renun.

9 ¶ †Et ex ꝑdictis habes vnū casum in quo solus papa dispensat:z licet hoc doc.teneant tamen de iure aperte hoc non probat sed ego adduco ca.maiores.de baptis.vbi dr qđ maiores cause sunt referende ad papā.alius est casus in voto vltramarino [c] emisso pro subsidio terre sancte.tex.est nota.iuncta glo.in.c.ex multa.j.eodem.

1 Uotum factum in puerili etate potest papa commutare etiam si sit votum vltramarinum.
2 Uotum factum a maiore septennio obligat vouentem.
3 Puer dicitur quis post septem annos.
4 Papa non potest tollere obligationem alteri quesitam.
Laicus non tenetur obedire pape in temporalibus.
Absoluitur quis a iuramento cum causa:alias secus.

1 **Ueniens.** †Commutat papa votum vltramarinū his maxime q in puerili etate vouerūt. z duo facit.Primo ponit formam voti.Secūdo eius absolutionem z mutationē.ibi nos. ¶ Casus literalis.R.clericus dn̄i esset in puerili etate constitutus z doli capax disposuit ꝓficisci hierosolymā. z cuidā qui illuc accedere volebat fidē dedit z suā ab eo accepit ꝙ in via fideles socij existerent:tandē factus discretus z adultus accessit ad papā petens eius consiliū.papa illū absoluit a voto qđ in etate puerili fecerat ex facilitate potius ꝙ arbitrio discretionis ita tamen ꝙ votum redimat eleemosynis z toto tempore vite sue si poterit vni pauperi debeat ꝓuidere.Ber.

2 ¶ †No.primo ex tex.iūcta glos.ꝙ votum emissum in puerili etate efficaciter obligat:lꝫ prestet facilitatē obtinēdi cōmutationem:z sic minor etas non impedit obligationem deo querendā:z dicitur puer post septē annos vt dicitur in proemio.vj.z sic post doli capacitatem quis obligatur ex voto:z ad hoc tenebis semper mēti istū tex.qz nescio alibi ita clarū.vide tamē ad materiā quod no.Innio.in.c.scripture.j.eodem.

3 ¶ †Scđo not.ꝙ votum emissum in puerili etate videt potius ꝓcedere ex quadā facilitate animi ꝙ discretionis arbitrio.Et ex hoc z ex tex.pōt sumi argumētū optimū ꝙ votum emissum ex animi facilitate obligat vouētem:lꝫ facilitas prestet

4 causam dispēsandi z cōmutādi. ¶ †Ultimo not. casum in quo papa absoluit laicū ab obligatione quesita alteri laico.nā iste dederat fidē laico vt essent socij fideles in itinere.Sed contra hoc opponitur obligatio z est de iuregentiū.z sic nō potest per principē tolli:vt in clemē.pastoralis.de re iudi.no.Inn.in.c.q in ecclesiarū.de cōstit.legitte in l.fi.C.si cōtra ius vel vtili.publi.maxime ꝑ papā respectu laicorū.ad hoc vide sing.dictū Inno.in c.inquisitioni.de senten.excō.vbi dicit qđ si papa vult laico auferre libros suos vel simile nō tenet laicus sibi obedire cū sibi non sit subiectus in tēporalib⁹.Sol.ꝯriū videt difficile.ex dictis docto. possunt colligi due solu.prima ꝙ papa hoc fecit ex plenitudine potestatis.hec sol.nō valet: qz nō habet potestatē absolutam circa ista que sunt iuris naturalis seu gentiū sine causa etiam imperator respectu laici.vt no.in iurib⁹ supra allegatis. Scđa solu.que videtur placere Innocē.hic vt sit hoc speciale cū obligatio venit accessorie ad actū spiritualem nec laicus pōt pretēdere cōmodum bursale.nā ista nō erat ꝓprie societas.cum societas cōtrahatur ad lucrū.l.coiri.cū seque.ff.pro socio.vnde potius isti dicebantur comites ꝙ socij. ad hoc qđ no.gl.in clemen.ij.de penis.z no.hanc solutionē.qz satis rationabilis est. habes casum in quo papa absoluit quem ab obligatione quesita laico.Ego darē aliā solutionem.ꝙ ideo papa potuit hūc absoluere:qz solū obligatio erat ꝯtracta ex fidei prestatiōe:sꝫ papa pōt absoluere a iuramēto causa interueniente:vt no.in.c.quāto.de iureiu.hic aūt suberat causa:qz minor etas.Itez quia illam fidē prestiterat ob causam sui itineris qua deficiēte facili⁹ pōt obtineri absolutio a prestatiōe fidei.z hec solutio mihi videt verior z procedit magis sine scrupulo. ¶ In gl.i verbo facilitatem.in fi.de hoc vidē quod dixi in.c.dudū.de cōuersione cōiugatorum.z quod dicā.j.c.sequen.

1 Uotum non emittitur ex simplici proposito bonum operandi.
2 Uotum ad hoc vt obliget que requirantur.
3 Promissio sola non ligat:nisi sit facta cum proposito se obligandi.

1 **Litteraturam.** †Hoc ca. continet not.z sing.decisionē. z potest sic summari.Simpliciter ꝓponens religionē ingredi:licet nō ingrediatur non est reus voti.vł generalius potest sic summari.Ex sola conceptione boni explicandi non obligatur quis ad bonū conceptum exequendum.primo consultatio.secūdo responsio ibi:tibi. ¶ Casus literalis. Magister.A.fecit sibi minui in brachio:brachiū indurauit ex illa minutiōe ita ꝙ perterritus fuit ad mortē.Dum esset in tali statu protulit hec verba nō diu hic morabor.proponens in animo religionē intrare.dubitauit an ex hoc facto teneret religionem intrare.Respondet papa quod si plus non est in voto processum non debet dici transgressor si non adimpleat quod dixit.Ber.

[a] ¶ In quib⁹ casibus pōt dispensare plati inferiores a pa.vid.b.Tho. in.ij.ij.q. lxxxviij. arti.vlti.in fi. ¶ De hoc vid latius ꝑ Pet.de ancha.in repe.c. canonū.de ꝯsti.i.ij. opi.z vide qđ no. j.de sta.mo.c.cuz ad monasteriū.et in fi.q.Joā.an.in regula actus . in mercu.z imo.post Gui.in cle.i.i vlt. col.de consang.et affini.z vide hic ꝑ dn̄m Ant.in vlt. col.z idē qđ paul. hic post do.Ant. dicit ad lrāz Hostiē.in sum.de voto.§.qualr z cui⁹ autoritate.i.ij.colū.vꝫ.sed z de votis voluntarijs.

Sebasti. Sapia.

[b] ¶ Magna. In ꝯtrariū tn̄ faciūt no.ꝑ Feli.in.c.q i ecclīarum.co.viij. §.de ꝯst.vbi tꝫ qđ papa nō possit dispensare qđ si rex hꝫ vxorē sterilē vt possit ducere aliā vxorē z subdit qđ pa.nō pōt dispensare super ꝑceptis decalogi.vt ibi late per eum.

[c] ¶ Uide late per Hostiē.in sum.de voto.§.qualiter z cuius autoritate ꝑ totum illum.§.

a ¶ De istis tribus requisitis in voto vide p eundem Tho. in. iiij. disti. xxxviij. q. j. art. j. circa mediu, in hac materia vt habeas opi. Joa. and. z aliquorum aliorum gl. vide gl. xxvij. q. vj. in summa. z in. c. neqz viduas z vide do. Ant. in. c. ex parte. ver. p hac decre. j. de cens. z ad hoc in fi. facit tex. in. c. sed pensandum. vj. di. z vide omnino Archi. in. c. que bona. xxvij. qo. j. z in ca. pcliuus: circa finez. xx. qo. iij. vbi dicit q ex hoc q quis exprimit votum semper cogitur in foro ecclesie illud perficere quia credit ex deliberatione procedere. z ita dicit tenere Hostiensem z Jmol. in h. c. Jte vide Tho. in. iiij. distin. xxxviij. q. j. articu. j. post medium vbi dicit q quedaz vota que faciunt mulieres de non pectinando tali die caput pro non votis habenda sunt z peccant taliter vouentes. z de hoc vltimo vid. s. in rub.

b ¶ Et ex sola pollicitatione quam quis facit, deo pt conuinci. vt dicit gl. in. c. statuim9. a xvj. qo. j. de quo vide per do. Anto. z quod ibi scripsi in. c. ex pte. j. de celeb. miss. An autem ex voto de tradendo acqratur ius reale in illa re dic q non. tex. est no. in. l. ij. ff. de pollicita. sed acquiritur obligatio psonalis tantum: vt ibi Et ideo pro voto agetur solum contra vouentem actione personali quia disputat ibi glos. an ex voto acquiratur ecclesie dominium rei super qua emanauit votum absqz traditione. z concludit q no quod bn est no. p limitatione l. fi. C. de sac. sanc. eccle. qd tamen limitat. d. glo. in. d. l. ij. in prin. nisi votu fieret in vltima voluntate. 3

c ¶ Per istum tex. dicit Tho. j scda scde. q. lxxxix. articu. iij. circa fin. q votum religionis cu sit perpetuum est maius q votuz peregrinationis terre scte qd est temporale z sentit ibi Thom. qd rationabiliter di-

¶ Not. j. argu. opti. ex tex. q terror mortis naturalis no impedit obligationem voti. dummodo vouens deliberate se obliget ad votu: de quo vid qd dixi in. c. sicut. de regula. ¶ † Scdo not. q ex solo proposito indeliberato intrandi religione no obligatur qs ad ingressum. cotra quod gl. multu instat: na videt tex. in oppositu in. c. qui bona agunt. xv. q. j. Solu. ex dictis glo. Jnno. z Host. pot elici hec conclusio q si no firmiter quis pposuit seu deliberauit religione ingredi vel certum quid psiteri non obligatur ex sola conceptione animi. Si autem deliberauit tunc tenetur ad executione voti etia si verba no expressit: ecclesia tn no copellit ad voti executione si de eo no constat: na si ex prima deliberatione seu agitatioe animi quis obligaretur ad religione pauci essent studentes q no essent religioni obligati sm Hosti. cu coiter talia animo concipiant. Hinc dicit hic Abb. q votuz initiat: qfirmatur: z cosummatur. initiat cu pposito i animo seminat. ex tali pposito non obligatur nec quo ad deu nec quo ad eccliam: z sic pt itelligi iste tex. qfirmatur cu deliberatio figitur z firmatur sup pposito: z tunc obligatio orit quo ad deu. ad hoc. d. c. qui bona agunt. sz ecclesia no copellit ex quo sibi no costat: cosummatur aut cum verba enuntiant: z tuc efficaciter obligatur quo ad deu z quo ad ecclesia. vt in. c. licet. j. eo. z sic communiter sentiunt docto. nostri q ppositum deliberatu z cofirmatu obligat que ad executione boni cocepti z deliberati. sz beatus Tho.[a] scda scde qo. lxxxviij. arti. j. dicit inter cetera tria necessaria ad obligationem voti. primo deliberatio. scdo ppositu. tertio pmissio. no em obligat quis secundu eu ex sola deliberatione vel ex solo proposito nisi subsequat pmissio q quide pmissio licet homini fieri no possit nisi per vba vel alia signa exteriora: tame deo fieri potest solo corde. ipse em respicit cor z no verba. p hoc. xiiij. qo. v. in. c. si qd inuenisti. qnqz tame sm euz queniut alia duo vt expressio verboru que licz no sit necessaria quo ad obligationem est tame vtilis: vt salte ppter hominu verecudia non desistat a promissione sua. scdo interuenit qnqz hominu testimoniu: hec tn duo no sunt de substatia: vt. s. dixi. z qquis Jo. an. z doc. simplr recitet hec dicta beati Tho. tn mihi videtur q hec destruat multas theoricas canonistarum: vel salte opz illas restringere. nam Hostie. h z in. c. cosulti. s. de reg. dixit q si qs pposito mutandi vita suscepit habitum religionis efficaciter est obligatus quo ad deu ppter ppositu mutadi vita. nam qtrarium pot inferri ex his dictis beati Tho. q no sufficiat solu ppositu etia precedete deliberatioe nisi sequat pmissio salte corde facta hec dicta multu mihi placet. nam no sequit ppo sui firmiter in aio aliqd dare deo vel homini: qd ob hoc sim obligatus ad dandum ex quo illa rez no pmisi deo vel hoi: na votum causat ex quada pollicitatioe[b] id est vnius promissione. vt i. l. ij. ff. de polli. z hec dicta beati Tho. sequitur archi. in c. q bona. palle. Opz ergo iura restringere que firmat decisione sup pposito vt intelligant de proposito cu pmissione. ¶ † Et not. q sola promissio no valet nisi pcedat deliberatio cu pposito etiaz respectu religiois: lz cotrariu senserit Jo. andr. in c. dudu. de couer. coniu. ¶ Jn glo. j. ibi: nec firmiter pponedo. lz gl. videat velle vt firmu ppositu sufficiat qd est q predicta: tn infra in fine videt intelligere de pposito cu aio obligandi se deo: z sm hoc staret firma snia. b. Tho. z facit multu pro eo iste tex. qui simplr dicit istum aio pposuisse q religione esset intraturus z nihilomin9 no obligatur: ergo iura facientia metione de pposito intelligut de pposito cum aio se obligadi ita q fuerit processum ad pmissione salte corde. ¶ Jn gl. fi.

ci pot q per ingressum religionis qs cosequat remissione peccatoruz. z dicit q in vitispatrum legitur q eandem gratiam consequatur ingrediens religionem qua cosequuntur baptizati. Subdit tame ibi postea Thomas aliqua verba ex quibus videt de hoc dubitare. Sed tu vide eundem Tho. iiij. distin. iiij. qo. iij. circa fi. vbi dicit q in alijs perfectionis operibus aut statibus no est ita expsse qformitas ad passionez christi: sicut in baptismo z penitetia. et ideo oportet q in eis pena dimittatur. tame in vitispatru dr q qdam patru dicit eadez gratia descendere super eum qui habitum religionis assumit q sup eu qui baptizatur. sz hoc non est. qz talis a satisfactione absoluat. sz qz eo ipso q p sua volutate redigit in seruitute ppter deu plenarie iam p oi pcto satisfecit reddedo voluntatez quaz chariore hz cu his reb9 mudi de qbus tn posset dare q eleemosynis omnia pctare mitterent etia q tu ad pena. ita ad literam dicit ibi Tho. Et pro isto tex. vide etia sctm Tho. i. iiij. sen. distin. xxxviij. q. j. arti. iiij. circa fin. vbi dicit q ingrediens incotineti est liberatus a voto quocuqz pcedenti nec est necesse q h exprimat plato suo q secuz super illo voto dispeset: lz q da dicat qtrium z idem etiam dicit Tho. in. iiij. sent. di. xxxix. q. j. arti. iiij. circa medium. Sebasti Sapia.

¶ Hec comutatio. Qd ppria autoritate votu tolli posit p ingressum religionis tz Feli. in. c. iij. i pnc. s. de iureiu. z in. c. cu deputati. colu. ij. v. not. quatuor effectus. de iudicijs. vbi dicit q votum qtucuqz maximuz tollit p ingressum religionis.

ibi orit actio. Host. dicit z bene hoc argu. hic no colligi: qz nullu pactum hic interuenit. z de materia dic vt in. c. j. s. de pactis. Abbas.

1 Uotum soluitur per ingressum religionis. 6. etia sine superioris autoritate. 2.

3 Uotum non obligat superueniente impedimeto propter quod votum non potest adimpleri.

Jn voto intelliguntur quedam conditioes que ponuntur hic.

4 Uotum quibus casibus: z quomodo possit emitti sub conditione.

5 Uotum factum sub ista conditione si sanabor: tenet z non dicitur simoniacum.

Simonia non comittit cu deo. qz oia sunt dei.

6 Uotum quibus casibus potest emitti a seruo vel a monacho.

7 Jmpubes doli capax obligatur omni voto: excepto voto religionis.

Filiusfamilias obligatur voto: du tame tale votum non preiudicet patrie potestati.

Uotum emanatum tepore inhabili no est de necessitate adimplendum tempore habili.

8 Maritus z vxor non possunt emittere votu abstinentie sine licentia z consensu alterius.

Maritus si consentit vxori vouenti abstinentia potest postea reuocare licet male faciat.

9 Clericus non potest emittere votum peregrinationis sine consensu episcopi.

Eps no potest emittere votum peregrinationis seu religionis sine licentia sui superioris.

Abbas non potest emittere votum sine consensu epi vel alterius sui superioris.

c 1 Scripture. [c] ¶ Per ingressum religionis soluit votum religioni non consonuz vel aliter. Omne votum mutabile est in votu religionis. z est nota. decisio. intelligendo q hoc fiat sine autoritate superioris. Pro declaratione tex. quero de possessioe casus. Sol. dic quidam vouerat visitare sepulchrum sanctu: demum intrauit religione voto non completo: dubitabatur an iste esset verus reus fracti voti. z respodet q non p ratione que habet in litera. ¶ † Sed du- 2 bitabat nuquid h qmutatio[d] possit fieri sine autoritate superioris. Jnnoce. dicit se credere q sic licet tutius sit vt habeatur dispensatio. z sic trasseunt coiter doctores. Sed contra hoc facit tex. in c. j. s. e. vbi dicit q etia in meli9 votu qmutari no dz sine arbitrio psidentis. Jte obligatus homini no liberat. sz velit soluere re meliore. no enim qtingit liberatio nisi solutione eius qd debet. ff. si certum peta. l. ij. z insti. q. mo. tol. obli. in prin. Solu. d qtrarium videt difficile: lz credo posse dici: q aut aliqs vult comutare tpale obsequiu in aliud temporale vel in aliqd aliud ppetuu no intrando religione z no pot sine autoritate superioris p predicta. Aut vult ingredi religione: z tuc necessario no requirit supioris autoritas. ro qz p ingressum religionis obligat nedu opera sua: sed etia dedicat seipm: vn no est verisimile q de9 velit exigere obsequiu tpale ab eo qui se sibi reddidit in seruu immo pma obligatio videt qfusa in posteriori. facit qd no. in cle. si dudu. de relig. z venera. san. z in l. grece. ff. de fideius. tuti9 tn est supioris autoritate habere. ¶ † Ultimo scias q Jnn. posuit gl. satis vtile z quotidiana z versat pncipaliter. circa irritatione voti: z ponit duos casus pncipales in qb9 votu irritatur seu ei9 obligatio ipedit. prim9 casus generalis qn deficit conditio generalis vel spalis apposita i voto. Generalis qditio est multiplex: vt si deo placuerit: si potero zc. q qde coditiones gnales intelligunt et si no exprimant vt i. c. z si xps. de iureiu. z. c. beat9. vigesima secunda q. ij. z h dictuz no. qz optime facit p his q dixi in c. j. s.

a ¶ An sit simonia si qs ꝓmittat dare aliquid vt libereť ab infirmitate ꝛ adde hoc qđ no. do. Antõ. in. c. significatũ. de preben. ꝛ in. c. verum. de cõdi. appo. Et ꝙ nõ sit simonia tenet apte Archi. in. c. scimus. in. ij. col. xij. q. j. ꝛ Jo. de lig. in. c. vniuersis. ℣. sed pone emisit qs votũ. j̃. eo. titu. ꝛ Hosti. in sum. de voto. §. ꝛ vtrũ. ver. tertius est si conditionale.

b ¶ De voto serui. ꝛ de hoc vide tex. in. l. ij. §. voto. ff. de pollici. et gloss. magnã in fi. in. l. iij. C. de pact. vbi dicit ꝙ seruus: et circa res peculiares vouendo non põt ꝑiudicare domino: ꝛ ꝙ seruus nullũ penitus votum facere possit etiã si sit votuȝ religionis sine licentia dñi tȝ Tho. ij. ij. q. lxxxviij. ar. viij. de hoc vide oĩno ꝑ Hostien. ĩ sum. de voto. §. qs vouere possit. circa fi. ℣. sic. seruꝰ nõ põt. et de voto serui vide Ray. ĩ sum. de ĩpedi. vo. §. item seruus inuito dño. vbi dicit ꝙ seruus inuito dño vouere nõ põt. quẽ refert et sequiť Arc. in. c. si qs incognitis. xvij. q. ij. hoc intelligẽs ĩ voto ꝑ qđ fieret preiudiciuȝ dño. sed secꝰ dť eẽ in voto ꝯtinentie. Antonius Frãc. ¶ An seruꝰ obligeť ex voto preiudiciali domino. Dicas qđ non sicut nec filiusfamilias nec vxor ad preiudiciũ mariti nec monachꝰ ad ꝑiudiciũ monasterij: qđ intellige verũ absq; consensu dñi patris mariti vel monasterij. de quo hř in ca. scripture. de vot. vbi ꝑ do. Abba. post Inno. ꝛ habeť ꝑ Ro. in singu. suo. ccccxc. qđ autẽ dictum est de filiofamilias: intellige verũ de iure ciuili: secus aũt de iure canonico in voto religionis qꝛ q̃ spiritu dei aguntť non sunt sub lege seculi. c. licet. de regula. xix. q. ij. in. c. due. ꝛ habeť per Joan. de imo. in. c. cum contingat. circa medium. de iureiuran.

c ¶ Adde ꝙ quia votũ emissum ante ingressum non poterit impleri abbate cõtradicẽte. gl. est not. in. c. noluit. xxxiij. q. v. ꝛ de illo qui vouerat ieiunare an teneať post ingressum religionis vide glo. que no. in. c. qui vere. xvj. q. j. ꝛ vide oĩno q̃ not. Innoc. in rubri. de obliga. ad ra. ꝙ monachus nullũ penitꝰ possit facere votũ sine licẽtia abbatis. tenet Tho. scđa scđe. q. lxxxviij. arti. viij. ꝛ vide Hosti. in sum. de voto. §. quis vouere possit. in. j. col. vers. monachi. vbi tenet ꝙ monachus nullũ penitus possit emittere votũ sine licentia abbatis: imo sine licentia abbatis implere nõ potest votũ ꝙ fecisset ante ingressum. ꝛ dicit ꝙ si ille qui prius vouerat per ingressum religionis intẽdebat votũ commutare recurrat ad abbatem suum qui super hoc poterit dispensare.

c. j. ŝ. eo. vt supueniẽte totali impedimẽto voti nõ sit necessaria ipsiꝰ cõmutatio: sȝ tolliť ipsiꝰ obligatio ex defectu gñalis conditiõis. ¶ † Sed spãles cõditiões sunt multe: vt si filius meꝰ liberabitur vel si ab hac infirmitate ꝯualuero ꝛc. si em̃ deficit ꝯditio nõ obligať qs ad executionẽ voti. ꝓb tex. a ꝯrio. xxij. q. ij. c. j. ꝛ ex h no. ꝙ votũ põt emitti cũ conditiõe ꝛ qđ ex defectu ꝯditiõis tolliť oĩs obligatio voti. an aũt completa cõditiõe qs posset cõpelli ad executionẽ voti. Innocentiꝰ ꝙ sic. ¶ † Sȝ dubitať vtrũ ĩ exẽplo premisso si filiꝰ meꝰ liberabiť ꝛc. possit qs cõpelli adimpleta ꝯditione adimplere votũ. ꝛ vř ꝑmo ꝙ nõ fm Inn. qꝛ tale votũ non vř licitũ sȝ simoniacũ:[a] qꝛ vult emere sanitatẽ a deo vel ab aliquo sancto ꝑ dationẽ rerũ tẽporaliũ. j. q. j. q studet. dȝ em̃ simplř deo offerre cordis cõditionẽ ꝛ postea rogare pro sanitate seu alia ꝓsperitate. Alij aũt dixerũt hoc votũ esse licitum: qꝛ cum deo nõ cõmittiť simonia: qꝛ oĩa sunt dei: vt in. c. tua. de deci. ꝛ sic nõ dat ꝓprium ꝓ cõsequẽda sanitate. Itẽ qꝛ simonia nõ cõmittiť sine exꝑsso pacto ꝛ cũ deo nullũ pactũ interuenit: sȝ solũmõ iste polliceť aliqđ se daturũ: nec sufficit mẽtalis simonia qꝛ vix reperiť aliqs faciẽs bonũ q non ducať ꝓposito cõsequẽdi remunerationeȝ a deo: nã ipse deus ꝓmittit remuneratiõe ꝓ eleemosynis ꝛ alijs bonis tpalibus. Mat. xxv. ꝛ pro hoc qđ hř Geñ. xxviij. c. ꝛ hec opin. videť placere Hosti. ꝓ qua adducit in arg. xxviij. q. j. §. ex his. ꝛ seq. ꝓ h etiã adduco. c. medicinã. de peni. di. j. vbi diciť. Peccatum tuũ eleemosynis redime. ad idẽ c. anime defunctorũ. xiij. q. ij. Itẽ dedicare aliqđ deo etiã sub conditione est qđ spũale sȝ spũale põt cõmutari cuȝ spũali sine vitio simonie vt in. c. ad qõnes. de rerũ ꝑmuta. ꝛ vide ad primũ bonũ tex. iuncta glo. in ℣. sic. denarium. in. c. ꝑsbyter. lxxxij. di. facit. d. c. vnicũ. xxxij. qõ. vlti. vbi diciť que sine cõditione voueť sine cõditione solui debent. licite ergo votũ emittiť cum conditione: ꝛ hoc maxime tenendum est vt tota christianitas vt ita dixeri q̃ versať in hmõi votis nõ afficiať labe simonie: ꝛ hoc quo ad primũ casum irritationis voti. ¶ † Scđo irritatur votum principaliter ex defectu potestatis: ꝛ hoc multipliciter põt cõtingere: vt in seruo, monacho, clerico, filiofamilias, marito ꝛ vxore. Et primo circa seruũ[b] dubitať nunqđ obligetur ex voto. conclusio Inn. est ꝙ per votũ per qđ parať preiudiciũ dñice potestati nõ obligatur seruus. ar. in. c. relatũ. de sent. excõi. ꝛ in. c. si seruus sciẽte. liiij. distin. secus dř in alio voto puta si voluit orationem dicere vľ qđ simile. ĩ monacho[c] dic idẽ eadẽ rõne. nõ enim põt emittere votũ abstinentie vel peregrinatiõis sine licentia sui superioris. vt. xx. q. iiij. c. ij. sed aliud votum per ꝙ alij nõ scãdalizanť: nec dať sibi vagãdi materia emittere põt: puta vt dicere psalterium vľ simile. nã plus põt mereri fm Inn. ꝛ bene. Et si quis fecit votũ ante ingressum religionis non põt illud post ingressum exequi. vt not. ĩ. c. monachis. xx. q. iiij. ꝙ intelligo in voto religiõi nõ consono: naȝ si prius vouisset dicere psalteriũ vel qđ sile non puto hoc tolli per ingressum religionis: ꝛ sic limitarem istũ tex. nã queadmodũ post ingressum voto pñt se obligare ad hoc ita: ꝛ votũ emissum ante ingressum ex quo est cõpatibile cũ religione nõ tollitur per ingressum. ꝓ hoc. c. j. ŝ. eo. ꝛ. c. commissum de spon. ¶ † Dubitať in filiofa.[d] seu impubere. Cõclusio est: impubes obligatur si est doli capax. vt in. c. j. ŝ. eo. fallit in ingressu religionis: qꝛ ĩ illo requiriť tꝑs. xiiij. annorũ. ĩ masculo. ꝛ. xij. in femina vt in. c. ad nostrã. ŝ. de reg. ꝛ. xx. qõ. ij. c. j. ꝛ. ij. si liussa. aũt maior obligať ad votũ qđ exeq põt sine ꝑiudicio patrie ptãtis: sed cum ꝑiudicio huius potestatis nisi př cõsenserit non obligať pro hoc tex. est ĩ. l. ij. ff. de polli. dicit tñ Inn. limitãdo illã l. ꝙ soluta patria ptãte teneť filius adimplere votũ: de quo dubito ꝑ. c. qđã. ꝛ. c. placeat. de conuer. coniug. nam vt ibi ptȝ si maritus intrauit religionem contradicẽte vel ignorãte vxore ad petitionem vxoris reuocať: nõ teneť mortua vxore ĩgredi religionẽ: qꝛ emisit votũ tꝑe inhabili ergo idẽ dicẽdũ in filiofa. ex quo executionẽ voti nõ contulit ad tꝑs habile. facit qđ in filľ. not. in. l. si non sortem. §. libertus. ff. de ꝯdi. inde. ꝛ hãc partem puto veriorẽ lȝ opi. Inn. si tutior. ¶ † Dubitatur insup in vxore[e] ꝛ marito dicit Inn. vxorẽ non obligari ex voto abstinẽtie vel peregrinatiõis nisi maritꝰ cõsentiat. vt ĩ. c. noluit. ꝛ ĩ. c. manifestũ. xxxiij. q. v. vbi vř tex. idẽ dicit in marito vt non possit se obligare ad votũ abstinẽtie seu ꝑegrinatiõis sine licẽtia vxoris: qꝛ maritus ꝛ vxor nõ iudicanť ad imparia. vt ĩ. c. gaudemꝰ. j̃. de diuor. nõ puto hoc dictũ vltimũ absolute verũ. nã cũ maritus sit caput ꝛ nõ vxor. vt ĩ. c. cum caput. ea. cã. ꝛ. q. ꝛ iura superius alle. videlȝ. c. nouit. ꝛ. c. manifestum. loquunť in vxore ꝛ fundãt se sup subiectione ĩ qua est mulier respectu mariti: ꝛ ideo glos. not. in. d. c. manifestũ. dixit aliud in marito nisi maritꝰ vellet emittere tale votũ per qđ ꝑiudicaret iuri vxoris. Nec obstat ꝙ maritꝰ ꝛ vxor nõ iudicanť ad ĩparia: qꝛ illud verũ quo ad debitũ carnale exigẽdũ: sed quo ad alia vxor est quasi famula viri. vt dicit tex. in. c. hec imago. ꝛ. c. mulierẽ. xxxiij. q. v. Ex qbꝰ infero ꝙ maritꝰ sine licentia vxoris põt emittere aliqđ votũ abstinẽtie dũmõ vt dixi nõ ꝑiudicetur mulieri: sȝ vxor nõ põt emittere sine licentia viri. Et qđ plus est si maritus cõsensit põt postea reuocare: ꝛ licet male faciat vxor tñ nõ põt ꝯdicere. vt est tex. in. d. c. manifestum. ꝛ. d. c. noluit. et si vterq; vel alter eoꝝ emisit votũ ante ꝯtractũ matrimonij nõ põt alter exequi cũ ꝑiudicio alterius. vt no. in. d. iuribus. põt tamen vxor illud vouere sine cõsensu mariti: qđ dare põt sine cõsensu suo. vt no. in. d. c. manifestũ. de voto cõtinẽtie: dic vt ĩ c. charissimus. de cõuersi. ꝯiuga. ¶ † In clerico[f] seculari dicit Inno. ꝙ nõ põt emittere votũ peregrinationis sine ꝯsensu epi sui: sȝ votũ continẽtie seu religionis sic. ad hoc. c. duo sunt. xix. qõ. ij. De

d ¶ De voto filijfa. de quo vide plene ꝑ Imo. in repet. c. cũ cõtingat. de iureiurã. xviij. char. ꝛ vide bo. tex. ꝛ glo. in. c. cũ mulier. xxxij. distin. c. ij. ꝛ aliqđ ꝑ Jo. de lig. in regula peccatum. ꝛ quid si quis hȝ auum ꝛ patrẽ auus consentit př dissentit in voto ipsius nepotis: dic ꝙ semp est preferenda voluntas patris: ꝛ nõ aui. ita dicit multũ elegãter Innoc. in. c. ij. de regu. vbi etiaȝ ponit vtrum mater debeat consentire voto filij. de q̊ etiaȝ in. c. si in q̃libet. xx. q. ij.

e ¶ De voto cõiugum. ꝛ vide gl. in vers. necessario. in c. j. xvij. qõ. j. et qđ vxor nõ potest se obligare voto sine cõsensu viri tȝ Tho. in. ij. ij. q̃st. lxxxviij. circa fi. et de hoc vide late ꝑ Hostien. in sum. de vo. §. qs vouere possit. in vltim. col. ℣. vxor etiam. vbi concludit qđ vxor nõ possit emittere votum sine licẽtia mariti: imo si ante emisisset non põt ĩplere eo inuito. ꝛ ipse solus peccabit. sed bñ dicit ꝙ maritus põt emittere votuȝ sine licẽtia vxoris: dũmõ votum nõ fiat circa carnale debitũ in preiudiciũ mulieris: sȝ ibi multum dubitat an sicut votũ vltramarinum põt emittere inuita vxore. c. ex multa. j̃. eo. ita codeȝ mõ hoc possit vxor inuito marito puta si sit nobilis mulier habẽs comitatũ in dotẽ datum quã multi bellatores sequũtur ꝛ cõcludit qđ si est senex ꝛ nõ suspecta hoc potest secus si esset iuuenis vel suspecta. nã tũc bene valebit votũ: sed debebit redimere. item de hoc an mulier possit emittere votuȝ vltramarinũ. vide text. in. c. sup his. j̃. e. ꝛ. d. Ant. in. d. c. ex multa. in. j. col. j̃. eodẽ. qđ ibi no. ꝛ vide Tho. in. iiij. di. xxxviij. q. j. arti. j. in fi. vbi dicit ꝙ in his in qbus vxor teneť viro ꝛ eꝯ neuter pt vouere sine mutuo ꝯsensu sicut ptȝ de voto ꝯtinẽtie. sȝ qꝛ ĩ dispẽsatione domus in religione vite mulier est subiecta viro ꝛ non ecõuerso: iđ maritus põt vouere in talibus sine consensu vxoris: sed non ecõuerso.

f ¶ De voto clerici secularis vide gloss. magistrã. xj. q. iij. c. quid ergo. et de hoc vide ꝑ Hosti. in sum. de voto. §. qs vouere possit. ℣. itẽ clericꝰ. vbi tenet ꝙ clericꝰ libere põt emittere votũ castitatis vel abstinẽtie. sed votum per qđ oporteat eũ derelinquere ecclesiã vt est votũ peregrinationis sine licẽtia ꝑlati sui emittere nõ põt ꝑter ꝙ in voto religionis. ꝛ ibi subijcit quid de voto vltramarino arguit ꝓ ꝛ contra. sed non firmat. Antonius Franc. ¶ Nunquid clericus vel epũs possit vouere maxime emittendo votũ peregrinationis sine licentia superioris videnda sunt que plene tractan. per scriben. in. c. magne. de voto.

a ¶ De voto epi vide Hostien.in summa de voto.§.quis vouere possit. circa prin.qd eps potest emittere votū abstinentie,⁊ moderate eleemosyne.⁊ omne illud votum per qd bonum exemplum prebeat.sed aliud per quod preiudicaretur ecclesie vt est votum peregrinationis sine licētia pape emittere non potest.

Sebasti. Sapia.

1 ☞ Votum vltramarinum pōt ex cā differri cum autoritate pape:sine autoritate superioris nō est licitum differre voti executionem.2.

3 Votū transgredit̄ ille qui differt ei⁹ executionē.

4 Prelati licite possunt prestare consilium ⁊ auxilium dominis temporalibus pro ipsorum statu conseruando.

5 Papa dispensat super re inducta a iure diuino: ⁊ talis dispensatio dicetur facta autoritate diuina quia papa tenet locum dei.

6 Votum nō impedit̄ ex difficultate adimplendi: sed talis difficultas p̄stat facilitatem dispēsandi.

7 Dispensatus a papa contra ius diuinū sine causa non est tutus apud deum.

Absolutio a iuramento p̄stita sine causa non valet ⁊ ita absolutus nō est tutus in foro cōscientie.

8 Dispensatus papa super pluralitate beneficiorū non est tutus apud deum.

Dispensatus a papa in his que sunt de iure positiuo sine causa an sit tutus apud deum.

9 Religiosus sine causa dispensatus ad laxiorem regulam non est tutus in foro anime.

Religiosus qui est dispensatus sine causa ad aliquam ecclesiam curatam vt ei presit non vt ei ꝓsit peccat mortaliter.

NOn est. 1 †Executio voti vltramarini autoritate pape potest ex cā differri.h.d. Tria facit primo p̄mittit exordium.scdo submittit narrationē.tertio ꝯclusionē.secunda ibi:sane. tertia.ibi:ideo que. ¶ Casus literalis.archieps strigoñ.votū emiserat hierosolymā visitandi:rex vngarie significauit.d.pa.ꝙ cum regnū vngarie in turbatiōe esset cōsilium ⁊ auxiliū archiepi erat sibi multū necessariū.vnde petijt a do.pa.quatenus mandaret archiepo vt hierosolymā nō accederet donec regnū ad trāqllitatē ꝑueniret.vñ papa mandat archiepo.quatenus iter non arripiat hierosolymā adeūdi priusꝙ regnū tranquillitati pristine fuerit restitutū vł sup hoc ab apost.sede recipiat mādatum:⁊ ideo trāsgressor voti nō habet̄ q de mandato pape votū distulit adimplere. Ber. 2 ¶ †No.j.ꝙ nedū voti cōmutatio vel redēptio[a] sine superioris arbitrio faciēda nō est. vt in c.j.s.eo.sed nec etiam ipsius voti dilatio:nō ergo pōt qs executionē voti ꝓpria autoritate differre. 3 ¶ †Scdo no.ex hoc ⁊ ex tex.ꝙ differēs executionē voti pōt dici voti trāsgressor. 4 ¶ †Itē not.ibi: cōsilium ⁊ auxilium.ꝙ licite prelati impēdunt cōsiliū ⁊ auxilium dñis tēporalibus ꝓ conseruatiōe reipub.maxime instāte regni turbatione.⁊ ex hoc pōt argui ꝙ p̄latus pōt esse de cōsilio regis facit qd legit̄ ⁊ no.s.de rapto ca.j archiepatu. facit ꝙ habet̄.xcvj.dist.in ca.duo sunt. 5 ¶ †In glo.j.ibi: nō dispēsat:sed declarat.hec sol.videt̄ aperte contra tex.in.c.j.s.eo.vbi votum redimit̄ ⁊ cōmutat̄ ex dispensatiōe superioris.vñ dic ꝙ non solū pōt declarare superior vtrū votū stringat sicut facit in iuramento.vt in.c.venerabilē.de elect. sed etiā potest dispensare cōmutando vel admittendo redēptionē voti.vt in.c. magne.s.e.⁊ in.c.j.s.eo.sicut in iuramento.nā quādoqȝ declarat quādoqȝ absoluit ab eo.xv.q.vj.c.nos sanctorū.⁊.c.autoritate.no.j.c.q̄to. de iureiurā.⁊ ad ꝯtrariū glo.dicit formaliter ꝙ licet votum sit de iure diuino:tamē dispensatio ⁊ redemptio seu commutatio non sit sine causa.nam ex tacita mente iuris diuini hoc fieri pōt vt clare colligit̄ ex.d. c.magne.Itē papa ⁊ eps tenēt locū dei.vt in.c.mulier.xxxiij.qō.v.et fiet dispēsatio autoritate diuina ⁊ non humana:pro hoc facit qd dicā in glo.seq. 6 ¶ †In ea.glos.ibi:subintelligit̄ si cōmode ⁊c. Signa hanc particulā gl.⁊ tene eam mēti ꝙ in voto intelligit̄ cōditio gñalis si commode fieri poterit.⁊ idem dixi in.c.j.s.eo.sed inq̄tum glos.dicit cōmodo nō placet.quia puto ꝙ impedimētum difficultatis voti nō auferat obligationē:sȝ reddidit facilitatē dispēsandi ꝓ hoc.c.j.s.e.vbi pōderat̄ causa infirmitatis. 7 ¶ †In glo.ij.ibi:nō est securus quo ad deum. not. b gl.singula.[b] nam quotidie ad hoc solet allegari.Et hoc dictum potest extēdere vbicūqȝ papa dispensat̄ cōtra ius diuinum sine causa: vt ille cū quo dispēsat nō sit tutus quo ad deū.ratio:qꝛ papa tenet̄ defendere ius diuinū vsqȝ ad animā ⁊ sanguinem. xxv.q.j.c.sunt quidam.⁊ idē dicendū in absolutiōe ⁊ iuramēto eadem rōne:vnde valet absolutio a c iuramēto[c] sine causa.vt sing.no.Inno.in.c.cū inter.de renūtia. ⁊ glos. in.c.q̄to.de iureiurā.⁊ hāc gl.sequunt̄ cōiter doc.hic ⁊ vide per Inno. in.c.cū ad monasterium.de sta.regul.⁊ per Archidi.in.c.florentinum. lxxxv.distin. 8 ¶ †Quid autē de his qui sunt de iure positiuo nunquid dispēsat⁹ per papā sine causa peccet.do.Pet.dicit se credere ꝙ non. et ideo cōcludit ꝙ si papa dispēsat cū aliquo sine causa sup pluralitate bed neficiorū dispēsatus licite retinet.[d] nihil allegat.tu vide Inno.in.d.c. cū ad monasteriū.vbi hoc apte firmat. sȝ illud dictū nūꝙ approbaui. cōtrariū sentit Io.an.post btm̄ Tho.s.de prebē.in.c.de multa.⁊ maxime nō ꝓcedit illud dictū in dispensatione sup pluralitate bñficiorum cum oia bona ecclesiarū sunt dei.vt in.c.cū ex eo.de elect.lib.vj.⁊ substātia dei ordinata ad certos vsus ⁊ pauperū ⁊ similiū: nō dȝ conuerti ad vtilitatē priuatā sine causa.vt in.c.ratio.s.de prebē.Itē ius positiuum est fundatū sup ratiōe.in.d.c.cōsuetudo. ergo papa cum dȝ esse bonus paterfami.nō debet relaxare ius sine rationabili causa.nec debet apd eū esse ꝑsonarū acceptio.Fatendū tamē est ꝙ si facit tenet dispensatio quo ad nos.⁊ de hoc aliquid in.d.c.de multa.⁊ plenius in repeti.§.qui vero in.c.extirpande.eo.tit.vide per Ioā.and.in.c.dudū.ij.de electio. 9 ¶ †Et p̄dicta inducit do.Ant.ꝯ religiosos impetrantes dispensationem a papa:vt possint transire ad laxiorē regulā:nā si nō subest causa nō est ille tutus quo ad deū.Idē dicit si religiosus preficit̄ ecclesie seculari curate causa legitima nō subsistente:puta:quia nō est apt⁹ ad officiū predicādi vel exercitiū cure.nā ꝑpter hoc bonum publicum emanauit illud ius dispēsatiuū vt religiosus possit p̄fici ecclesie seculari. vt in c.qd dei.s.de sta.regu.⁊ pro his allego gl.not.in.c. monachi vagātes. xvj.q.j.que dicit ꝙ si religiosus preficit̄ ecclesie seculari non vt ꝓsit:sed vt presit peccat mortaliter cū veniat cōtra votum.¶ In glo.fi.ibi:contra vtilitatē priuatā:sentit ergo gloss. ꝙ in regno vngarie versabatur vtilitas priuata ⁊ in ciuitate hierosolymitana vtilitas publica: qd intellige si iste emisit votū pro subsidio terre sancte.sed si pro sua deuotione tunc colligeretur argu.ꝯ.qꝛ in executione sui voti versaret̄ vtilitas priuata ⁊ in succursum regni vtilitas publica. Abbas.

b ¶ Glos.singula. Hanc glos.sequit̄ Imo.i.c.cū olim. col.ij.s.de cle. cōiuga.⁊ in alijs locis relatis ꝑ Feli. in.c. q in eccl'iarū. col.viij.ỽsi.demū. in hac cōclusiōe. s.de consti.vbi ex multis exornat h̄ dictum glo.

c ¶ Et facit hic qd no.in.c.cum iādudū.de prebē.⁊ qd no.doct.in.c.vlti. de testi.cogē.et.d. Ant.post Inno. in.c.dudum.ij.de elec.circa fi. ⁊ vid omnino qd plene scribit Ancha. in repeti.c.canonū statuta.de consti. in.ij.oppo. ⁊ vide ipsum do.Abb.ī c.ꝑ venerabilē.qui filij sint legiti. in iij.not.⁊ Ancha. in regula possessor.i.xiij.char. ỽs. quero qnto ⁊ simr est quod dicit archid.in.c.que ad perpetuū.xxv.q. j.vbi dicit ꝙ licet papa possit dispēsare super voto et super decimis .tñ si dispēsat sine cā peccat.⁊ vide do. Ant.in.c.j.in.iiij. colū.de.ꝯsti.Spe. in ti.de le.§.nunc breuiter.circa fin. ỽ,⁊ no:ꝙ si papa ⁊ Bald.in.l.liberos.C.de dolo.et Ancha.in consil. cccxi.⁊ ꝙ ille non sit tutus cuȝ quo suus p̄lat⁹ dispensat absqȝ cā.tenet Tho.in.ij.ij. qō. lxxxviij.arti. vlti, vltra medium. Anto.Fran.

a ¶ Dispensatio pape in voto sine cā absqȝ dubio ñ vȝ.nec tal'r dispēsatus est tutus in ꝯsciētia si facta est ad instātiā vouētis.vt ꝑ glos.in.c. non est de voto.⁊ ꝑ do.Card.in cle. ij.in.§.j. in.xj.qō, de peni.⁊ remis.⁊ in quibus casibus papa possit dispensare: ⁊ maxime super matrimonio ꝯhendo.vide q̄ habent̄ in.c.nō debet,de cōsan.⁊ affini.⁊ ꝑ Io.ber.in suo repertorio.in lr̄a.D.in ver.dispensatio pape.

d Sebasti.Sapia. ¶ Licite retinet.Cum hoc dicto Innocē.transit Feli.in dicto.c.que in ecclesiarum.col.ix.versi.vbi autem dispensat contra ius positiuum.C.de constitu.

1 ☞ Votum emanatum a defuncto debet exequi per heredem qui promisit noīe defuncti adimplere:al's excōicat̄ ⁊ priuatur successione.

2 Papa potest aliquid mandare filio sub pena maledictionis.

3 Iuramentum ⁊ votum faciunt laicum esse de ecclesiastico.

4 Papa potest priuare laicum ratione peccati aliqua dignitate vel iure succedendi in ea.

Heres non adimplens voluntatē defuncti nō solum circa legata soluenda:sed etiam circa votum exequendum:⁊ alia onera extrinseca mādata a defuncto perdit successionem etiam si defunctus decesserit ab intestato intellige.vt.j.nu.5.

6 Filius primogenitus succedit in regno quo defuncto sine sobole succedit secundogenitus.⁊ sic deinceps.

7 Filius primogeniti succedit in regno ⁊ alijs dignitatibus secularibus. 9.⁊ non secundogenitus etiam si fuerit natus viuente auo:⁊ sic antequam pater esset effectus rex.8.

8 Ius primogeniture est transmissibile in heredem.

Primogenitura quos effectus pariat.

10 Filius primogenitus qui succedit in regno vel alia dignitate dȝ consignare fratribus tantū ꝙ possint commode viuere.

11 Filius principis maior natu quis dicatur ad hoc vt succedat nat⁹ ante regnum adeptum:an natus post regnum adeptum.

12 Votum non obligat vouentem superueniente impedimento omnino impeditiuo.13.nisi vouens fuisset in mora in executione.14.

Heres non omne votum defuncti tenetur adimplere.

13 Obligatus qui potest per se vel per alium obligationem expedire:si nō potest per se tenetur per alium.

Obligationes facti trāsmittuntur ad heredes:⁊ executiones ipsarum.

15 Filius tenet̄ adimplere votum paternum etiā ꝙ pater non mandauerit quia adeundo hereditatem censetur ad hoc se obligare.

Licet

¶ Et qd si pr̄ diceret relinquo' filio meo maledicto iure maledictionis decē tm̄.z exprimat cām nunquid dicat̄ institut⁹ vel exheredatus vid not.in.l.si pr̄ tuus.in.ij.colū.ff.de heredi.insti.z in auf.non l3.C.de libe. pte.z qd si relinqret filio vel filie iure bn̄dictionis vel pro sua bn̄dictiōe nunqd esset perinde, ac si diceret iure institutionis.z isto mō loquēdi se pe vtunt̄ rurales et viri imperiti z nōnūq̄ rudes notarij. determinat do.Alex.imo.qd non.in.l.nā qd.§. non oīs. i.iiij.col. ff.ad trebelli.et in ꝯsi.cxij.incip.viso ꝯsilio alias per me reddito.in.iiij. colum.

¶ Adde.d.Car. consi.lx.

Anto.Fran.

¶ Qñ pr̄ relinqt filio rem certā videat̄ relinqre iure institutionis: vel filium exheredare si forsan relinquit pro maledictione habetur p Bar.in.l.cogi.in §.gñaliter.ff.ad trebel.z an h' verbum relinquo importet institutionem vel legatum ita vt testamentū valeat vel nō valeat.vide Bar.in l.his verbis.ff.de heredi.insti.z in.l. j.in fi.ff.de tabu. exhib.z habet̄ per glos.in.l.si qs sub cōditione.ff.de heredi.insti.z p gl.i auf.de heredi.et fal.§.si vo.z not. doct.in.c.raynutius.de testamen.

✠ Sebasti. Sapia.

b ¶ Magnus effectus. Uide Bal. in proe. hui⁹ libri decre.col.vlt. vbi dicit q maledictio z bn̄dictio nihil aliud īportāt nisi prout sonāt. z propterea p benedictionem vel maledictionē nō censet̄ filius institutus nec exheredatus.

c ¶ An heres idistincte cogat̄ exequi votum defuncti/vide oīno per Hostiē.in summa de voto.c.z vtrum.versi.sed nunquid heres.

Licet. †Ecclesia compellit heredē laicum per excommunicationem z bonorū subtractionē ad executionem voti vltramarini ad quod se obligauit p defuncto.h.d.quo ad literam. primo ponit exordiu3.scdo ibi:accepimus: narrat factū. tertio ibi.mandamus:concludit.quarto cōminat̄ ibi:ne si on⁹. ¶ Casus literalis. Rex vngarie votum emiserat hierosolymam adeundi tamen voto nō cōpleto agens in extremis filio suo Andree duci sub interminatiōe maledictionis iniūxit exequendum.z ille signo crucis assumpto pmisit votum patris sine dilatione adimplere:patre sublato de medio collecta multitudine quā potuit bellatorum ꝯ fratrem suum regem vngarie cōuertit. papa hoc intelligens mādauit eidē quaten⁹ omnibus alijs postpositis vsq3 ad festum exaltati.sancte Crucis iter arripiat hierosolymā adeūdi onus sibi iniūctum z sponte receptum exequēdo:ne successione paterna se reddat indignu3:qd si non fecerit extunc se nouerit excōicatum z priuabit̄ iure qd sibi cōpetebat ordine geniture:si dict⁹ rex frater eius sine ple decederet:z regnū ad minorē fratrū ipsi⁹ deuoluet̄.ber. ¶ Primo no.ex isto tex.in prin.q non tenet̄ qs votū aliqd emittere:sed post emissum tenetur necessario adimplere. regulatur ergo votu3 a natura cōtract⁹ qui a principio fuit volūtatis ex postfacto necessitatis.l.sicut.C.d act. z obli. 2 ¶ †Scdo not.q pr̄ pōt aliquid iniungere[a] filio sub interminatione maledictionis pn̄e. pōt ergo pater ex causa maledicere filiū quemadmodū benedicere. z magnus effectus[b] visus est plerūq3 ex maledictiōe vl' bn̄dictiōe pn̄a maxime in filijs patriarcharum:vt legit̄ in lib.Geñ. 3 ¶ †Tertio nota.q ecclesia potest compellere laicu3 ad executionem voti vnde sicut maxime ratione iuramenti laicus est de foro ecclesie.vt in.c.fi.ff.de fo.cōpe. lib.vj.ita z rōne voti. 4 ¶ †Item no.q ratione peccati papa potest priuare laicum dignitate seculari z iure succedendi in ea. 5 ¶ †Itē nota.q heres[c] non adimplens voluntatem defuncti etiam circa executionem voti perdit oē emolumentum successionis.non solum ergo priuat̄ heres si non soluit legata z fideicommissa.vt in auf.hoc amplius.C. de fidei.sed etiam si non adimplet onera extrinseca sibi a defuncto iniuncta:qd not.z hoc procederet etiam si defunctus decessit sine testō. nam hic nulla fit mentio de testamenti factiōe. 6 ¶ †Item ibi:ordinem geniture:tex.valde not.q in regnis z dignitatibus secularibus succedit̄ per filios ordine geniture.vt sic primogenit⁹ debeat pmo succedere.z eo defuncto sine sobole secūdus z sic deinceps.Et ex hoc z ex text.collige aliud dictū not.q in regno succedit̄ non per electionē. contrariū no. gloss.in.c.moyses.viij.q.j.vbi per illū text.dicit reges pficiendos per electionē quēadmodum obseruatur in imperio.vt in ca.venerabilem.de elec.sed dic q de cōsuetudine[d] illud primū inoleuit vt filij regū succedant z cesset electio.p hoc vide bo.gloss. vij.q.j.c.denique.z facit hodie qd habet̄ in lib.feudoz.de feu.nō ali.c.imperialem.§.pterea. 7 ¶ †No. ibi:si dictus rex sine ple zc.tex.apertum.z not.qd in regno pueniente ex genere vlteriori nepos prefertur fratri patris:nam vides hic q rex vngarie decessit relictis tribus filijs.primogenitus successit in regno z post mortē eius nō succedit secundogenitus:z aduerte q2 hoc est clarum qñ primogenitus in vita sua adeptus est regnū. 8 ¶ †Sed dubiū est[e] quid si ante adeptionē regni viuente patre decessit primogenitus relicto ex eo filio:nunquid filius primogeniti debeat succedere auo suo in regno:an vero secundogenitus. In hac.q.plene cōsuluit Oldra.z ponit consi.cclxiij. z tandem concludit hunc filium primogenitū preferendum patruo z nititur probare iure diuino:naturali: z scripto:nam t e iure diuino primogenitus regulariter succedit in regno. Item ius primogeniture potest alienari sicut compertum est in persona Esau qui vendidit fratri suo Jacob iura primogeniture.ergo hoc ius est transmissibile ad heredem z p consequens cū filius habet ius primogeniture.ergo ipse z nō secundo genitus debet succedere. De iure naturali probat q2 pater z filius cēsentur eadem persona.xxxv.qō.iij.§.hac autoritate.l.fin.C. de impub.z ali.substi.representat̄ ergo pater in filio pro hoc.l.liberoꝝ.in fi.de verbo.sig. vbi pater perpetuat̄ in filio.de iure positiuo pbat:q2 in successione rerū priuatarum plures filij premortui tenēt locū patris ita q succedunt in hereditate vna cū patruis per stirpem z non per capita.vt not.in auf.de heredi.ab intesta.§.i.z insti.eo.tit.§. filius. Et not.bene predicta maxime in eo qd dixi q ius pmogeniture trāsmittit̄ in posteriores etiā viuēte patre z de iure diuino cōsistebat in multis ius primogeniture.z vide triplex ius positū per gloss.in c.periculosum.vij.q.j.ad quā glo.addit.Jo.and. quartū effectū.nā in fi.habebat benedictionem paternā.itē duplicē partē in hereditate.insuper bn̄dicebat suis fratrib⁹.z vide qd hr̄ Geñ.xxvij.que soleo recensere in benedictione ꝯuentuu3:z adde qd supra dixi q nepos d3 pferri patruo.sequit̄ Joan. and.in addi.Spec.sup rubri.de feud.z Bal.in.l. cum antiquiorib⁹.C.de iure delibe. ¶ In glos.iij. no.hoc arg.glo.z vide gl.lxxxij.dist.in.c.ꝑ propter.z meliorem in.c.pnia.de pe.dist.iij.z magis dubitabitur in extraneo.nā in filio nō est tm̄ dubiu3 quia nō minus pr̄ miseret̄ in filio q̄ in seipso.l.isti quidem.ff.qd me.cau.z dic qd no.in preall.iuribus. 9 ¶ †In glo.fi.in fi.ex glo. habes tres solutiōes.s3 tene menti vltimā:q2 notabilior est z quotidie allegat̄.z eā t3 Inno.hic.z cōiter doc.z l3 glo.loquat̄ de regno:idem est in comitatibus z in alijs dignitatibus secularib⁹:vt pbat̄ hic:nā ille secundogenitus erat dux z priuat̄ ducatu absq3 eo q sibi relinquat̄ legitima.z no.ex mēte gloss.q l3 in rebus puatis fiat diuisio equaliter inter filios.vt in auf. in successione.C.de legi.her.tñ in dignitatibus primogenitus pfert̄ alijs.z sic poterit contingere casus q alij filij etiam sine eoꝝ causa priuabunt̄ legitima:vt si pr̄ nihil habebat pter dignitatem secu-

Anto.Franciscus. ¶ Utrū heres teneatur adimplere votū defuncti. Dicas q debet adimplere omnē volūtatē testatoris iustam:fm bal.in auf.hoc amplius.in.xij.q.in repeti. C.de fideicom.z habetur p Paul. de cast.in cōsi.suo.clxv.z nisi adimpleret intra annum volūtatē testatoris priuaretur hereditate.vt in.d.auf.hoc amplius.z habetur per glos. in.§.si quis vero.in auf.de heredi.z falci. z ex quibus causis excusetur si non implet.habet̄ per Hostiē.in.c.nos quidem.de testa.z per Fede. de senis in consi.cxxiiij.z quomodo conueniatur heres pro adimplendo votum defuncti:habetur per Specu.in tit.de voto.in.§.j.

11 statutā ⁊ debitā correctionē. ¶ † In gl. in ver. de iur. cōi. in fi. aduerte. nam quatenus glo. pro isto iure alleg. in tex. adducit. c. ꝯstitut⁹. de reli. do. videť velle ꝙ ista allegatio sit vera. ⁊ sic de iure communi ecclesia matrix. j. plebanatus vel alia parochialis fundet intētionē suā super subiectione ecclesie site intra parochiā. Sed doc. communiter impugnāt istā gl. nā. c. ꝯstitutus. loquitur de epō ⁊ non de ecclesia inferiori. ideo dicit Inn. se ignorare vbi sit istud ius allegatū in tex. imo ꝯtrium videť expressum in. c. fi. de offi. archidia. vbi archidiaconus succubuit quatenus petebat subiectionē in monasterio suo intra parochiā archidiaconatus. vn̄ ꝯcludit hic Inno. ⁊ cōiter doc. post eum ꝙ ecclesia inferior citra cathedralē nō pōt de iure cōi petere aliquā subiectionē in alijs ecclesijs inferioribus: lꝫ sint site intra parochiā suā: qꝛ lꝫ de iure cōi parochiani debeāt recipere sacramēta ab ista ecclesia principali. vt. ꝰ. de paro. quasi p totū. tn̄ presbyteri istarum eccl'iarum inferioꝝ nō tenentur hec sacramēta recipere ab illa ecclesia sed poti⁹ ab epō arc. in. c. offi-
12 ciū de offi. arch. ¶ † Et not. singulariter hoc dictum. nā ex hoc inferť singulariter ꝙ presbyteri capellaꝝ que sunt intra plebanatū alicuius eccl'ie non tenētur ꝯfiteri plebano nec alia sacramēta ab eo recipere: sed subijciūtur episcopo ⁊ ab eo seu ab archipresbytero illius loci debēt hec sacramēta recipere: ꝙ bn̄ notabis. Nec ob. c. is q. ꝰ. de ma. ⁊ obedi. vbi eccl'ia inferior matrix vendicat sibi ius instituēdi in ecclesijs inferoribus ⁊ aliā subiectiōem: quia loquitur in titulo cardinalium. habēt enim tituli cardinalium maiorē prerogatiuā: ⁊ est vna opini. que est quasi cōis qꝺ cardinales habēt ius epale in titulis suis. ⁊ sic intra totā parochiam tituli. ⁊ no. in. c. is qui. ⁊ in. c. j. de maio. ⁊ obedi. li. vj. ⁊ forte iste tex. loquiť de tali titulo. ideo allegabať ius cōmune. d. Ant. dicit ꝙ ecclesia plebis de iure cōi fundat intētionem suā in capellis super istis duob⁹ scꝫ scrutinio ⁊ baptismate ⁊ ideo in istis duobus obtinuit ecclesia ista. Sed ꝯtra hunc intellectū facit: qꝛ hic allegata fuit concessio presbyteri ad pbādum subiectionē in istis duobus, ergo iure cōi nō vēdicāt sibi subiectionē. nā bene fateor ꝙ ex quo capelle nō habēt fontē debent parochiani capellarū ire ad plebanū pro scrutinio ⁊ baptismo: sed ꝙ p̄sbyteri capellarum teneanť ire qn̄ fons bn̄dictus vel ad instructionē baptizandorum nō probať iure. ideo cōclude ꝙ ecclesia ista tātū obtinebit

Zacharias.
a ¶ Non vitiať libell⁹. Adde Lāfrā. de oria. i. c. qm̄ ꝯ falsaꝫ. §. petitiones. nu. 4. ꝟ. cautela est. ⁊ ibi i apostil. celsi post Bn̄dictū vadum. ꝰ. ꝺ probat.
b ¶ Ipsi eccl'ie. adde ꝙ voluit Lu. ro. ꝯsi. xxxvj.
Sebasti. Sapi.
b ¶ Ecclesie. Qn̄ ꝯfessio p̄lati possit eccl'ie p̄iudicare tradit Fel. in. c. fi. col. pe. ꝟs. gn̄alr an̄t. ꝰ. de p̄sū. post Ab. ibi. col. xij.
Zacharias.
c ¶ Inter easdē ptes. adde Inn. in c. p inqsitionē. in gl. sua in ꝟ. eccl'iasticis. ꝰ. de ele. bal. in. l. ij. col. fi. ꝟ. sed iuxta p̄dicta q̄rītur. C. de edē. ⁊ in sua marg. in ꝟ. cōfessio. ꝟ. vij. ⁊ ale. in. l. ij. ff. iud. sol. ⁊ in. l. ij. §. j. ff. vi bo. rapto.
d ¶ Ab eis. Adde qꝺ voluit Oldr. ꝯsil. q.

quātum probabit sibi deberi de iure speciali: vt dixi in sum mario. ⁊ facit iste tex. vbi succubuit in oībus nisi i istis duobus ꝓbatis per concessionē. ⁊ ad hoc quotidie allegat̄ iste tex. ⁊ est singularis in hac materia. ¶ In gl. i ver. cōfessus ibi procurator erat. dic ꝙ potius colligit̄ ꝙ erat rector illiꝰ eccl'ie: vt ptꝫ ibi p̄sbyter eiusdē ecclesie. ⁊ tāq̄ rector vocabit̄ 13 ad capitulū sancte Cecille. ¶ † Et no. fi. gl. ꝙ variata instātia iudicis remanet cōfessio. ⁊ lꝫ doc. hic instent aliquātulū inuoluendo materiā: tene tñ pure ꝙ confessio facta in vno a iudicio valet in alio inter easdē personas. [a] nā instātia peremꝑta non erit confessio. no. Inno. in. c. causam. de test. ⁊ bar. 14 in. l. cū te. ff. iudi. sol. ¶ † Itē cōfessio ad sui essentiā nō exigit validitatē processus. vnde posito ꝙ ꝓcessus sit nullꝰ nihilominꝰ remanet cōfessio; b [b] vt ꝓbat̄ in. c. fi. de resti. spo. ⁊ ibi apte hoc tꝫ Inn. ⁊ facit cle. constitutiōem. de elec. ⁊ vide aliud notabile dictū Innoc. in. c. qual'r ⁊ qñ. ij. de accu. vbi tꝫ ꝙ valet ꝯfessio facta in iudicio sine alia tela iudicij. Idē 15 Bar. in. l. si confessus. ff. de custo. ⁊ exhi. reo. vbi vide. † Hic notabiliter dicit Inn. in. c. fi. de ordi. cog. ꝙ confessio facta in summario iudicio valet i plenario qđ no. ¶ In gl. in ꝟ. vocatū. in fi. dic ꝙ. c. cū olim. ꝓcedit cum nō interuenit actꝰ positiuus. nā solū illi ibi seruauerunt sñiam excōicationis. sꝫ hic fuit ꝓcessum ad actū exteriorē: qꝛ vocatus iuit ad capitulū. vnde clariꝰ ptꝫ de intentione ꝑ actum positiuū q̄ ꝑ 16 actū negatiuū. ¶ † Gl. in ver. titulo. in fi. no. gloss. singul'r ⁊ declarādo' eā dic ꝙ monachi nō subsunt eccl'ie parochiali seculari quo ad iurisdictionem fori cōtentiosi vt patet in 17 c. fi. de offic. archi. ⁊ hic i isto tex. ¶ † Sꝫ dubitat̄ nunqd q̄ ad sacramenta recipienda ⁊ quo ad iurisditionē fori penitētialis debeāt subesse quēadmoduꝫ subsunt oēs i parochia habitātes. ⁊ dic ꝙ olim suberāt qñ monachi nō erant clerici. ⁊ sic intelligi debent iura in gl. allega. sꝫ hodie monachi cōiter sunt clerici ⁊ habent a iure vt inuicē admistrent sibi sacramenta. xvj. qō. j. c. j. Sed posset dubitari de monialibꝰ nūquid subsint presbytero parochie quo ad spiritualia ⁊ satis posset teneri ꝙ sic vt olim erat in monachis, ⁊ idē puto dicendū in oībus religiosis qui nō sunt presbyteri. nā p̄sbyter parochialis fundat suā intentionē super oībus habitātibus in parochia. xiij. q. j. c. j. ⁊. c. pastoralis. de his q̄ fiunt a prela. cōiter tñ seruatur ꝙ ep̄s prouidet eis d' presbytero. 18 ¶ † In glo. in ver. generetur in fi. no. istā glo. singulariter et bene facit text. in. c. cum dilecta. §. qa vero. de cōfir. vti. vl' inuti. ⁊ qđ legi. ⁊ no. in. c. ad audientiā. de prescrip. ⁊ ibi glo. no. in ver. principaliter. ⁊ in. c. nolumus. xvj. q. iiij. vide simile per Bar. in. l. si publicanus. §. j. ff. de publi. ⁊ videtur hoc mirabile vt prescribat̄ exēptio cōtra ecclesiam subiectaꝫ q̄ subiectionē suīpsius nō possidet: sed superior. et hoc cōtingit qꝛ exceptio cōceditur in priuilegiū exempti, vñ quatenꝰ est fauorabile ipsi subiecto p̄scribitur spacio cōpeteti sicut alia iura ipsius subiecti. ⁊ ꝓbat iste text. satis bene saltem i argu. nam vides hic ꝙ confessio rectoris ecclesie exēpte p̄iudicat ipsi ecclesie: sed nō pape subiectionē possidendi. qđ notabis. Ex quo infero ꝙ ꝯfessio subiecti nō preiudicat superiori in preiudiciū subiectionis. 19 ¶ † In gl. fi. vult ergo gl. ꝙ exercens aliqua iura ep̄alia solū possidet ⁊ prescribit ea q̄ exercet ⁊ nō alia ⁊ bñ facit tex. in. c. auditis. ⁊. c. cum olim. de prescrip. ⁊ generaliter idem voluit bart. in. l. j. §. si quis. ff. de iti. actuq; priua. vbi dicit ꝙ exercitium in vno articulo nō extenditur ad alios articulos. Nec ob. c. j. s̄. de reli. dom. qa ibi nemo erat in possessione aliorū iurium. ideo nō extēdit̄ ibi possessio: qđ est notandum: sed hic episcopꝰ est i possessione aliorū iuriū: sed an hoc sit verū indistincte. vide pulchra no. per Inno. qui multū instat nunquid per vnū actū iurisditionalē quis prescribat vniuersaleꝫ iurisditionem in loco vel in persona. Item tractat qualiter queratur quasi possessio vniuersalis iurisditionis in loco ⁊ vide qđ ipse notat in c. in literis. de resti. spo. ⁊ in. c. cōquerēte. de offi. ordi. ⁊ i. c. ij. de postu. prela.

1 ☞ Sententia contra ius lata dicitur non solum lata cōtra verba legis: sed etiā contra mentem iuris.

2 Rescriptum emanatum contra ius presumitur falsum: aut ꝑ occupationē nimiā emanasse.

Rescripta debēt habere clausulā derogatoriā ad rescripta ꝯtraria vel ad ius ꝯ̄trium saltem in genere.

3 Papa an possit solꝰ dispensare ꝯ̄ ꝯstōneꝫ concilij.

EX **parte tua.** In prioratibus monachorū non p̄nt singuli monachi commorari etiam si super hoc hēant rescriptum apostolicū: nisi in illo fiat mentio de lateranensi concilio. h. d. Primo ꝯsultatio. Secundo respon

Zacharias.

a ¶ Inter easdem ꝑsonas. adde speculum in tit. de actio. seu pe. §. sup petitionibꝰ. ver. sꝫ qd si reus. vbi dicit qđ talis cōfessio sufficiat ad cōdēnādū in alio iudicio. de quo ꝑ bar. in. l. ij. iudi. sol. et Alexā. in. l. magistratibus. ff. de iuris. om. iudi. vide qđ no. in apostil. ad istum. s̄. isto. c. nu. v. in ver. inter easdem ꝑsonas.

Sebasti. Sapia.

b ¶ Remanet confessio. An ꝯfessio facta i iudicio nulla ex defectu processus ꝓbet in iudicio plenario. vide Bal. in. l. mercalem. in fin. C. d' cōdi. ob tur. cau. Bar. in. l. si cōfessus. ff. de custodi. reo. cū multis allegatis ꝑ Feli. in c. qualiter ⁊ qñ. ij. §. licet autē. co. ij. ver. qñ autē dicatur. s̄. de consti.

sio, ibi hoc autem. ¶ Casus literalis. Abbas ⁊ conuētus riueñ. venetē. dioce. literas apostolicas ad quosdā iudices ipetrauerunt ne episcopus dioce. eos ꝯpelleret plures monachos ponere in quibusdaꝫ prioratibus suis: vbi singuli monachi esse cōsueuerūt cū pluribus facultates nō sufficerent eorūdē: inquisita prius veritate de facultatibꝰ prioratuum ⁊ occasione istaꝝ literarū dicebant sibi ꝯcessum vt in singulis ipsorū prioratibus suis singuli monachi cōmorēt̄ dūmodo pluribus facultates non suppetant eorundē. Episcopꝰ veneteñ. significauit hoc dño pape ⁊ ipse rescribit ei dicēs: cū istud obuiet cōci. lateraneñ. de quo nulla fit mētio in literis predictis. Respōdet ꝙ nō credit huiusmodi literas a se. apo. emanasse. ꝙ si forsan ꝑ occupationē emanauerit nō vult ꝓpter hoc derogare cōcilio añdicto. Ber. ¶ No. j. ex hoc tex. ꝙ etiaꝫ in defectū facultatū nō possunt monachi singulariter institui ⁊ ꝯmorari i prioratibꝰ eorū: ⁊ sic nō solū prohibitio procedit in ecclesijs parochialibꝰ. vt in. c. qđ dei. ⁊ in. c. ij. de sta. regu. sed etiam in prioratibꝰ. Quid aūt tunc fiendū quādo facultates deficiūt: dic vt in cle. ne in agro. §. ad hoc. de sta. reg. ¶ No. ibi: obuiet lateranensi ꝯcilio. ꝙ dicitur quid esse iuri ꝯ̄rium nō solū quando de directo ⁊ ꝟm verba illi obuiat: sꝫ etiā ꝟm mentē. nam. d. c. ij. de quo ista litera facit mentionē nō loquit̄ specifice de prioratibꝰ: sed de ecclesijs parochialibus, sed tamē h. litera 1 dicit ꝙ si illud fit in prioratibus cōtrariat̄ illi cōcilio. † Ex hoc potest notabiliter adduci ad illam materiā cum sententia sit lata contra ius scriptū: vt non solum dicatur lata ꝯ̄ ius quando expresse est contra verba iuris sed etiam cōtra mentem quod est bene no. de quo tamē vide qđ sentit Innoc. in. c. P. ⁊. G. de offic. deleg. ⁊ in. c. cū speciali. d' appel. 2 ¶ † No. ij. ꝙ rescriptuꝫ emanās cōtra ius p̄sumit̄ aut falsum aut per occupationē nimiam emanasse nisi i rescripto fiat mētio de iure cōtrario. Et ex hoc ⁊ ex tex. sin. no. quod omne ius habet clausulam derogatoriā ad rescripta cōtraria vt ad validitatē ipsoꝝ sit necesse facere mentionē de iure contrario saltē in genere. de hac materia vide qđ no. i. c. nonulli. s̄. de rescript. ⁊. c. j. de consti. lib. vj. in glo. ⁊ per Io. 3 and. in. c. j. de exce. prelat. lib. vj. in nouella. ¶ In gl. fi. not. glo. ꝙ papa dispensat ꝯ̄ concilium. ⁊ vide gl. in. c. vbi periculum. de elec. li. vj. que plus vult scilicet ꝙ papa solꝰ possit reuocare cōstitutionē concilij. quod an sit verū indistincte tetigi i. c. significasti. ⁊. c. licet. s̄. de ele. ⁊ dic vt ibi: dicūt tamen doc. hic ꝙ licet possit non debet velle. nā dictū capitulum. ij. emanauit propter periculum peccati carnalis cōcupiscentie quod imminet ducentibus vitam solitariā inter hoīes seculi: vt patet ex tenore illius. c. ij.

1 ☞ Abbas habet corrigere monachos et non episcopus: nisi in defectum abbatis.

Episcopus concurrit cū quolibet alio prelato in correctione subditorum: ⁊ est locus preuentioni.

2 Monachus assumptus ad regimen alicuius ecclesie: eximitur ab obedientia abbatis: si illa ecclesia non erat subiecta monasterio: alias secus.

AD **audientiam.** Ordinariꝰ cōpellit abbateꝫ vt monachos a prioratibꝰ reuocet ad claustruꝫ vel eis socios adiūgat. Primo ponit transgressionem concilij. Quam secūdo mandat corrigi. ibi: ideoq;. ¶ Casus literalis. Significatum fuit do. pape quod qdā subiecti archiepiscopo burdegaleñ. solitarij habitabāt in quibusdā prioratibꝰ ꝯtra statutum lateraneñ. conci. vñ mādat papa eidē archiepiscopo quatenus abbates ⁊ priores ipsorum, vt vel ipsos reuocēt ad claustrum faciētes ꝑ clericos seculares i eisdē ecclesijs deseruiri vel associēt sibi alios monachos cū quibus vitam regularem obseruent ꝑ ceñ. 1 eccle. ⁊ monitione p̄missa cōpellāt. Ber. ¶ † No. j. ꝙ correctio monachorū primo loco spectat ad abbatē: non auteꝫ cōcurrit episcopus cum abbate vt sit locus preuētioni. naꝫ vt hic vides papa mandat archiepiscopo nō vt ipse cōpellat monachos sꝫ abbates vt ꝑ eos monachi reuocent̄ sed in defectū abbatis poterit episcopus supplere. vt in. c. quāto. de offi. ordi. secus est in alijs prelatis secularibus habentibus subditos. nam cū illis concurrit episcopus in iurisditione exercēda: ita vt sit locus preuētioni: vt no. maxime ꝑ Inno. in. c. cū ab ecclesiarū. ⁊. c. pastoralis. de offici. ordin. ¶ Itē no. ꝙ optio dat̄ abbati reuocādi singulariter institutos ad claustrum aut associādi alios monachos. ⁊ sic potest abbas alterare statum prioratus sibi subiecti vt statuꝫ regularē possit reducere ad statum ⁊ vitam secularium: qđ

intelligo

intelligo quādo reditus prioratus nō sufficiunt pro pluribus: al's aūt non pōt abbas prioratus solitos gubernari per regulares cōmittere clericis secularibus: quinimo nec monachis alterius monasterij. de quo dic vt habet in.c.cū singula.de preben.lib.vj. Sed ꝯtra tex.op.nā etiā clericus secularis debet in ecclesia habere clericū: vt in.c.quisqȝ.ȝ. de vita ꝛ hone.cleri.ꝛ in.c.proposuit.ȝ.de fil.presby. ergo nō sufficiēter hic prouidet. Sol. dicit Hosti. ꝙ si prioratus non est curatus tūc cessat predicta ratio. si autem est curatus tūc potest dici ꝙ clericus secularis cū habeat patrimoniū poterit de suo impendere ad sustentationē clerici: ꝙ non potest facere religiosus cum nihil habeat. dicit tñ ꝙ si cum auxilio consanguineorū religiosus poterit tenere sociū cessauit cōpulsio de qua hic. Item dic ꝙ clericus secularis non tenetur habere sociū sed clericum seruitorem. vt in.d.c.vt quisque.ꝛ tales reditus sufficerēt rectori ꝛ clerico seruitori qui non suppeterent ꝓ duobus socijs. ita no. gl.in cle.ne in agro.§.ad hec.ꝺ sta.regu.ꝛ dic de istis prioratib⁹: vt ibi habetur. ¶ † Sed oppo. aliter cōtra literā. monach⁹ assumptus ad regimen alterius ecclesie eximitur a potestate sui abbatis: vt ita nullam cōmunionē habeat amplius cum priori monasterio. vt in.c.ne ꝑ cuiuslibet.xvj.q.j. ergo non tenetur abbas dare socium extraneo. Sol. dicit Io.an. ꝙ istud.c. loquitur in monachis claustralib⁹.i.in his qui nō desinunt esse monachi prioris monasterij: vt quia deputant̄ ad priorat⁹ subiectos monasterio. Si autem perpetuo ad ecclesiā nō subiectam monasterio promouerentur nō tenetur abbas sibi dare socium. ꝛ sic limita.c.ij.de sta.regu.ꝛ hoc idem ꝯfirmat Io.an.in gl.sua in.d.§.ad hoc. sed tu vide qꝺ dixi in.c.quod dei.ȝ.de sta.regu.ꝛ dic vt ibi.

¶ De iurepatronatus. Rubrica.

1 ☞ Aduocatus efficitur patronus cause quā assumpsit patrocinio suo.
2 Patronus alicuius ecclesie dicitur ille qui fundauit vel donauit ipsaȝ.
3 Iuspatronatus quid sit ꝛ eius diffinitio.
4 Patronus dȝ pñtare presbyterū in ecclesia in qua iuspatronatus: nec eps vel alius prelatus potest aliquē instituere sine licentia patronorū.
5 Patronus si deuenerit ad inopiam est alēdus ex redditibus ecclesie in qua hȝ iuspatronatus: dum tñ ipsi reditus remaneāt vltra necessaria.
6 Iuspatronatus quomodo acquiratur.
Iuspatronatus potest esse penes plures dotantes vel fundātes vel cōstruentes ecclesiam.
Iuspatronatus non acquirit ille qui modicū dat pro dote ecclesie nisi concurrat cū alijs insimul dotantibus: quo casu tam ille qui modicū ꝙ ille qui multum dat efficitur patronus.
7 Iuspatronatus semel acquisitum transmittitur ad heredes.

¶ Supra visum est de prebēdis ꝛ dignitatib⁹. Itē de religiosis domibus. Itē de capellis monachorū. sed qꝛ ad istas fit institutio nōnunꝙ per pñtationē patroni: ꝛ sic posset dubitari de iurepa. ꝛ de mō presentādi ꝛ similib⁹. merito post rubricas ꝑcedētes subijcit̄ ista. ¶ † Et scias ꝙ patronus dicit̄ multipliciter in iure. nam dicit̄ patronus aduocat⁹ respectu cause quam promouēdā assumit patrocinio suo.l.rē nō nouā. §.patroni.C.ꝺ iudi.xv.q.ij.c.ij. Itē dicit̄ patronus dñs respectu serui: vt patet in toto ti.ff.de iurepa.ꝛ de istis patronis seu patronatib⁹ non tractatur hic. ¶ † Tertio dicitur patron⁹ qui cōstruxit vel dotauit seu fundauit ecclesiā. ꝛ dr patronus: qꝛ sicut pater ducit filiū de non esse ad esse: ita patronus ecclesiam deducit ad esse. ꝛ de isto patronatu tractat̄ hic. ¶ † Quid autem sit iuspatronatus[a] vt sic habeat̄ substātia rei de qua tractaturi sumus. dic post Io.an. ꝙ est ius honorificū onerosum ꝛ vtile alicui competens in ecclesia pro eo ꝙ de diocesani cōsensu ecclesiam construxit fundauit vel dotauit ipse. vel a quo causam habuit: et declara hoc modo. ¶ † Est enim ius honorificum: qꝛ patronus habet honorē presentādo rectorē: nō eñ potest eps[b] vel alius prelatus instituere rectorē in beneficio sine presentatione patroni. vt in.c.decernim⁹. xvj.questio.vij.ꝛ.j. quasi per totum. Itē est honorificū: quia debet pro alijs honorari in ecclesia patronata. vt.j.eo.nobis. Item dicit̄ ius onerosum: qꝛ patronus tenetur defendere ecclesiā ne bona indebite dilapidentur.xvj.q.vij.filijs. ¶ † Dicit̄ ius vtile quia consequitur vtilitatem ex patronatu: qꝛ si deueniret ad inopiam tenetur ecclesia ex redditibus vltra necessaria remanētib⁹ alere patronū pingui⁹ ꝙ alios pauperes. vt in.c.quicunqȝ.ea.causa.ꝛ.q.j.ꝛ de his aliquid no.j.eo.nobis. ¶ † Dixi in diffinitione qꝺ cōpetit ex eo quod construxit ꝛc. nā debes scire ꝙ iuspatronatus acquiritur[c] altero de tribus modis: aut quia cōstruxit ecclesiam. vt in.c.monasteriū.xvj.q.vij. aut quia eam dotauit. vt in.d.c.filijs. aut quia illā fundauit: id est assignauit fundū vbi ecclesia deberet ꝯstrui. vt in.d.c.nobis.ꝛ.c.abbatē.xviij.qō.ij. possunt ergo tres patroni concurrere in eadē ecclesia: vt quia vnus dedit dotem: alter fecit eam construi: alius dedit fundum vbi construeretur: dixit etiam qꝺ in dote conferenda possunt plures concurrere. nam si simul dant oēs dotes sunt patroni etiā si vnus conferat minus quam alius, vt voluit Innoc.hic.ꝛ habes in glo.lxiij distinc.in summa. ꝛ sic limita glos.d.c. quicunqȝ. que dicit ꝙ si quis modicū contulit pro dote nō efficitur patronus. quā singu.nota. sed eaȝ intellige quando vnus solus dedit dotem: secus si plures dederūt dotē sufficientem: nam iura indistincte dicunt quod ex dotatione quis efficitur patronus[b] nec distinguūt si sit vn⁹ vel plures dotātes. Idē consimili rōne dicendum in pluribus constituentibus vel dotātibus vel fundantibus. ¶ † Dixi postremo vel is a quo causam habuit. nā satis est quod patronatus fuerit a principio acquisit⁹ altero ex modis predictis. nam transmittit̄ ad heredes vel alio modo. de quo.j.in processu tit.ꝛ ad predicta vide gl.no.ꝛ plenam.xvj.questio.vij.piementis.

1 ☞ Patroni si sunt in discordia pñtandi aliquē in ecclesia: eps loci statuet ne interim exerceantur diuina officia in tali ecclesia.9.
2 Iuspatronatus trāsit in hr̄des etiā extraneos.
Iuspatronatus non trāsit nec in filios vel filias siue alios in certa re heredes institutos. dato alio herede vniuersali.8.
3 Iuspatronatus transit nō solum in masculos sȝ etiam in feminas.
4 Iuspatronatus si competit infanti: an pñtabit tutor vel pupillus: vide remissiue.
5 Iuspatronat⁹ transit in heredes vel successores in stirpes nō in capita.
6 Iuspatronatus est indiuiduum etiam penes plures heredes.7.
Patroni possunt inter se ꝯuenire vt alternis vicibus habeant ius presentandi.
Patroni nō possunt inter se diuidere fructus ecclesie in qua habent iuspatronatus: nec aliquid ab ea exigere.
7 Iuspatronatus est apud quēlibet heredem insolidum: etiam si sint heredes pro inequalibus partibus.
9 Patroni si non pñtant rectorē in ecclesia intra tempus ꝯstitutum: episcopus loci instituet rectorem: vide.j.e.quoniam.nu.6. vbi aliud statuit̄ in electoribus.
Patroni ꝛ eps si sunt in discordia circa rectorem quid agendum.

1 PErlatum. † Si ꝑpter discordiaȝ patronoꝝ eccl'ia caret admistratiōe: cessatur in ecclesia a diuinis tollunt̄ reliquie: ꝛ ostia claudunt̄ si aliter sine scandalo ecclesie ꝓuideri nō potest. h.d. cum sequen. Et duo facit cōciliū. Primo prohibet ecclesiaȝ inter patronos diuidi. Scdo ponit qd facere dȝ eps cū patroni nō ordinant eccl'iam. scda ibi, ꝛ si. ¶ Casus lr̄alis. Aliqñ contingit ꝙ vnus patron⁹ ecclesie relinqt plures heredes: qlibet heredū vult ꝓ suo arbitrio eccl'iam ordinare cū vacat: statuit ꝯcilium qꝺ inter heredes patroni ecclesia diuidi non debeat si discordia fuerit inter eos ꝑpter quā sacerdos ibi ordinari nō possit: eps precipiat vt nullo mō missarum solēnia celebrent̄ ibidē donec ad ꝯcordiā redeant: ꝛ canonice prouideant ecclesie. Bernar.
2 ¶ † No. primo ibi, inter heredes patroni: qꝺ iuspatronatus transit in heredes patroni. ꝛ not. qꝺ tex. indistincte loquitur de heredibus patroni: ex quo potest inferri ad multas questiōes. Primo nūquid iuspatronatus[d] transeat solū ad heredes sanguinis sicut iuspatronatus libertorum: an ad heredes etiā extraneos. Innocentius.ȝ.super rubri. dicit quod transit ad quoscūqȝ heredes. ꝛ hoc cōmuniter tenetur. pro hoc gl.j. nam si transit cū vniuersitate in extraneum. vt in.c.ex literis.ꝛ in.c. here.absti.ꝛ habetur per gl.ꝛ Bar.in.l.si quis filium.in.§.j.ff.de acquiren.her.ꝛ an hereditas semel adita possit repudiari habetur ꝑ Bal.ꝛ ꝛ Pau.in.d.l.quidam elogio.

a ¶ Quid sit iuspatronatus. Et adde Arch.in.c.veniēs.circa prin.xvi q.vj. q etiā diffinit qd sit patronatus libertorum. ꝛ dicit ꝙ est ptās a iure ꝯcessa patrono in ꝑsonam liberi ꝑpter bñficium manumissionis. ꝛ dicit qꝺ hec diffinitio colligit̄ ex.l.j.ꝛ.ij.de iurepa. sed ꝺ hoc vid Pau. de leaȝa.in cōmē.c.nobis.j.e. vbi ponit plura in materia huius tit. ☙ Sebasti. Sapia.

b ¶ Eps. Iungd aūt institutio fcta sine pñtatiōe patroni sit nulla. an ꝓo ita demū si patron⁹ agat de ꝯtēptu vide late ꝑ Feli.l.c.cū bertold⁹. vol.iij.ȝ.de re iudic. vbi ponit sex casus in quib⁹ vȝ institutio sine pñtatione. patroni.

c ¶ Acquirit̄. adde eūdē ꝯsi.liiij.ꝛ lix.ꝛ Io.de ana.ꝯsi.xxiiij.
¶ Adꝺ Fed.ꝯsi. cxj.ꝛ.ccxxv.ꝛ ibi vide an fili⁹ possit repudiare hereditatem ꝛ retinere iuspatronat⁹.ꝛ vide Io.de ana.ꝯs. lxxxvj. Cal.ꝯsi.ij. hoc titu. Ant. Francis.
¶ An hereditas possit repudiari ꝛ retineri iuspatronatus. Dicas qꝺ iuspr̄onat⁹ trāsit cum hr̄ditate ꝛ sic ex titulo vniuersali. vt in.c.ex lr̄is.ꝺ iurepatro. hereditas autem nō pōt pro ꝑte repudiari ꝛ pro parte acceptari: imo pro ꝑte repudiata habet̄ ꝓ repudiata in totū nisi heres dixerit se velle ꝓ alia parte deliberare: qꝛ tūc nulla pars habet̄ ꝓ repudiata vt habet̄ ꝑ gl.no.ꝛ Ange. in.l.j.ff.ꝺ acq.here. licet de hoc dubitabat.d.Paul. in.l.qdam elogio. C.de iure deliber. ꝛ adde ꝙ si heres petit a iudice dari curatorem hereditati iacenti vl' bonis videtur hereditatē repudiare vt per.d.Pau.in ꝯsil.clxiiij. ꝛ adde ꝙ hereditas patris potest repudiari ꝛ acceptari ad vitam si ambe deferant̄ ex diuersis testamētis.l.fi. ꝛ ibi ꝑ Bal.ꝛ docto. C.si qs se ab

d ☙ Seb. Sap. ¶ Iungd i.ispā, Vide Bal. Alex.ꝛ alios.in.l.qꝛ ꝑinde.

ff.ad treb. vbi di
cūt ꝙ iuſpatrona
tus nō trāſit i he
redes fideicōmiſ-
ſarios.ꝯ q̊ etiā ꝑ
moder.in.l.ꝑcibꝰ a
in gl.fi.C.de īpu.
⁊ aliis ſub. nūqd
aūt trāſeat i legi-
timatū vl' in fiſcū 3
tradit Feli.i.c.ꝙ- b
to.co.ii.ſ. de iud.
⁊ nūqd femina ex
cluſa a ſtatuto ſuc
cedat in iurepro- 4
natus.tradit fed. c
de ſe.in ꝯſi.ci.refe
rūt Moder.i.d.l. 5
precibus.⁊ cōclu
dunt ꝙ non.

a ¶ Patroni. Et
idē dicit gl.mag. 6
in fi.in.c.pie men
tis.xvi.q.vii.⁊ fa
cit ꝙ not. gl.lxiii.
di.in ſum. in fi.et
iō dicit bal.i.l.fa-
mili.C.cōia vtri.
iud.ꝙ cum iuſpa
tronatus ꝯpetat
inſolidū nō venit
in diuiſione.vide
ēt bal.i.l.eā quā.
in fi.C.de fideiuſ.

b ¶ Feminas. An
mulieres ſuccedāt d
in iurepatronatꝰ
⁊ vide tex.⁊ ibi ꝑ
d.Ant.in c.fi.de 7
exceſ.pla. ⁊ ibi ēt
alia pul. ad mate
riam.⁊ ꝓ hoc vid e
optime ꝙ elegan
ter ſcribit Bar.i
l.ſtipulatiōes nō f
diuidūtur in.iiii.
op.de ver.ob.⁊ vi
de oīno bal.in.c. 8
quanto.in.i. col.
de iudiciis.
¶ Add Cal.ꝯſi. 9
i.hoc ti.⁊ eūdē cō
ſil.liiii. ⁊ ibi vide
multa in materia
maxime circa ea
que dicuntur.

c ¶ Vel tutor. Ad
de d.de ro. hoc
tit.deci.ſuis in an
tiquis.

d ¶ In reliqua. ad
de Jo.de ana.cō
ſil.xliii.

e ¶ Inſolidū. Idē
tenet Hoſt.i ſum.
eiuſdē tit.§.qualr
trāſferatꝰ.v.nouꝰ
heres.⁊ de hoc vi
de ꝑ pau.d leaza. 1
in cōme.c.nobis.
circa princ.ī.eo.

f ¶ Vocē. De hoc 2
vide per glo.ma-
gnā aū me.in cle. 3
plures.de iurepa
tro.⁊ d.Ant.hic.
⁊ vide Ancha.in
cōſil.cccxlii. vide
tū Hoſti.in ſum. 5
de iurepat.§.qua

cum ſeculū.ī.eo.fortius tranſit cū hereditate in
heredes īſtitutos a patrono. Et ex hoc inferꝰ ꝙ ſi
pater inſtituit filiū vel filiā in re certa ⁊ extraneū
vniuerſalē heredē: iuſpatronatus nō trāſibit in fi
lium vel filiā ſed in heredē vniuerſalē. Si autem
ſunt plures heredes oēs ſimul efficiūtꝰ patroni[a]:
vt hic.⁊ in cle.fi.eo.ti.vbi vide. An aūt in diuiſio
ne hereditatis poſſit iudex vni adiudicare iuſpa
tro.dic vt no.Jo.an.ī.eo.querimoniā.vbi dicetꝰ.
¶ † Secūdo pōt dubitari nūquid tranſit in femi
nas[b]: an ꝑ tm̄ in maſculos.dic ꝙ pariter in oēs: qꝛ
iura nō diſtinguūt inter maſculū ⁊ feminā.ꝓ hoc
facit.c.fi.de cōceſ.ꝑbē. ſentit gl.in.c.qm̄ inueſtitu
rā.xvi.q.vii.⁊ doc.in.d.cle.fi.⁊ vide qd dixi in.d.c.
fi. ¶ † Quid aūt ſi cōpetit infanti nunqd pupillꝰ
poſſit pñtare vel tutor[c]. vide Fed.ꝯſi.xcvii.⁊ Ar
chidia.xvi.q.vii. decernimꝰ.⁊ ꝑ Jo.an.in.c.cū ex
eo.de ele.lib.vi. † Item dubitabatꝰ olim an here-
des ſuccederēt in iurepatronatꝰ per ſtirpes.an ꝑ
capita.⁊ hodie eſt declaratū ꝙ per ſtirpes.vt in
d.cle.fi.ideo ſi plures ſuccedūt vni ex duobus pa
tronis eccleſie oēs habētur loco vnius. ¶ † Itē
queritur qualiter debet intelligi tex.dum ꝓhibet
diuiſionē inter heredes. Doc.ponūt triplicē itel-
lectum: quidā intelligunt ꝙ non pñt patroni cō
uenire vt vnus habet patronatū in vna eccl'ia ⁊
alius in alia: quia hoc eſt indiuiſibile. Alii intelli
gunt de reditibus ⁊ poſſeſſionibus eccleſie qꝛ nō
poſſunt patroni inter ſe diuidere illos nec aliqd
ab eccleſia exigere.x.q.i.in.c.nouerint. Alii intelli
gunt de ipſo iurepatronatꝰ. nā cū ſit incorporale
nō poteſt diuidi.vt dicitur in gl.⁊ quelibet expo-
ſitio eſt bona ⁊ vera in ſe.poſſunt tñ patroni con
uenire vt alternatis vicibꝰ preſentēt.vt in.d.cle.
fi.⁊ ſi habēt plures patronatꝰ poſſunt conuenire.
vt vnus pñtet in vna eccleſia ⁊ aliꝰ in reliqua[d]:
vt ſic quēadmodum permittitꝰ diuiſio in tēpore
ita ⁊ ratione locorū: talis enim diuiſio non prohi
betur per iſtum tex. ¶ † In gl.i.ibi: ſi ex diuerſis
inequalibus ⁊c.no.bene glo.⁊ eam tene mēti qd
iuſpatronatus eſt apud quēlibet heredem inſoli
dum[e] etiam ſi ſint heredes pro inequalibꝰ parti
bus ⁊c.no.bene gl.⁊ tene eam menti: quoniā nec
opi.cōmuniter tenetur per doc.licꝫ dixerit Inn.
ꝙ pinguiorē vocem[f] habēs habet maiorē partē
in hereditate: ſed tene glo.qꝛ cum iſtud ius ſit in-
diuiſibile nō poſſumus dicere vnū habere duas
partes in hoc iure ſicut hꝫ in hr̄ditate. ¶ † Quid
ſi vnus inſtituatur in re certa: alius in vniuerſo
ſ.tetigi.⁊ vide Jo.and.in.c.cū ſeculum.ī.eodē.
vbi dicam. ¶ † In gloſ.fi.ibi: hodie ſeruari non
debet.ſentit ergo glo.ꝙ hodie hoc.c.ſit correctū
niſi ſine ſcandalo ⁊c.ſed certe hoc.c.hodie manet
firmum.nam prouidet quando aliter eccleſie ꝓ-
uideri nō poteſt. Pone ꝙ patroni ſunt ita poten
tes ꝙ eps non poteſt ſupplere eorum defectū tūc
adhibebit remediū de quo hic.⁊.c.ſeq.et vide de
intellectu horum.c.glo.ſatis notabilē in.c.ſi plu-
res.xvi.q.vii.⁊ diſtingue. Aut enim eſt contētio
inter patronum ⁊ epiſcopum.⁊ ponit epiſcopus
economum in eccleſia donec fuerit ſopita cōten-
tio.vt in.c.cum vos.de offi.ordi.aut eſt contētio
inter patronos ſuper iurepatronatus ⁊ debet epi
ſcopus ſpectare lapſum tēporis prefixi ad preſen
tandum.poſt quod ſi non preſentabit epiſcopus
inſtituet rectorem.vt in.c.quoniam.ī.eodē.⁊ hoc
ſi poteſt ſine ſcandalo: al's aūt ſeruabit quod hic
dicitur.⁊.c.ſequenti.

☞ Reliquie ſi tollātur ex aliqua eccleſia: nō per
hoc eccleſia execratur niſi ſint reliquie que ſunt
in tabula altaris: quo caſu altare execratur.

Patroni non poſſunt plures rectores inſtituere
in eadem eccleſia.

Preſentatus non acquirit aliquod ius per pre-
ſentationem ſed electus ſic.

Patroni habēt ius preſentandi: non autem eli-
gendi: licet largo modo dicantur eligere: ⁊ ſic nō
vitiabitꝰ libellus ſi dicatꝰ ꝙ patroni elegerunt.4.

Patroni eligētes ſiue preſentantes nō idoneum:
an ſint priuati poteſtate eligendi.

Q Vecūqꝫ. Summatum eſt ſ.c.pxi. ¶ Caſus
literalis. Si patroni eccleſie diſcordes
fuerint: vt eam nolint ſub vno preſby
tero ordinari ſi eps aliter eccleſie cōſulere non po
terit tollat inde reliquias ⁊ claudat oſtia eccleſie:
ne diuinū celebretꝰ ibi officiū donec canonice vnū
elegerint pſbyterū. Ber. ¶ Et not.i.ibi: ſi aliter.
ꝙ vltimū remediū dꝫ eſſe diſpoſitio huius.c.⁊ pre
1 cedentis.pro hoc vide ꝙ dixi.ſ.c.pxi. ¶ † Item
no.ꝙ lꝫ reliquie tollantꝰ de eccl'ia nō propter hoc
execratur eccleſia ⁊ intellige de reliquiis que ſūt g
in eccl'ia in capſa vel in arca: ſecꝰ autē de reliquiis
q̄ ſunt ſub tabulis altaris.nā ex amotiōe illarum
execratur altare: vt in.c.i.de conſecra.eccl.vel alt.
2 ¶ † No.iii.ꝙ nō poſſunt patroni velle vt plures
inſtituantꝰ in eadē eccl'ia: qꝛ eccl'ia debet eſſe vniꝰ
3 rectoris: vt in.c.cū nō ignores.ſ.de ꝑbē. ¶ † No-
ta ibi: eligunt.ꝙ patroni dicūtur largo modo eli
gere preſbyterū.nō tamen ſtricte eſt electio: qꝛ ꝑ
preſentationem nō transfertur ius in preſentatū
in eccleſia in.c.qd aūt.ī.e.ſed per electionē ſic.vi-
de bonā gl.in.c.quāto.lxiiii.di.vñ ꝓprie preſen-
tatio ⁊ nō electio ſpectat ad patronū: ſed ꝓ tanto
patroni dicuntꝰ eligere ꝙ ante preſentationē opꝫ
4 ꝙ nō eligāt. ¶ † Et ſic no.ꝙ largo mō dicitꝰ pa-
tronus eligere: nō ergo vitiabitꝰ libellus ſi dicatꝰ
ꝙ patroni elegerūt de quo legitꝰ ⁊ no.in.c.nobis.
5 ī.eo. ¶ † Not.ꝙ patroni tenentꝰ eligere idoneum
nūquid eligētes nō idoneū ſint priuati: dic vt in
c.cum vos.de offi.ordi. ¶ In glo.ibi: tamē poſ-
ſet ſeruari.⁊ vide glo.in.c.ſi plures.hic alleg.⁊ qd
plenius dixi.ſ.c.proxi.

1 ☞ Patroni ſi diſcordant in preſentādo: prefer-
tur preſentatus a maiori parte.3.niſi ex tali pre-
ſentatione orietur ſcandalum.4.5.

2 Patronus conſequitur iuſpatronatus ex tolerā
tia ⁊ gratia pape nō quod ipſe ſit habilis cum ſit
ius ſpirituale.

Papa poteſt ꝓuidere de eccleſia patronata lai-
corum: ſine preſentatione patronorum: alius ve
ro citra papam nemo poteſt.

5 Eps poteſt inſtituere rectorē ſine preſentatione
patroni: qñ preſentatus per patronū nō pōt eſſe
ſine ſcandalo: ⁊ quando tēpus datum patronis
ad preſentandum eſt lapſum.

6 Electores ſi nō eligūt intra tps ſtatutū eo qꝛ cō-
tenditur de poteſtate eligendi nō priuantur iure
quod habent ad eligendum.

7 Patronus ſi nō preſentat intra tempus: qꝛ con-
temnitur ſup idoneitate preſentati: vel qꝛ eſt con
tētio inter ipſum ⁊ epiſcopum: non priuatur iure
preſentandi.

8 Iuſpatronatus acquiritur propter reedificatio-
nem eccleſie.11.

9 Iuſpatronatus an ⁊ qñ queratur ex noua cōſti
tutione dotis facta eccleſie iam ſimulate.

Iuſpatronatꝰ eſt ſpecies ſeruitutis ipſiꝰ eccleſie.

10 Iuſpatronatus nō queritꝰ ex ſola datione rei ec-
cleſie: ſed oportet dicere ratione dotis vel animo
querendi iuſpatronatus.

11 Iuſpatronatus qd queritꝰ ex ſola conſtructione
eccleſie perditꝰ ſi eccl'ia ruat: ſecꝰ illud qd acquiri-
tur ex datione fundi vel alteriꝰ loci cōſtruitur ec
cleſia vel illud qd queritur ex donatione.

12 Eligens vel preſentantes idoneum: an ſint tuti
in conſcientia non eligendo vel preſentādo ido-
neiorem.

13 Maior pars requiritꝰ reſpectu collegii: qñ ꝑ col-
legiū aliquid explicatꝰ.ſi vero aliquid explicatꝰ re-
ſpectu ſingularium perſonarum tūc ſuffici. ma-
ior pars reſpectu ipſarum.

14 Patroni an preſentando debeant omnes inſi-
mul interuenire: an ſufficit vt omnes de per ſe in-
teruenīant.

g Q Voniam. In qbuſdaꝫ.[g]
1 † Si patroni in
pñtādo diſcordāt prefertꝰ preſentatꝰ
a maiori parte ſi eſt idoneus: ⁊ ſi hoc
ſine ſcādalo fieri nō pōt vel patroni intra tēpus
debitum

liter trāſferatꝰ.v.
qd ſi plures fun-
dū.vbi dicit ꝙ lꝫ
plures qñ dotāt
eccl'iam ſiue fun-
dant oēs ſint pa-
troni inſolidū tñ
quo ad alimenta
⁊ honores eccl'ia
ē magis aſtricta
illi q plus dedit.

¶ In quibuſdā.
Pro itellectu hu
ius decre. vide oī
no late Hoſtiē.in
ſum.eiuſdē tit.de
iurepat. §.qd iu-
ris.in pn.vſqꝫ ad
v.ſiue qō.⁊ oīno
⁊ late ⁊ eleganter
ſcribit Lapus al
le.lxxvii.i pe. col.
vſi.ad quintā.q.
Itē vid bal.in.l.
i.ff.de ſena.vbi ꝑ
illū text. dicit ꝙ ſi
maſculus et alia
mulier ſimul ſint
patroni ⁊ diſcor-
dēt in preſentādo
dꝫ preferri pñta-
tus a maſculo.
Anto Franciſ.

¶ Circa hoc de
preſentato a pro-
nis in diſcordia
qs pferatꝰ. an pre
ſentatus a maſcu
lo vl' a femina di
cas primo ꝙ pro
ni debēt ſimul et
nō ſeparatim pre
ſentare qñ nō vt
collegiū ſꝫ ſingu-
li pſentant vt ꝑ
Jo.an.⁊.d. Ab.
in.c.iii.de iurepa.
nūqd aūt magis
pferatꝰ preſentatꝰ
a maſculo quā a
femina. Dicas h
ꝙ hic dꝛ forſan ꝓ
cedere qñ femina
excluderetꝰ a ma-
ſculo a ſucceden-
do forſan ex for-
ma ſtatuti ſed qñ
femina ⁊ maſcu-
lus ſuccederēt ex
diſpoſitione iu-
ris cōmunis: iu-
xta formā.l.ma
ximū vitium.C.
de libe.preter. ſa-
tis dubitarem de
iſto dicto quia ſi
vterqꝫ preſenta-
ret diuerſimode
non putarem ma
gis preferendum
eſſe pſentatū a fe-
mina q̄ a maſcu
lo: imo variātibꝰ
patronis in pſen
tatiōe ille ad quē
ſpectat inſtitutio
habet conſidera-
re quis ſit magis
idoneus et illum
dꝫ iſtituere: vt in

c.pastoralis.z in.c.cum aūt.de iurepat.nisi forsan diceremus pñtatū a masculo ꝑsumi magis idoneū ꝙ pñtatū ab ipsa femina:tū hoc habebit examinare habēs istituere ꝑ ea q̄ habent in.d.c.pastoralis.z in.c.cū aūt.de iurepa.vbi plene de materia qñ patroni discordāt in pñtando.
¶Ex gr̄a.Utrū laic⁹ de iure sit capax iurispatronat⁹ an ꝓo ex gr̄a et ꝙ retineat ex gr̄a late examinādo cōcludit Arc.i.c. hortamur.in.ij. col.lxxi.di.z vid d.Ant.i ru.d iud. Anto.Francis.
¶An iuspat.sit ex gr̄a vel de iure cōi.vide q̄ habēt in.c.filijs ac nepotib⁹.xvj.q.vij.et vid q̄ plene habētur p.d.ab.z doc. i.c.sup eo.d off.de leg.z i.c.quāto.d iud.z est cōclusio ꝙ respectu ꝓmeue istōnis fuit gr̄a hodie aūt est ius habēs in se spūalitatē annexā.per tex.in.c.sup eo.iūcto.c.q̄to.de iud.
¶Papa.nō tū hoc itelligit facere p gñales lr̄as fm.d.Ant.hic in ij.co.ꝓ.p hec dicit Hosti.z idē dicit Arch.i.c.pie mētis.i fi.xvj.q.vij. alle.Hosti.hic.secus tamē dicit in delegato pape.
¶Adde.eundez cōsil.cvj.Lapum alleg.xcvj.
✠Sebastia. Sapi.
¶Actu.vid Fel. i.c.cū accessissent. col.pe.s.de cōsti.
✠Sebasti. Sapia.
¶Nūqd autē.vide multa alleg.p Feli.in.c.nihil cū scādalo.col.j.z.ij. s.de rescrip.
✠Sebasti. Sapia.
¶Prim⁹. d istis casib⁹ vide Feli. vbi alios addit i c.cū bertold⁹.co. iij.s.de re iudi.
¶Pñtati.adde qd voluerūt do.d ro.dec.cclij.in nouis.hoc ti.vbi an pñtans indignū intra tp̄s excuset a negligentia.
¶In glo.Circa istā glo.adde gl. in ver.demū.in.c. j.i.ij.ꝯfirmatos. de reli.do.in.vj.z vid qd scripsit idē d.Ab.panor.i.c. ꝯsuluit de iudi.z Inn.in ru.d ꝯse. eccl.vel alt.vbi q̄ f rit si ecclia destructa reedificet d eadē materia dbeat iterū recōsecrari.

debitū nō presentant ep̄s ordinabit eccl'iaz.h.d. Primo ponit abusum patronorū.Secūdo cōstitutionē.ibi:pñti. ¶Casus literalis. In qbusdā locis patroni ecclesiarū vel eoꝝ heredes abutūt ptāte sibi ab ecclesia cōcessa:q2 cū ecclesia vnius debeat esse rectoris:ipsi i discordia plurimos pñtant.vñ statuit laterañ.ꝯciliū vt si forte vota patronoꝝ in plures partes se diuiserint:ille preficit ecclesie qui plurimorū eligitur z approbatur assensu:z al's idoneus fuerit:si autē sine scādalo fieri nō poterit ep̄s ordinet ecclesiā fm qd melius sibi visum fuerit.In fine dicit.Si de iurepatronatus q̄stio emerserit inter aliquos z illa intra quatuor mēses nō fuerit definita:extūc superior ordinet eccl'iam.Ber.
2 ¶†Not.j.ibi: sustinuit.ꝙ patroni cōsequunt iuspatronat⁹ ex gratia[a] z pmissione quadā z tolerātia ecclesie. nam de iure cōi ex sola fundatiōe nō posset patron⁹ acqrere iuspatronat⁹:cū illud sit annexū spiritualib⁹. in.c. quāto.de iud.Et per hoc infert ꝙ papa[b] possit ꝓuidere de ecclesia patronata laicorū sine presentatione patronorū:licet secus sit in alijs prelatis citra papā.vt no.in.c.cū dilectus.j.e.z vide bo. glo.in cle.ij.de prebē.z per Archi.xvj.q.vij.filijs. z in.c.hortamur.lxxi.dist.
3 ¶†No.ij.ꝙ in p̄sentationis actu[c].necessario nō requirit ꝯsensus oim patronoꝝ:s3 v3 presentatio facta per maiorē partem.
4 ¶†No.in ver.si aūt.ꝙ ratione scādali inhabilitatur quis ad beneficiū obtinendū.nā presentatus per maiorē partem hic nō admittitur ratione scandali.ad idē quod in simlii habet in.c. cū teneamur.de ꝑben.Nunqd autem[d] ius quesitum in re perdatur rōne scandali:vt sic prelatus remoueri possit si sine scandalo populi nō potest prelaturam tenere.vide Innoc.in.c.nisi cum pridem.de renū.
5 ¶†Ultimo ex tex.not.duos casus in qbus ep̄s instituit rectorē sine pñtatione patroni.Primus[e] qñ sine scandalo per patronū ꝑsentatus institui nō potest.Secūdus qñ cōtentio sup patronatu nō decidit intra tp̄s patronis ad presentandū prefixū.Et ex hoc vltimo habes casum notabilē in quo nō valenti agere currit tp̄s.
6 ¶†Et hec adducunt ad qōnem.Pone ꝙ inter electores ꝯtendit de potestate eligendi z nō deciditur questio intra tempus prefixū ad eligendū: querit nunqd potestas libere ordinandi ecclesiaz deuoluat ad superiorē.Hosti.z Io.an.hic tenēt ꝙ nō:quia nō est quid imputetur habētibus ius elgendi cū per eos non deficiat quin eligant sed per litem sibi motam:vnde cū ꝯciliū nō sit statutū nisi super pñtatione nō,debemus hoc ius extendere ad contentionem super electione.pro hoc videtur tex.in.c.ij.de in integ.restitu.vbi longo tēpore fuit certatum super iure eligēdi nec potestas fuit deuoluta.z facit quod legit z no.in.c.fi.s.de elec.Et ex hoc habes vnā differentiam inter ius eligēdi z ius presentādi.Et potest esse ratio diuersitatis. nam p̄sentatio innitit gratie. vt.s.dixi. electio vero iure cōi.vt in.c.j.s.de elect. Itē pinguius ius habēt electores ꝙ presentatores.vt colligitur ex gl.in.c.quanto.lxiij. distin.iuncto.c.qd autem.j.eo.Item tractat de modico preiudicio patonorum si pendente lite alius instituat per ep̄m:sed electoribus fieret magnum preiudicium cum forte haberēt superiorē quem nō vellēt vel quem non expediret habere:merito aliud statuit cum cōtenditur de iure presentādi z aliud de iure
7 eligendi.†Quinimo plus sentit hic Io.and.ꝙ si contenderetur non super iure presentādi sed sup idoneitate presentandi[f] nō haberet locum finis huius.c.Idem vbi esset cōtentio inter episcopuz z patronū.pro hoc.c.cū vos.de offi.ordi.facit gl. xvj.q.vij.c.si plures.hec notabis.Et hec possunt adduci in argu.notabile quod patrono impedito currit tempus. z vide ad materiam qd dicam
8 in.c.cum propter.j.eo. ¶†In gl.[g] prima ibi,qd
9 acquirat iuspatronatus.no.bene gl.z eam sequūtur doc.z maxime pondera in eo quod dicit cōsensum ep̄i requirēdum pro quo facit scdm Hos. quod habetur in auf.vt nullus fabri.ora.do.col. v.nam quēadmodum a pñ.non licet ecclesiā constituere sine consensu ep̄i.vt in.c.nemo.de consec. dis.j.ita nec ex post facto iterum reedificare vt acquiratur iuspatronatus.z sic habes qd ex noua
9 cōstitutione quis acqrit iuspatronatus. ¶†Et hec faciūt ad aliam questionē quotidianam. pone ꝙ ecclesia sit sine dote nūquid ex noua dotatione acquirit iuspatronatus.Glo.in ca.pie mētis.xvj.qō.vij.sentit ꝙ non:q2 res sacra nō capit seruitutē:sed iuspatronatus est quedam seruitus ipsius ecclesie.Inn.s.eo.sup ru.z Io.and.in.c.j. eo.ti.lib.vj.eos cōiungendo concludunt qd si nō pōt haberi recursus ꝯ eum qui primo ecclesiam construxit vel cōsecrari fecit acquirit nouus patronus dūmodo de consensu ep̄i hoc fiat.Itē debet requiri primus patronus.pro hoc qd legi. z no.in.c.cum sicut.j.de cōces.eccle.vel alta. z hoc est bene notādum.nā quotidie accidit in capellis fundatis in istis ecclesijs ꝯuentualibus.nā fauo[h]re ecclesie hec cōstitutio dotis nō retrotrahit z videt dotata ante ꝯsecrationē sicut in simili cauet
10 matrimonio.vt in.c.tanta.j.q fil.sint leg. ¶†Et aduerte q2 nō sufficit ꝙ aliqd det ecclesie ad acquirendū iuspatronat⁹[h] sed op3 ꝙ detur ratione dotis:al's donans videtur potius benefactor: z nō acquireret iuspatronatus.nā iura indulgent patronatum non benefactori sed dotāt.d.c.filijs.et ideo sit cautus volens ecclesiā de nouo dotare vt
11 expsse dicat ꝙ ꝓ dote illa bona largit. ¶†Et in fi.gl.vult ergo glo. ꝙ primus desinat esse patronus[i].z ꝓ hac opi.benefacit text.in.l.qd tñ.ff.qui. mo.vsufru.amit.vbi dicit ꝙ si nauis reficiat per partes nō perdit vsufruct⁹ secus si ex toto dissoluatur z de nouo reficiat.z per hoc pōt responderi ad iura ꝯria alleg.in gloss.z hanc opiñ. sequit Cal.Ego intelligo hoc ꝓcedere qñ quis erat patronus ex sola constructione.sed si dedisset dotem vel fundū puto indubie ꝙ non desinat esse patronus:z sic erūt ambo patroni:primus ratione fundi seu dotis.secundus ratione noue ꝯstructionis pro hoc quod dixi super rubr.z pro predictis satis bene facit.§.affinitatis.insti.de nup.vbi p3 qd si due cause ꝯcurrūt ad quēlibet effectum z quelibet causa per se sufficiat:non sufficit ad extinguēdum effectū defectus alterius cause tantū. ¶In gl.in ver.qui maioribus.in fi.no.bene glo.nā idē potest dici in electis.z vide ad hoc gloss.in.c.ij.de offi.custo.z bo.tex.cum gl.in.c.monasterij.xvj.q.
12 vij.z in.c.l3.viij.q.j. ¶†Nūquid autem saluēt cōsciētiā qui eligūt idoneū cū poterunt eligere idoneiorē:vide ꝙ dixi in.c.constitutus.de ap.z quod
13 no.in.d.c.licet. ¶†Quero extra glo.de notabili z quotidiana.q.hic dicit ꝙ valeat p̄sentatio facta a plurib⁹:nūqd sit necesse vt conueniat maior pars[k] habito respectu ad oēs patronos:an sufficiat maior pars habita cōparatione ad minorez partez. exemplū quatuor sunt patroni:duo presentant vnū:tertius aliū:quartus aliū. presentatus a duobus nō habet maiorē partē omnium s3 h3 maiorem ptem habito respectu ad alios presentatores. Ioā.[l]and. dicit ꝙ aut pñtatio sit ab istis vt a collegio: z tūc requirit maior pars respectu totius collegij:z ꝓ hoc videret tex.in.c.ecclesia.s.de elec.Aut isti pñtāt tāꝗ singulares vt cōiter faciūt laici q de patrimonio habent iuspatronatus.z tunc sufficit maior pars respectu aliarum partiū.z sic intelligit istū tex.z not.singulariter hoc dictū:q2 facit ad multa.vbi eīn habent

Anto.Francis. ¶An eccl'ia destructa reedificata debeat iterato recōsecrari.Dicas ꝙ eccl'ia destructa reedificata retinet priora priuilegia z priores indulgētias quas habebat.vt p Inn.in.c.abbate.in fi.de sen. excom.z habet p gl.xvj.q.vij.in.c.z hic dicimus.z p gl.in regula ꝓuilegiū.de reg.iur.li.vj.z p Io.an.in.c.statutū.d elec.eo.li.z habet p bar. in.l.fi.de colle. illici.z p Bal.in ti.d pace ꝯstā.i.§.nos romanoꝝ.in vsi. feu.z in.l.ꝙ in rerū.in.§.fi.ff.d leg. j.putarē tñ qd si eccl'ia esset euersa a fundamētis z illa reedificaret eēt op⁹ noua ꝯsecratiōe q2 videret eē noua eccl'ia.si nautē nō esset euersa a fūdamētis:s3 forsan esset solum destructū totū nō esset opus noua ꝯsecratiōe sed forsan esset faciēda rebenedictio per ep̄m sicuti sit qñ eccl'ia est violata. vt i.c. si qs tibi.p Arch. xviij.q.iiij.
¶Iuspatronat⁹. Add Io.de ana. cōsi.xxiiij.
✠Sebasti.Sapi.
¶Patron⁹. vide Feli.in.c. cū accessissent.col.pe.ver. gl.fi.s.d ꝯstit.vbi dicit alle.gl. h qd iuspatronat⁹ pōt refici per pr̄onum sine licētia ep̄i qñ eccl'ia ē destructa z ad hoc qd mltū interest reficere z de nouo facere vide no.p Ias.in.l. ius ciuile.col.ij.ff. de iusti.z iu. z per alex.z alios.in.l.j. §.si qs edificiū.ff. de ope.noui.nū.
¶Maior pars. Adde Cal.ꝯs.ix. z.x.hoc ti.
✠Sebasti.Sapi.
¶Maior pars. Uide Feli.in.c.cū oēs.col.ix.ver.in gl.in ver.nihil valēt.s.de ꝯsti.
¶Io.Et istā doctrinā Io.an.sequtur Do.in.c.sicut post gl.in ꝓ.cōis. de electi.in.vj.de quo vide Pau.d leaza.in cōmento c.nobis.j.eo.z vide oīno do.Ant. in.c.cū oēs.de cōstit.in.viij.col.

✠ Sebasti. Sapia.
a ¶ Qd patronꝰ. Aduerte tñ ꝙ illud qd dr patronus laicꝰ pōt plures pñtare intelligit de duobꝰ tm. ita sin.no.cal.xvj. subti.de iurepat. quē refert ꝛ sequitur Feli.i.c.oēs leges.i.dist.ꝯrin tñ sentit.d.Ab.in.c. quāro.ꝭ.de iudi. col.ij.dum alleg. c.pastoralis.ī.co.
b ¶ Qm.vbi oīno vide ipm Ab.panor.post do.An. sup gl.fi.vbi etiā ponit qñ ꝟba pñtis tpis apposita sunt q̄ pñt referri ad tps ꝯfecti instrumēti ꝛ ad tps anteriꝰ vtrū ꝑsumat factū tēpore instrī ꝛ cōcludit ibi.d.Ant. ꝙ sic. ꝛ idē dicit ipse.d. Ant.in.c.post cessionē.xvj.col.i.c. fi.ꝭ.ꝺ ꝓba.ꝛ bar. i.l.ꝑdiā.ff.ꝺ acq. pos.ꝛ ꝑ anch.i.c. 1 ad aplice.i pe.co. de re iud.i.vj.soluēdo dictū bal.in 2 l.post dotē.ff.so. ma.Et de isto arti.annotariꝰ dcat 3 ꝯficere instrꝫ ꝑ ꝟba pteriti tpis vl pñtis.vide ꝑ bal. i.vsi.feu.ti.ij.ꝛ vide Jo.de imo.i.l. si sic.ꝭ.j.ff.de l:g. j.vbi dicit ꝙ non refert an notariꝰ scribat instrm in ꝑsona pma vl tertia.vt in.c.dudū. de cōuer.cōiu.Et vtrū sententia possit ferri in tertia ꝑsona vel debeat in prima vide.d. 1 Abb.in.c.examinat.de iud.vbi dicit ꝙ in prima:ſꝫ si ferat in tertia pure valebit ſꝫ ꝑsumetur lata sine scriptis.ꝛ allega. Spe.Sꝫ addo ꝙ idē dicit.d.Ant. in.c.qm̄ ꝯ.de ꝓb. in.xxxj.col.ꝟ.ex his.ꝛ dicit Pet. de anc.in.c.fi.de re iud.in pe.colū. lib.vj.ꝛ vide Inno.i.l.diuortio.in 2 pn.ff.so.mo.vbi dicit qd arbitri pñt ferre laudū in scda ꝑsona.et an iudex possit ferre sniaꝫ ꝑ ꝟba 3

plures explicare aliquē actū debes semꝑ aīaduertere vtrū habeāt hāc potestatē:vt collegiū:an vt singuli.vt primo casu requirat maior pars totiꝰ collegij.scdo casu sufficit maior pars respectu aliarū partiū.Et ꝑ hoc alias dixi ꝙ cessante iure speciali nō valet electio rectoris facta ꝑ scholares nisi interueniat maior pars totiꝰ vniuersitatis:nec sufficit maior pars ꝯparatiōe minoris partis.ꝛ idō si in vniuersitate sunt cētū ꝛ ꝗnquaginta eligūt vnū.ꝛ.xxx.eligūt alteꝝ:ꝛ alij aliū nulla electio valet:q2 nō reperitur facta a maiori pte totius vniuersitatis.nam scholares eligunt vt collegium:ꝛ nō vt singuli.ar.in.c.cum pro causa.de procu.et per Innoc.in.c.cum ab ecclesiarum.ff.de offi.or. 14 ꝛ ꝑ Bar.in.l.fi.ff.de colleg.illi.¶ †Et ex hoc decidtur alia qō nō minus no.nūquid patroni debeāt simul ꝯuenire in presentationis actu:an quisquis possit ꝑ se presentare;vel aliqui eorum alijs nō vocatis.Jo.an.ex predictis infert quod si isti habēt presentare vt collegium debent oēs vocari:alꝰ nō vacati possent agere de cōtēpto in.c.ꝙ sicut.ꝛ.c.bone.de elec.ſꝫ si pñtant vt singuli hoc nō est necesse.ꝛ no.hoc dictū qd etiā vr seq Fed. consi.xxv.alꝰ.xcvij.ꝛ pōt adduci.l.ꝑ fundū.ff.de serui.rusti.ꝑdi.Ego dubito an verū sit istd dictū ꝑ notabilē theoricā Bar.in.l.oēs populi.ff.de iu sti.ꝛ iu.vbi dicit qd siue a collegio ꝯsensus sit explicādus siue a pluribꝰ siue singulis:dūmodo in actu maior ps preiudicet minori pti semꝑ debēt isti esse simul ꝑ.l.iurisgētiū.in fi.ꝛ alias icipitˡ suū heredē.ff.de pact.ꝛ plus hoc mihi plꝫ,nā ex contrario dicto maior pars patronoꝝ posset negligere minorē partē q̄ si fuisset ꝑsens potuisset adducere minorē partē ad aliaꝫ presentationē:ꝛ facit qd legi.ꝛ no.in.c.ij.de arbi.lib.vj.

☞ Patronus etiā si sit clericꝰ nō habet ius instituēdi vel destituendi vel bona ecclesie patronate administrandi:sed tantum presentadi.
Clericus impetrans beneficium qd prius habuerat a laico:hoc nō expresso nō gaudet rescripto tanquam surreptitio.
Suspēsus maiori suspēsione iducit irregularitatē q̄ in clericis ipedit celebratiōes:secꝰ in minori.

Preterea. Excōicianꝰ patroni laici q clericos instituunt ꝛ destituūt in ecclesijs etiā patronatis vel bona ipsarū aliter administrāt:ꝛ clerici q institutionē laicorū recipiūt cōione priuētur.duo sunt dicta.scdm ibi:clericus. ¶ Casus literalis.Quidā laici proni in tantā audaciā prorūpunt:vt sine autoritate eporū clericos instituāt in ecclesijs ꝛ destituāt,possessiones ꝛ alia bona iura ecclesiarū ꝓ sua voluntate distribuūt ꝓpter quod lateraū.conciliū decernit illos anathemate feriēdos. clerici ꝟo qui manibꝰ recipiunt laicorū sine autoritate epi sui cōione priuētur:ꝛ si eas nō dimiserint ministerio ecclie ꝛ ordine deponanꝰ.Ber.¶ No.j.ꝙ †ex iurepatronatꝰ patronꝰ laicus nō ꝯsequiꝰ ius instituēdi vel destituendi vel bona ecclie administrādi:ſꝫ soluꝫ ius pñtadi:vt in.c.prece.ꝛ.c.vnico.ī.eo.li.vj.ꝛ hoc ꝓcedit etiā si patronꝰ sit clericꝰ.vñ bo.tex.xvj.q.v. c.j.vbi dr ꝙ si eps ꝯstruxerit eccliā i diocesi aliena solū pñtationē hꝫ:cōsecratio vero ꝛ institutio et totiꝰ ecclie dispositio ptinet ad epm loci:nec potest patronus sup hoc aliter statuere q2 nō potest immutare iuris disponē.ꝓ hoc tex.not.in.c.cum dilectus.de ꝯsue.facit qd no.Inn.in.c qm̄.ne prelati vices suas. facit.x.q.j.c.nouerint.vbi ptꝫ qd sup bonis ecclie nullā ptātē hꝫ pronus.facit ꝙ dixi sup rub.¶ No.ꝙ clericus recipiēs a laico ecclesiā non est ipso facto excōicatꝰ vel suspēsus maiori suspēsione:sed peccat mortaliter ꝛ debet cōione ꝑuari. ¶ †Ex quo ifero quod si impetraret hoc bñficiū nō expresso ꝙ prius habuerit a laico; nō valet impetratio:q2 si papa sciuisset nō ita de facili sibi cocessisset cū deberet ꝓpter delictuꝫ suum cōione ꝑuari:vt hic.ꝑ h.c.postulasti.ꝭ.de rescrip. ꝛ qd ibi no.Host.bene facit.c.qsquis.ꝛ qd ibi no. ꝭ.de elec.¶ †In glo.fin.ibi:hoc dicere videntur ꝛ de intellectu istorū capitulorū,vide quod no.in d.c.quisquis.in gl.iij.ꝛ pōt dici ꝙ iste sit suspēsus suspēsione minori:vt ibi:non aūt maiori q̄ inducit irregularitatem in celebrante,facit qd legitur ꝛ no.in.c.fi.de cleri.excom.mini.

1 ☞ Presentandi si sint duo a patrono:prefertur ille qui fuit missus in possessionē ꝛ institutus:licet alius reperiatur añ ipsum institutus.7.8.
Iuspatronatus nō pōt ꝯcedi inter viuos sine autoritate epi.alꝰ secus.9.
2 Presentatus nō querit aliquod ius in ecclesia ex sola presentatione.intellige vt.ī.nu.7.
3 Patronus pōt variare in pñtando ante instōnē epi.s.accumulādo nō aūt ꝓsus recedēdo a pria.
4 Instrm pōt loq ꝑ ꝟba pteriti tpis lꝫ actus fiat i presenti.Itē pōt loqui i tertia ꝑsona ꝛ in prima.
5 Testis presumiꝰ iuratus qñ deposuit:si in actis appareat ꝙ talis testis iuratus sic deposuit.
Explicari. †Si festum natiuitatis occur-rit sexta feria licitum est car-nes comedere: exceptis professis ⁊ vouentibus. Cōis diuisio. secunda, ibi respondemus. ¶ Casus literalis. Episcopus pragensis postulabat a domino papa si licitum esset vti carnibus cū festum natiuitatis peragerē in sexta feria: hoc est in die veneris. Respondet papa qd illi qui nec voto. nec regulari obseruātia sunt astricti in sexta fe-ria si festū natiuitatis dñice die ipso venire cōtigerit carnib⁹ propter festi excellentiam vesci possunt fm consuetudinē ec-clesie gñalis. Nec tñ hi reprehendēdi sunt qui ob deuotionē voluerint abstinere. Ber. ¶ Not. primo ꝙ regulariter in die veneris non est licitum vti carnibus. ⁊ illas dies duntaxat per totā septimanā esse in precepto: vt in. c. de vsu carnium. ⁊ quod ibi not. de consecra. dist. iij. nunquid aūt tunc sit ieiunā-dum. fuerunt opi. sed cōmuniter tenetur ꝙ non ex precepto: sed ex consilio tm̄ sexta feria est ieiunanda: vt not. per Inno. s̄. eo. super rub. ¶ Not. secundo ꝙ quis pōt se voto astringe-re vt nō comedat carnes etiā in dieb⁹ alias prohibitis sicut hic patet in sexta feria. ¶ Nota. tertio ibi voto nec regulari ꝙ regularis non tenetur ex voto abstinere a carnibus sed ex regula. ex quo colligitur argu. opti. religiosum non obligari ex voto ad omnia que continent̄ in regalari obseruātia: sed votū dūtaxat versar̄ circa tria substantialia regule de qbus in. c. cū ad monasteriū. in fi. de sta. reg. ⁊ in hac opi. fuit etiam beatus Tho. ⁊ Archi. post eum. xxvij. q. j. in. c. j. dicā in. c. nā cōcupiscentiam. s̄. de const. ¶ †Item no. ꝙ ꝓpter excellen-tiam diei detrahitur abstinentie ⁊ macerationi carnis et sic videtur qd in die festo non solū spiritualiter homines gau-dere debēt: sed etiam cū honestate possunt in cibis aliquam delectationem accipere: ⁊ in hoc tene menti istum text. facit etiam vt cessante iactantia possunt tunc homines licite vti vestib⁹ magis preciosis in veneratione festiuitatis. ¶ †No: ibi scdm ꝯsuetudinē ecclesie generalis tex. semꝑ menti tenen-dum ꝙ consuetudo valet in relaxatione ieiunij, et obseruātie indicte per ecclesiā. ⁊ facit optime iste tex. pro glo. in in. c. pre-cedenti. ⁊ contra dictum Hostiē. ibi: quod etiā recitaui super rubri. Sed pro concordia dico ꝙ aut consuetudo potest in se habere causam rationabilem ⁊ honestam: ⁊ valet: ⁊ sic intel-lige istum tex. nam propter venerationem tante festiuitatis consuetudo fuit hic fulcita ratione. secus aūt vbi cōsuetudo non habet in se rationem: vt quia cōsuetudo fuit inducta vt homines intenderēt ventri. ⁊ propter festa ⁊ gaudia tempo-ralia. ⁊ hoc casu salua dictum Hostien. nam cōsuetudo non valet contra ius: maxime in concernentibus salutē anime ni si sit rationabilis. vt in. c. fi. de consue. ⁊ in. l. ij. C. eo. tit. ¶ Ul-timo no. contra opi. vulgariū qui credūt hoīes peccare absti-nentes a carnibus feria sexta in die natiuitatis. naꝫ merētur ex abstinentia: omni enim die ieiunando homo magis me-retur. vnde dicit Hierony. vtinam omni die ieiunare possem nam legitur apostolos ieiunasse in die pēthecostes: vt habet̄ in. c. vtinam. lxxvj. distin. dummodo non fiat ex superstitiōe. ¶ In glo. j. in fi. hec glo. non exēplificat clare tex. sed intelli-git de voto generaliter emisso: quod potest dupliciter intelli-gi. Primo quando quis vouit nūꝙ̄ comedere carnes. ⁊ tūc scdm oēs indubie non pōt talis comedere in festo natiuita-tis etiam si non veniret in feria sexta: qr ex quo nullū diem ex-cepit generaliter indistincte intelligi debet vt hic. et in cap. fi. xxxij. quest. vlt. Secundo potest intelligi de eo qui vouit non comedere carnes feria sexta. forte enim prius de facto come-dit ⁊ postmodum facti penitens emisit votum. ⁊ tunc etiam tenetur abstinere in die natiuitatis per rationem gloss. qr ex quo vouit generaliter tenetur abstinere in qualibet sexta fe-ria. ⁊ hunc intellectum videtur approbare Joā. an. super tex. sed super gl. ista ipsum reprobat dicens tale votum referen-dum ad esum illicitum nisi habuisset animū hunc diē inclu-dendi. argu. c. petitio. de iureiur. ⁊ c. ad nostrā. el. iij. eo. titu. et l. adigere. §. vlt. ff. de iurepa. sed precedēs opi. verior. ⁊ in eam vidēnt̄ inclinare moderniores. nam si intelligeret̄ votum de esu illicito iste vouisset deo de vetito. vñ vt videat̄, deo aliqd offerre debet intelligi ꝙ abstinebit feria sexta etiam si al's lici-te possent carnes commedi. ⁊ hoc videtur velle iste text. pro hoc etiam adde aliam rationem. nā dispositio debet semper intelligi vt nō sit inutilis: sed vt aliqd opet̄ in. c. abbate. j̄. de verb. signi. ⁊ in. l. quoties. de ver. obl. sed si votū predictū re-fertur ad esum illicitū de nihilo seruiret deo illud votū. argu. in. l. qui his. ff. de verb. oblig. ergo debet generaliter intelligi
4 vt comprehendat etiam esum licitum. †Et ex hoc infero ad no. dictum qd vbi constitutio disponit id quod ius commu-ne vt aliqd vltra sublato iure cōi non tollitur constitutio si-cut hic non tollitur votum concurrens cum iure communi ⁊ disponens aliquid vltra. ⁊ sic limita. c. j. de consti. lib. vj.

¶ De purificatione post partum. Rubrica.

¶ Supra visum de ieiunijs indictis ob reuerentiam sancto-rum sequitur merito videre de purificatiōe post partum que fuit indicta ob reuerentiam ecclesiarum.

Veniens. Mulier post partum sta-tim potest ingredi eccle-siam nec tenetur abstinere per aliquod dies fm legē mosaicā. Primo ponitur decisa con-sultatio. Secundo dubij fortificatio. ibi: licet. Tertio solutio ibi: qr. Quarto ꝑmissio ibi: si tñ. ¶ Casus literalis. Quesitū fuit a papa ꝑ quantū tp̄s de-beat mulier post partum ab ingressu ecclesie abstinere fm le-gē mosaicā certi dies determinati erāt qbus mulier ab igres-su ecclesie post partum abstinebat. sed quia per Jesum chri-stum veritas facta est ⁊c. Rñdet papa ꝙ postꝙ̄ vmbra eua-nuit ⁊ ꝟitas illuxit euāgelij: si mulieres post partū voluerint ecclesiam intrare acture gratias deo nullū est peccatum: nec aditus ecclesie illis est denegandus: ne pena illis videatur in culpam cōuerti: tñ si aliquādiu voluerint abstinere nō est improbandum. Ber. ¶ Nota primo ꝙ p̄cepta veteris testa-menti nō sint hodie obseruanda. ꝙ intellige de p̄ceptis figu-ratiuis seu cōtinentibus cerimonias. secus in p̄ceptis concer-nētibus mores: vt est illud. Honora patrē ⁊ matrē. Non me-chaberis ⁊ simi. de his vide tex. cū glo. vj. di. §. ex his dicā la-tius in. c. fi. de cōsue. ¶ No. ij. ꝙ mulier in partu nullum pec-catum cōmittit: lꝫ in cōceptione possit peccatū cōmitti. iuxta illud psalmiste. Et in pctis concepit me mater mea: q̄ verba intellige vt legi. ⁊ not. in. c. vir cū ꝓpria. xxxiij. q. iiij. in ꝑtu tñ nullū pctm̄ incurrit intellige rōne partus sed potius patitur dolorē. ¶ Itē no. arg. ꝙ criminosus nō dꝫ ingredi. ecclesiam ita videt̄ ꝑma frōte innuere lr̄a a cōtrario. sꝫ ꝯrium est veruꝫ vt no. in. d. c. vir cū ꝓpria. vbi bon. gl. ⁊ facit. c. eps nullum. de cōse. dist. j. nā ⁊ christus non remouit a se iudam: sed excōica-ti debēt bene ab ecclesia expelli. xxj. di. in. c. cleros. ⁊ not. in. d. c. vir. cū ꝓpria qd limita vt habet̄ in. c. respōso. j̄. de sent. excō. ¶ Itē not. ꝙ arbitrans vel habēs cōscientiam grauatā pōt licite ob deuotionē abstinere ab ingressu tēpli donec bñ pur-getur. Nunquid aūt tp̄e purificationis vel mēstrui teneatur mulier reddere debitum viro: vel ecōuerso. vide tex. cum glo. v. dist. in. c. ad eius. ¶ In glo. j. ibi: sed pro femina: ⁊ rationē inter feminam ⁊ masculum vide per glo. v. dist. in. §. j. ad fi. ⁊ vide glo. in cle. j. de summa trinitate.

a ¶ Peccāt. Et fa-cit ad. q. quam po-nit. d. Chr. por. in §. sed qd principi in fi. de insti. de iu-re natu. gē. ⁊ ciui. vbi q̄rit pone qd scholaris medio-lanensis reperiat se in studio tp̄e q̄ mediolanēses ex priuilegio sancti Ambrosij vescun-tur carnib⁹ an et ip̄e qꝫ poterit co-medere carnes. vi-de ibi per eum.

Sebasti. Sapia.
a ¶ Peccant. Idē dicit Card. in cle. dignū. d cele. mis. col. v. qd auteꝫ de mediolanensibus an possit comede-re carnes tp̄e car-nis priuij medio-lanēsis in alijs lo-cis vide Christo. por. in. §. sꝫ ꝙ prin-cipi. in fin. insti. de iure natu. gē. ⁊ ci-ui. ⁊ ad hec vide oīno dñm meum in. d. c. fi. de cōsue. col. cxxxix.

¶ De ecclesijs edificandis vel reparandis. Rubrica.

¶ Supra visum de ecclesiarum cōsecratione: sed quia eccle-sie cōsecrate quādoꝫ ruunt ⁊ sic reparatione indigēt: quan-doꝫ ꝟo ex necessitate de nouo edificari debēt: merito subij-citur rubrica de ecclesijs edificandis vel reparandis: vel con-tinua magis ad ꝓxima sic. ¶ Supra visum est in rubricis precedentibus de veneratione ecclesiarum ⁊ sanctorum: sed quia ad decus ecclesie pertinet reparare eam vel nouiter edi-ficare. ideo subijcitur hec rubrica.

1 ☞ Beneficiatus debet contribuere in reparationem eccle-sie pro rata beneficij: deductis redditib⁹ necessarijs ad eius victum. 2.
3 Ecclesia diruta cuius expensis debeat refici.
4 Parochiani tenent̄ in subsidiū ad refectionem ecclesie: vbi diuina percipiunt: nec possunt renuntiare vsui ecclesie.
Uicini qui tenētur ad refectionem alicuius putei: an possint renuntiare vsui dicti putei. ad hoc vt non teneantur. vide re-missiue.
Episcopus cū capitulo an possit deputare fructus beneficio-rum vacantium pro fabrica ecclesie.

1 **Quicunq;.** †Breue est: z per alia v̄ba sic pōt summari. Habentes beneficiū in ecclesia tenenť cōtribuere ad ipsi⁹ reparationē. ¶ †No. j. ꝙ ne-
2 dum rector parochialis ecclesie teneť ad fabricā ipsi⁹ ecclesie: vt in. c. de his. j̃. eo. z. xvj. q. j. si monachus. sed etiā minores beneficiati in ipsa ecclesia & hoc innuit ista l̄ra in ver. ecclesiasticū b̄n̄ficiū. z in ver. adiuuēt. z hoc probo clarius per. c. fi. s̃. de his q̃ fi. a ma. par. c. vbi canonici vltra ep̄m cōpellūtur ad fabricam ecclesie. z intellige hoc ꝙ illi tenētur pro rata beneficij arg. eorum que not. Bar. in. l. iiij. ff. de re iudi. ꝙ intellige videlicet ꝙ solum tenētur dare de sup̄fluis. i. de redditibus qui sup̄sunt deductis reditibus pro necessarijs eorū: q2 nō teneť clericus ad fabricaz vltra q̄ facere pōt deducto, eo ne egeat. text. est no. j̃. e. de his q̃ tenebis menti. ¶ In gl. j. ibi: nā z ipse fructuari⁹. no. gl. in eo qđ cōparat beneficiatū vsufructuario de quo vide glo. latiorē in. c. p̄nti. de offi. or. lib. vj. alibi eq̄parauit eum vsuario.
3 vt not. in. c. fi. de pign. z ibi dixi in. c. fi. de pecu. cle. ¶ †Et in fi. glo. vult ergo glo. vt primo recurrať ad quartā deputatā fabrice ecclesie. dic latius colligēdo dicta doc. z multa addēdo ꝙ primo recurrendū est ad cōsuetudinē. Si em̄ ꝯsuetudo transfert on⁹ fabrice in populū illa seruanda est. ar. c. ad apostolicā de simo. idē dico nisi aliter dispositio sp̄aliter prouideret nā videm⁹ hodie ꝙ cōiter ecclesie p̄cipue cathedrales habent redit⁹ distinctos pro fabrica: tunc em̄ p̄lat⁹ nō tenetur dare quartā partē suorū redituū: q2 in hoc valet consuetudo ex quo ecclesia nō patiť defectū in fabrica. nā videm⁹ hodie ꝙ nō fiūt quatuor partes de reditibus ecclesie: vt antiqua iura disponebāt. xij. q. ij. c. quatuor. z. c. cognouimus. z. c. de reditib⁹. z ꝙ vз cōsuetudo tз Inn. in. c. fi. de his q̃ fi. a ma. par. c. intelligo tū qđ ep̄s non possit se excusare quominus pauperibus prouideat: licet reditus sint in confuso: q2 talis consuetudo esset irrationabilis. xvj. q. j. c. fi. Et idem dico quo ad casum nostrum ꝙ si nulla est cōsuetudo de quarta parte fabrice nō valeret quomin⁹ p̄latus teneať ad quartā ꝑ tex. aptuз in. d. c. cognouimus. tз Host. in sum. e. ti. §. ad fi. Si v̄o quarta pars nec sufficit nec ꝯsuetudo aliter disponit recurrendū est ad clericos ecclesie: vt hic. z. j̃. eod. de his z intellige si redi-
4 tus eis sup̄sint. †Si aūt reditus nō supersunt cōpelluntť vltimo loco parochiani ecclesie. nā ex quo ꝑcipiūt ibi diuina tenenť ad refectionē ecclesie. ar. in. c. si ep̄s. de offi. ordin. lib. vj. nec posset parochianus volēdo euitare onus cedere vsui ecclesie: q2 hoc non depēdet a facultate sua: vt in. c. omnis. de
5 pen. z re. ¶ †Quid aūt de vicinia habente puteū[a] vel porti-
a cū seu clibanū cōem nunqđ possit aliqs de vicinia renuntiare vsui z euitare onus refectionis. vide Specu. in tit. de censi. § ij. versi. itē pone. addē etiā ad p̄dicta qđ not. Inn. in. d. c. fi.
6 ¶ Nunqđ aūt posset ep̄s cū cap̄lo deputare ad fabricā necessariā ecclesie cathedralis fruct⁹ beneficiorū vacātium. dic vt plene not. Ioan. and. in. c. si propter. de rescrip. lib. vj. z conclusio est qđ sic: si ep̄s z canonici nō sufficiūt. ar. in. c. j. de reb. eccle. non alienan. lib. vj. eodem modo dic de reditibus capellarum deputandis ad fabricam plebis. de quo dic ꝙ per Fede. con. ccvij. alias. ccxvij.

Zacharias.
a ¶ Puteum. Adde Spec. in tit. de censi. §. ij. v̄. pone quedam vicinia. Bar. in. l. j. imperator. §. si centū. z ibi Dy. ff. de leg. j. Bal. z Moder. in. l. iiij. §. actor. de re iudi. z in. q. huius in. l. penul. in fi. de condi. inser. Alexā. oīno, in. l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcē. et Cardi. in cle. j. in prin. x. not. de excess. prela.

1 ☞ Leprosi debēt habere propriam ecclesiaз z presbyterum nec se cū alijs cōicare: nec debent soluere decimas de eoꝝ hortis ad vsum suum destinatis; alias secus.
2 Leprosi non debent sepeliri cum alijs christianis.
3 Priuilegium tangens preiudicium tertij etiam cōcessum ex causa pietatis: est stricte intelligendum.
4 Pauperes tenentur ad solutionem decimarum.
5 Fratres minores non soluūt decimas hortorū quos habēt ad ipsorum vsus: secus de illis ex quibus exponunt fructus venales.
6 Leprosi non dicuntur facere collegium religiosum.
7 Hospitali vel collegio leproso z an possit prefici religiosus.

Cum dicat. Hoc intendit leprosi permitti debent sine preiudicio antiquarū parochiarū habere ecclesiā ꝓpriaз z presbyterū: nec tenenť soluere decimas de hortis vel nutrimentis animaliū. Due sunt partes. secunda ibi: statuimus. prima subdiuidiť secūda ibi: caueant. ¶ Casus literalis. Quia leprosi cū sanis habitare non debent: ne vna ouis morbida inficiat sanas oues. leprosi ipsi volebant construere ecclesias in locis in quibus moranť: impediebanť a rectoribus parochialiū ecclesiarū. statuit conciliū lateranen̄. vt vbicunq; tot simul leprosi fuerint cōgregati sub cōmuni vita ꝙ ecclesiā cū cimiterio possint construere z propriū presbyterū habere sine contradictione alicuius hoc faciant. caueant tamē qđ de iure parochiali veterib⁹ ecclesijs iniuriosi nequaq̄ existant: q2 qđ ex proprietate conceditur ad alioruз iniuria redundare non debet, de hortis tū: z nutrimētis animalium suorum decimas soluere non cogātur. Ber. ¶ No-
1 ta primo † qđ regulariter non permittiť edificatio noue ecclesie intra parochiā alterius. hoc em̄ ꝓbať hic ꝑ locū a speciali. si em̄ ex causa permittiť hoc leprosis: ceteris videť interdi-
2 ctū z hoc. j̃. c. prox. ¶ †No. secūdo arg. pro z contra: nūquid leprosi deberent sepeliri in cimiterijs vna cum alijs x̄pianis. ex quo enim permittiť eis cimiteriū videtur qđ cum alijs sepeliri non debeāt: q2 al's ista cōcessio nō haberet causam rationabilem. In contrarium facit quia ex quo nō precipitur vt habeant cimiteriū speciale sed permittiť: videť qđ eis li-
3 ceat vti iure cōi. z vide qđ dixi in. c. sacris. de sepul. ¶ †Not. tertio ꝙ priuilegiū est stricte intelligendum quaten⁹ tangit preiudiciū tertij: lз sit concessum ex causa pietatis. z sic est hic tex. pro dicto Inno. in. c. cū dilecti. de dona. de quo per bart.
4 in. l. beneficium. ff. de cōsti. prin. ¶ †Itē not. ar. ꝙ pauperes tenenť ad solutionē decimarum. vides enim qđ leprosi tenētur q cōiter sunt pauperes z solum ex priuilegio eximunť in duobus casibus. de quo vide bo. gl. xij. q. j. c. quia tua. z. xvj. q. j. c. quicunq;. z vide quod dixi in. c. cum homines. s̃. de de-
5 cimis. ¶ †Quero nunqđ de omnibus hortis teneantur soluere decimas. dicunt doct. ꝙ non: z tex. est intelligendus de hortis deputatis ad vsum eoꝝ: alias possent facere fraudes deducendo omnes possessiones ad hortos. z sic priuilegium esset valde nociuum contra. c. suggestum. de deci. quod not. nam ita debemus intelligere exemptionem quam habēt fratres minores vt de proprijs hortis non teneanť ad decimā scз de deputatis ad vsum proprium secus autē si vellent olera exponere ad vendendū. de quo in cle. exiui. de verbo. signi. ¶ Secundo queriť quid intendat ista litera in secundo casu dū dicit de nutrimentis animalium dic. i. de animalib⁹ que nutriunt proprijs expensis. de quo vide tex. cum glo. in cle. j.
6 de deci. ¶ †Ultimo queritur nunquid isti leprosi faciāt collegium licitum z religiosum. Inno. dicit qđ sic. z hanc dicit fuisse causam concedendi hoc priuilegiū. Hostiē. z Ioā. an. sentiunt cōtrariū: nam isti non possunt dici religiosi licet cōmuniter viuant: q2 nō profitentur tria substantialia regule. z in hoc optime loquunť: q2 illi dicuntur stricte religiosi qui tria profitenť: de quib⁹ in. c. cū ad monasteriū. de statu reg. ad hoc vide gl. in cle. j. de rel. domi. z in cle. pe. de sen. excō. dixi super rub. de reg. vel plus dicūt Io. ang. z Hosti. scз nullibi probari qđ leprosi faciunt collegium licitū nullus em̄ tex. super hoc disponit. iste enim text. nō dat eis iura collegij sз ex pietate concedit aliqua priuilegia, puto posse sustineri quod faciunt collegium licitum z approbatū. nam ex quđ habent materiā licite cōueniendi in vnum: vt hic ergo faciunt collegium. vt not. Innoc. z in. c. cum ab ecclesiarū. de offi. or. facit tex. in. l. j. ff. de colle. illici. vbi plus probat ille tex. ꝙ pauperes faciunt collegium licitum et possunt simul conuenire pro sustentatione vite eorū tamen non possunt conueniri nisi singulis mensibus. vt ibi. z clarius tenet Bart. in. l. fi. ff. e. forti⁹ ergo dicendum in istis leprosis qui habent materiam licitā conueniendi simul quasi continue. pro hoc facit text. ibi fuerint cōgregati. i. approbat ergo ius eorū congregationē ergo
7 possunt facere collegium z habere iura collegij. †An religiosus possit prefici istorum hospitali seu collegio: fuit alias obtentum ꝙ sic. vt recitat Ioan. andr. sed tu melius distingue prout habes glo. no. in cle. q2 contingit. de rel. do. ¶ In glo. prima ibi: vel etiā pauciores. etiam vnus sufficeret s̄m Vinc. z Tancre. sed hoc non consonat litere. sз litera habuit respectum: q2 communiter vnus leprosus nō sufficit ad cōstructionem vel dotationē ecclesie; si enim reperiretur sufficiens permittēd⁹ esset. Et intellige ꝙ cū licētia ep̄i debeat ecclesia edificari. de cōsec. distin. j. nemo. facit. c. pastoralis. j̃. de priuil. et si episcopus non vellet consentire debet recurri ad superiorē. arg. in. c. nullus. de iurepatro.

1 ☞ Ecclesia pōt edificare intra parochiā ex causa: puta qñ aliqui sunt nimis distantes ab ecclesia parochiali.
2 Ecclesia parochialis non debet construi intra parochiam alterius ecclesie sine causa: de qua nu. 3.
4 Patroni plures possunt esse in eadem ecclesia.
Iuspatronatus requiriť in ecclesia per dotationem factam. licet vnus minus dederit in dotem q̄ alius.
Iuspatronatus non queritur ex non sufficienti dotis constitutione: ad quem integraз potest patronus compelli si vult ius patronatus exercere.
5 Fundans ecclesiam potest precise compelli ad eā dotandā.
8 Iuspatronatus potest habere vna ecclesia in aliam: intellige vt

ge.vt.j.nu.10.11.

7 Ecclia pōt ex magna necessitate de qua hic ꝯstrui sine dote.

8 Ecclesia etiam sita intra parochiam alterius non presumitur subiecta nisi ecclesie cathedrali: ꝛ asserenti contrarium incūbit onus probandi.

9 Statutum dubium recipit interpretationem a cōmunibus regulis suis.

10 Dotans ecclesiā ex reditibus beneficij sui acquirit iuspatronatus illi beneficio ꝛ non consanguineis suis.

11 Patronus non potest reseruare in fundatione ecclesie vt ius instituendi presentatum pertineat ad inferiorem epō.

14 Decime an debeantur ecclesie plebis: an capellis positis inter plebanatum.

Oblationes istud verbum comprehendit omnes reditus cuiuscunqȝ qualitatis.15.

16 Episcopatus an ꝛ quo casu possunt diuidi per papā vel ecclesia parochialis: videlicet parochia per episcopum.

Ad audientiā. ¶†Propter nimiā distātiam ecclesie potest noua ecclesia in ipsius parochia edificari et certa portio in antiqua sibi deputari. Primo ponit facti narrationem. Scdo prouisionē ibi: quia igitur. que primo prouidet qn̄ rector cōsentit. scdo qn̄ dissentit ibi si ꝟo.

¶Casus literalis. Quedam villa tm̄ distabat a parochiali ecclesia ꝙ tpe hyemali cū pluuie inūdāt sine magna difficultate ipsam eccliam adire nō poterant ꝛ diuinis officijs interesse vn̄ dn̄s illius ville petijt a dn̄o papa vt ibi possit eccliam construere quam dotare volebat ꝛ maior ecclesia intantum abūdabat ꝙ nullū vel modicū preiudiciū ꝑ hoc fieret eidem sine obuētionibꝰ velle. Un̄ mādat papa dioc. epō quatenus si est ita ecclesiā ibi edificet ꝛ sacerdotē ibi instituat ad presentationē rectoris maioris ecclesie cu ꝯsensu patroni ꝑcepturū obuentiones illius ville ꝓuideat tn̄ vt cōpetēs in ea honor fm facultates illius loci ecclesie matrici seruet̄ qd quidē fieri pōt q2 dn̄s eiusdē ville. xx. agros terre illi ecclie assignare velit si autē rector matricis ecclie opus illud voluerit impedire vel presbyterum idoneū distulerit p̄sentare: archiepūs nihilominus opus fieri faciat ꝛ p̄sbyterū instituat. Ber.

2 ¶†Not. ii. ꝙ regulariter ecclesia parochialis nō debet construi intra parochiam alterius. nam si hoc ꝑmittit̄ hic ex cā: ergo regula est in ꝯriū nulla cā subsistente. ꝓ hoc. c. pn̄ti. §: loca. de preben. lib. vj. non enim debet sine cā parochia ecclesie diuidi. sic intellige gl. not. xcix. di. in. c. nulli est eñ ista alienatio iurium ecclesie q̄ sine cā fieri nō dȝ: vt in. c. j. de rebꝰ ecc. nō alie. lib. vj.

3 ¶†Scdo no. vnā causam licitā diuidēdi parochiā antiquā ꝛ construēdi nouā ecclesiā qn̄. s. parochia antique ecclesie est adeo ampla ꝙ tpe discriminoso populus nō pōt debitis horis ad diuina ꝯfluere.

4 ¶†Tertio no. ꝙ ex cōstructione vniꝰ ecclesie plures pn̄t effici patroni. nā vt hic vides antiqua ecclesia efficit̄ patrona ipsius capelle. q2 sibi donauit obuētiones spirituales illius ville. Itē dn̄s ville efficit̄ patronus q2 posuit fundū ꝛ dedit residuū dotis. ꝛ ꝓ hoc vide bo. glo. xvj. q. vij. c. pie mētis. ꝑ doc. in. c. j. de iurepa. ꝛ vide gl. no. lxiij. dis. in summa. q̄ dicit ꝙ licet fundatores ecclesie qualr̄ nō contribuerint ad donationem ipsius: tn̄ non efficiunt̄ patroniꝰ et ita est patronus ille q dedit modicū: sicut ille qui dedit multum. illā tn̄ glo. limita qn̄ in donatione omniū ecclesia hȝ cōpetentē dotē. si ꝟo nō ꝯsequit̄ dotē integrā ꝛ sufficientem nō adipiscitur iuspatronatus. ad hoc vide gloss. singula. quam tenebis semꝑ mēti. in. c. quicunqȝ. el. ij. xvj. q. vij. Et ex hoc habes vnū remediū ꝯpellēdi edificatorē ad dationē sufficientē dotis: vt admittat̄ volēs exercere iuspatronatꝰ.

5 †Do ꝛ alid remedium vt directe cōpellat̄ ad sufficienter dotandū q construxit ecclesiā vel capellā: b q2 ex ꝯstructione tacite se ad hoc obligauit. ad hoc tex. no. in. c. cū sicut. de cōse. eccl. vel alta. et vide qd ibi dixi.

6 ¶†Item not. ex hoc ꝛ ex tex. ꝙ quēadmodū laicus acqrit ius patronatꝰ edificādo vel dotādo eccliaȝ ita ꝛ ecclia acquirit iuspatronatus in ecclesia quam sumptibus edificauit: ꝛ de hoc. j. latius. ¶Itē not. ibi: pro facultate loci ꝙ capella edificata intra parochiam antique ecclesie debet ꝓ ipsius facultate aliquē honorē tribuere ipsi ecclesie matrici: puta censum annuum vel aliquid simile. et de hoc. j.

7 ¶†In glo. ij. in fi. vult ergo glo. capellā nō esse edificādā si ex subtractione redituum illius ville non valet sacerdos antique ecclesie congrue sustētari. Hoc dicit hanc glo. eē corrigendā q2 si imminet periculū animarum debet epūs ꝓuidere ꝛ huic necessitati adhibebit hoc remedium. nō cōpellet priꝰ populū ad subueniēdū p̄sbytero cappelle ꝛ si populꝰ nō sufficit cōpellet abbatē ꝛ prepositū cui capella est subiecta: istis deficientibus epūs prouidebit de suo. arg. in. c. fi. j. eo. ꝛ si non potest vltimū refugium erit sacerdos instituendus in capella querat sibi victum manibus ꝛ industria. arg. xcj. dist. clericus victū. nā propter penuriam dotis non dȝ epūs pati periculum animarum: puta si ꝓpter longā distātiam sepe decederent homines sine sacramentis. ꝛ hoc dictum nota. singlr̄ ex quo collige ꝙ vbi de necessitate ecclesia est edificanda. seu construenda potest construi sine dote: ex quo non reperitur modus ipsam dotandi. sic limito. c. nemo. de ꝯse. dist. j. quod dicit sine dote ecclesia nō esse edificādā. d. Ant. dicit glo. posse sustineri vt ecclesie edificentur sed nō cum tanto preiudicio antique ecclesie. dico ꝙ glo. habuit intellectū quē sentit Hosti. ꝛ optime loquitur relata ad tex. nec miret̄ reprehēsionem Hostien. q2 papa mādat hic capellā edificari sub conditione si preter reditus ville pōt minister antique ecclesie cōgrue sustentari: ergo si non potest cessat mandatū pape. Sed si queratur de iure quid fiendū dicerē distinguendū: ꝙ aut non est magna necessitas sȝ aliqualis incōmoditas: ꝛ tunc habet locum qd dicit ista glo. vt non edificet̄ ex quo non pōt hr̄e sufficiētē dotē. ꝛ ita loquit̄ ista lr̄a: aut subest magna necessitas vt quia populus decedit sepe sine sacramentis: ꝛ tunc serua dictum Hosti.

8 ¶†In glo. iij. ibi: q2 ille est eis subiectus: aduerte q2 hec ratio est falsa ꝛ nullo iure ꝓbat̄ imo iste tex. probat contrariū nam reseruando antique ecclesie patronatū ꝛ cōpetentē honorē pro facultate loci videt̄ in ceteris illam capellā eripere a ptāte rectoris antique ecclesie. Itē nulla ecclesia citra cathedralem fundat intentum suum de iure cōi super obiectione alterius ecclesie etiam si sit fundata in parochia sua. vn̄ ecclesia volens sibi vendicare ius in alia ecclesia tantū obtinebit quantū ꝓbabit ex iure speciali sibi cōpetere. ad hoc text. ꝛ cōis doct. theorica in. c. dilectus. de capel. mona. dic ergo ꝙ p̄sentatio ecclesie debet fieri per ministruȝ antique ecclesie: q2 ad eum pertinet patronatus illius capelle: ex rōnibus superius dictis.

9 ¶†Et in fi. gl. hanc vltimaȝ solutionē sequit̄ Inno. ꝛ Host. ꝛ cōiter doc. ꝛ mihi satis placet vt sic iste text. loquens ꝑ verba dubia recipiat declarationē a cōibꝰ regulis iuris. ar. in. c. cū expediat. de ele. lib. vj. ꝛ in l. vnica. ff. de inof. do. ꝛ. l. si seruus plurium. in fin. de legat. j.

10 ¶†Et ex his ꝛ ex hac glo. ꝛ ex supradictis habes ꝙ ecclia acqrit patronatum in ecclesia fundata intra parochiā suaȝ. nūquid aūt hoc sit verū indistincte. Inn. in. c. cum venerabilis de excep. sentit ꝙ sic. ꝛ sic refert ꝛ tenet Ioā. andre. in. c. j de capel. mo. lib. vj. sed tu aduerte q2 nō est aliqs text. in iure qui loquat̄ de hac materia p̄ter istū ꝛ super isto pōt fundari opi. doc: sed iste tex. non ꝓbat hoc simplr̄: sȝ loquit̄ qn̄ ecclia antiqua contulit de suo ecclie nouiter cōstructe. si aūt ecclia antiqua nil de suo ꝯtulisse a nullo iure ꝓbat̄ ꝙ efficiat̄ p̄rona. ꝛ ideo restringe dicta doct. fm istum text. sic intellectū. et ꝙ aliter nō acquirat patronatū. adduco in. ar. s̄. c. proxi. vbi non seruat patronatus antique ecclesie q̄ nihil de suo contulit. Itē patronatus acquirit̄ altero de tribus modis cōstructione: fundatiōe: aut dotatiōe: vt no. gl. xvj. q. vij. pie mētis. sed ex edificatione intra limites parochie duntaxat ecclesia antiqua non ponit fundū: q2 non hȝ proprietatem illius loci neqȝ dotem neqȝ sumptus ad ꝯstructionē: ergo nō acquirit patronatū. ꝛ facit. c. qm̄ de iurepa.

11 ¶†Sed dubitat̄ de qōne quā hactenꝰ non reperi tactā. qd si capella edificat̄ intra ecclesiā ꝑ aliquē laicū ꝛ ꝑ eū dotat̄: nūquid querat ecclia patronatū in illa capella: vt sic in p̄ntatiōe ꝯcurrat cū laico cōstructore ꝛ dotatore: ego semꝑ tenui ꝙ sic: q2 non pōt negari quin ecclia antiqua ponat fundū ꝛ ex fundatiōe acqrit̄ iuspatronatꝰ: vt no. in. d. c. pie mentis. vnde sicut ecclesia acqrit hic iuspatronatꝰ: q2 ꝯtulit obuētiones illius ville: ita ecclesia illa debet obtinere p̄ronatū: q2 cōtulit fundū ꝛ hoc bn̄ notabis: q2 in multis locis ꝓpter inaduertentiam non seruatur.

12 ¶†Itē adde ad p̄dicta tex. not. in fi. iūcta glo. xij. q. ij. apostolicos. ꝙ si rector alicuius eccle. ꝯstruxit capellā ex reditibꝰ alicuius ecclesie non acquiritur sibi ꝛ consanguineis suis sed ecclesie. Et ex hoc credo peccare illos clericos qui cum reditibus ecclesie edificāt capellas eas attribuētes patrimonio ꝛ vendicātes sibi: vt priuato iuspatronatus. nā vsurpant bona ecclesie. Et ex illo text. potes instrui qd fienduȝ de ecclesia quam de facto prelatus alicuius ecclesie de reditibꝰ p̄lature cōstruxit. Itē adde glos. no. q̄ non solet allegari in. c. eā te. de eta. ꝛ quali. q̄ dicit ꝙ ecclesia pōt sibi edificare aliā ecclesiam intra limites sue parochie ꝛ illi deseriure per capellanū suum Dicit tn̄ ibi Uin. hoc verū si ecclesia construenda est vicina. ecclesie antique: alr̄s deberet ibi ponere perpetuum vicarium

13 Illa tn̄ glo. iudicio meo nullo iure ꝓbat̄. ¶†Et vide Inn. in. c. in lateranēsi. in fi. de preb. vbi dicit abbatem non posse cōstituere ecclesiam: vt eam teneat gratia monasterij vel pro

Anto. Francis.

a ¶Patroni. Qn̄ sunt plr̄es p̄roni vltra duos iuspatronatꝰ est apud vnūquēqȝ insolidū ꝛ iō debēt p̄ntare vt collegium alr̄s nō vȝ p̄ntatio q2 tūc attēdit̄ maior pars patronorū: vt ꝑ do. Abb. in. c. iij. de iur. pa. ꝛ ideo dicimus ꝙ iuspatronatus est apud quēlibet heredē insolidū etiā si sint heredes ex imparibꝰ partibꝰ vt est glos. ꝛ ibi ēt per Andr. sicu. in c. j. de iurepat. ꝛ ꝑ eū. in. c. q̄rimonia. eo. titu. ꝛ adde ꝙ discordantibꝰ patronis in p̄ntatione si ecclia caret admistratore cessat̄ a diuinis tollunt̄ reliqe ꝛ ecclesia claudit̄ si alit̄ sine scandalo ꝓuideri nō potest: vt ple. no. doc. in. c. j. ꝛ in. c. iij. de iu. patro. ꝛ vide. d. abb. in. c. cū autē. de iu. pat. vbi dt ꝙ vnꝰ de pluribꝰ p̄ntatis etiā a diuersis p̄ronis q est magis idoneus dȝ ꝑ ep̄ȝ institui in bn̄ficiuȝ alr̄s pōt appellari ab epō nō istituente per do. Abb. in. c. pastoralis. i. j. nota. de iur. pat. ꝛ adde ꝙ si p̄ntatio spectat ad monasteriū illa dȝ fieri per abbatem ꝛ caplm ꝛ nō ꝑ abbatē solū. c. nouit. ꝛ. c. quanto. de his q̄ fiūt a p̄la. sine ꝯsensu capituli. ꝛ in dubio presumit̄ sic fuisse facta p̄sentatio vt in. c. ea noscit̄. de iurepa. ꝛ habet̄ ꝑ d. Card. in cle. j. in §. abbates. i. j. oppo. de exces. p̄lat. an autēȝ p̄ntatio possit fieri a p̄rono ēt clerico alternatiue. vide gl. in cle. fi. de iurepat. ad fi.

Sebasti. Sapia.

b ¶Uel capellani Hoc nō procedit qn̄ qs fūdaret capellam in ecclesia vt no. Io. d ana. i cōsi. xxiij. incipiē. primo videt̄. que

refert Feli.in.c.ex parte.v.colũ.post medium.s.de rescrip.
Zacharias.

a ¶ Bal.in.c.j.col. pe.in ti.de capi.q curiã vendidit.in vsibus feud.
Sebasti. Sapia.

b ¶ Epm. Uide feli.in.c. cũ venerabilis.s.de exces.z aliqd in.c.ex parte.v.in prin.s.de rescrip.z doc.in.c. auaritie.s.de prebendis.
Zacharias.

c ¶ Potest legari. adde Bal.in.l.q filiab⁹.i prin.ff.d leg.j. Alexã.in.l. damni.§.si is qui edes.in addi. ad Bar.ff.de dã.ĩfe,

monasterio:q2 nõ põt edificãdo p̃iudicare iurib⁹ epi: ad hoc x.q.j.in.c.ij.z in.c.nouerint.satis est ergo q edificãs hz iuspatronatus:z tenebis menti istud dictũ Inno.q patronus nõ põt statuere vt ius confirmandi pertineat ad inferiorem prelatum epi:nisi eps cõsentiret.ad hoc.c.cũ dilectus.de ɔsuetudine. ¶ In gl.in ver.obuentiones in fi.in illo.c.cũ inter.dicitur q appellatione oblationum veniũt decime.ergo fortius appellatione obuentionũ.z hoc ɔtrũ gl.nõ soluit. Et aduerte q2 ex decisione glo.hui⁹ soluit qõ quotidiana z difficilis. nunqd decime debeant ecclie plebis an capellis constructis infra plebanatum:quã questionẽ plene examinat Joã.and. in addi.Specu.in tit.de deci.z ibi post multa ɔcludit q cessante cõsuetudine vel deputatione spãliter facta debent plebi z nõ capellis qd intelligit de decimis predialibus sed personales debẽtur capellis. Jo.cal.tenet q si capelle est deputata certa persona q tunc debent oẽs decime capelle p istuz tex.q oẽs illius ville tribuunt obuentiones capelle.secus aũt vbi capelle nõ deputarent certe parochie z hoc dictũ sequũtur doct.moder.in.c.cũ cõtingat.s.de deci.z dic vt ibi plene dixi.z fm hanc opi.al's in qõne facti consului:z põt allegari vna rõ incõuincibilis:de iure cõi ecclesie reditus spũales prouenientes ex prediis sitis intra parochiã alicui⁹ cedũt illi ecclesie : vt in.c.pastoralis.s.de his que fi.a prela.ergo z decime prouenientes ex prediis sitis in parochia capelle debent cedere ipsi capelle:z nõ cauillãdo literam de hoc vr casus in c.ad decimas.de restit.spolia.lib.vj.z optime probatur hic.

15 ¶ † Nã verbũ obuentiones est verbũ multũ gñale cõprehẽdens omnes reditus[a] cuiuscunq3 qualitatis sint.arg.in.c.ex trãsmissa.de renũ.z.in.c.cũ inter.

16 ¶ † Scdo principaliter põdera gl.in eo qd dicit epm[b] nõ posse etiã ex cã diuidere parochiã inuito rectore ecclie matricis : ɔtrũ aperte tenet gloss.in c.nulli.xcix.di.Sed glo.x.dist.c.j.que semper est notanda distinguẽdo vr ponere veritatẽ : dicit em̃ qd vbi subest iusta cã põt eps ẽt inuito rectore.argu.opti.in.c.j.de rebus eccle.non alie.lib.vj.z in.c.sicut venire.de exces.prela.z vide gl.in.c.cõstitutus.de re.do.sed si non subest causa hoc facere nõ potest ad hoc iura superius alleg.z idẽ dicit ibi glos.in papa volẽte diuidere episcopatum. ¶ In gl.in ver.honor ibi : vt aliquid annuatim.z pro hoc intellectu gl.facit iste tex.in verbo p facultate loci.Laurẽ.hic dicit q nõ est in iure expssuz q debeat capella ecclie matrici.z bene dicit ad hoc.c.dilect⁹.de capel. mo.z qd ibi dixi.Inno.dicit q habebit ius cõsuetudinariũ illius loci:z seruabitur consuetudo aliarum capellarum in hac capella nouiter construenda.facit.d.c.cum olim.de consuet.Hosti.dicit q in plebibus z ecclesiis parochialibus est a iure tributũ vt habeãt curã super oẽs alios clericos z laicos habitantes intra parochiam:z p hoc dictum vr hic do. Ant.distinguere q aut capella fundata inter parochiã non est curata:z tũc tã clerici q laici ibi habitantes debent p sacramẽtis recurrere ad ecclĩã parochialẽ z hoc dictũ videtur verissimũ:nã z clerici nõ habentes curã subiacent illi ecclesie vbi habitãt.de cõsec.di.j.c.z hoc attendẽdũ.z.c.alia.xvj.q.j. z qd no.in.d.c.dilect⁹.Si vo capella hz parochiã: tũc clerici capelle debent recurrere ad ecclĩã parochialem. ¶ Not.hoc dictũ qq mihi hoc nõ videat verũ:z primo concludo casuz indubitabilẽ cum sunt ibi clerici inferiores citra rectorẽ.naz ipsi debent habere recursum ad ipsum rectorẽ ex quo sunt in parochia sua:imo credo q teneant recurrere ad epm:sic oẽs rectores ecclesiarũ parochialium debẽt recurrere ad epm in cõfessionibus vel similib⁹ vel ad archipresbyterũ ecclesie cathedralis qui in istis tenet locum epi : vt est casus notabilis in.c.officium.de offi.archipresbyte.pro hoc facit iste text.qui nõ reseruat hoc ius ecclesie matrici:sed tñ mandat honorem competentem sibi reseruari fm facultatẽ capelle.Non ob.c. de offi.archipresby.quia loquitur de archipresbytero rurali: nec videtur habere ibi curã circa particulares clericos:sed solum vt inquirat mores z referat epo.

1 ☞ Rectores ecclesiarum possunt compelli ad reparationez ecclesiarum de reditibus beneficij qui supersunt.2.z vbi op⁹ est de nouo facere,3.non autem tenẽtur de reditibus patrimonialibus.4.

2 Clerici tenent alere paupes de fructibus q eis supabundãt.

5 Clerici expẽdẽtes aliqd de patrimonialibus pro reparatiõe ecclesie possunt repetere nisi dederint animo donandi.

1 **De his.** † Breue est z põt sic summari.Rectores ecclesiarũ possunt compelli vt de reditibus q supersunt teneant ɔferre ad cõstructionem seu reparationem ecclesie.h.d. ¶ Casus literalis.Dũ supplicaret a quibusdam clericis parochiales ecclesias habentibus:vt subueniret ecclesie in reparatione sua:hoc facere negabant.Super hoc consultus papa respondet q hi qui ecclesias parochiales habent ad reparationem z institutionẽ ecclesiarũ sunt cogendi cũ opus fuerit de bonis que sunt ipsius ecclesie si supersunt conferre:vt eoz

2 exemplo certi inuitent.Ber. ¶ † No.j.q rectores ecclesiarũ nõ tenent se priuare necessariis vt reditus cõuertant in piaz causam:quod ergo dicitur qd quicqd habent clerici est pauperũ.xvj.q.j.c.si.dz intelligi de eis que sibi supersunt:quia ordinata eleemosyna seu charitas incipit a se.vt in.c.nõ satis. lxxxvj.dist.z de pe.dist.iij.qui vult.facit.xxiij.q.v.si nõ licet. z no.istũ tex.perpetuo : q2 nescio alibi vt sacerdos nõ teneat ad reparationem ecclesie sue nisi quatenus ei superest detractis necessariis.Qui autem tunc teneant ad reparationem: dic vt dixi.s.in.c.j.vbi latius explicaui hãc materiã. ¶ Quero quid intẽdit litera ibi:institutionẽ.dic † q litera reperitur

3 duplex:vna hz instructionẽ:alia institutionẽ:z fm hanc vltimam colligebãt hic Inno.q clerici nedũ compellunt reficere:sed etiã de nouo vbi est opus facere:sed aduerte:licet enim iste tex.loquat de habẽtib⁹ ecclesias parochiales : idẽ dic de habẽtib⁹ alias ecclesias vel inferiora beneficia:q2 oẽs tenentur ɔtribuere fm facultatẽ redituũ beneficiorũ.vt in.c.j.z qd ibi dixi.s.eo.ad predicta facit.c.pastoralis.s.de his q fiunt

4 a prela.z intellige istũ tex.fm predicta. ¶ † In glos.j.in fin. plus dicit Inn.q si nõ sufficit portio assignata p fabrica tenent clerici de pprio impartiri.alle.xij.q.iij.põtifices.z doct. seq.allegãt hoc dictũ Inn.q clerici hoc casu tenent conferre de patrimonialib⁹:sed iudicio meo illa nõ fuit mens Innoc. q2 caplm qd allegat hoc non probat:vnde intelligo Innoc. q tenent cõferre de proprio.i.de parte eis relicta de reditib⁹ ecclesie detracta portione pro fabrica:nam de reditibus prĩmonialibus clericus põt facere ad libitũ.xij.q.j.in.c.sint ma-

5 nifeste. ¶ † Quinimo si aliqd expẽdit de patrimonio suo ad vtilitatem ecclesie potest illud repetere nisi fecerit animo donandi.ij.q.iiij.cuicunq3.quod tene menti.

1 ☞ Ecclesia secularis potest cõferri z reparari ad statum regularem:sine tamen preiudicio clericorum.6.sed non est ecõtra nisi in defectum regularium.2.

Priuilegium non confertur rei que adhuc non est:intellige vt.j.nume.4.5.

3 Clerici non possunt mutare statum ecclesie sine licentia epi.

5 Donatio non potest fieri persone vel ecclesie que non est:legatum vero secus.

1 **Ad audientiam.** † Secularis ecclesia p̃iudicio clericorum ad statum regularẽ potest reparari et collegio rei que nondũ est priuilegiũ non ɔfertur. Diuiditur in duas partes.scda ibi:licet. ¶ Casus literalis. Quidam canonicus ecclesie secularis vocatus fuit in epm ecclesie alterius epatus : desiderabat in ecclesia illa de qua fuerat assumptus instituere canonicos regulares.petit a domino papa : vt hoc ei liceret : indulget ei papa vt hoc facere possit si eps diocesanus in hoc sibi ɔsentiat:ita tñ qd clericis si qui sunt ibi dum vixerint vel alibi necessaria ministrẽtur. Itẽ petiit a papa vt faceret priuilegiũ confirmationis canonicis ibidem instituendis.In hoc papa ipsum exaudire non põt:cũ nulli canonici adhuc ibi sint:quibus priuilegium con-

2 cedatur. Ber. ¶ † Not.j.q ecclesia secularis licite reducitur ad statum regularem : vt hic.z melius.vij.q.ij.in.c.antepen. Contra vero fieri nõ põt nisi in defectũ regularium: vt in.c. relatum.j.ne cleri.vel mo.z in.c.inter quatuor.de re.do.z sic qtum ad hoc magis defert regularibus q secularibus clericis:z fit hoc fauore contemplationis:et religionis. ¶ No.

3 secundo † quod sine licentia episcopi non possunt clerici inferiores mutare statum ecclesie.facit.c.cum dilectus.s.qd metus cau.z quod ibi no. ¶ No.iij.qd si alteratur status ecclesie non tenentur clerici seculares ibi existẽtes mutare statuz:

4 nec debent necessariis priuari in vita eoz. ¶ † Ultimo no.q rei que nondum est priuilegium conferri non potest:z sic nõ potest donari priuilegium ecclesie construende : intellige vt valeat extũc: sed bene postq fuerit ecclesia constructa.sic intellige istum tex.facit quod not.in glo.fina.sentit hic Joan. and.z clarius Barto.in.l.seruos ad custodiam.ff.de alimẽ.

5 et cibar.lega. ¶ † Sed quero nunquid possit donari ecclesie que nondum est.dic quod non:vt est text.not.quem tenebis menti in.c.abbate sane.de re iudica. lib.vj.secus dic in legato:nam ecclesie construende potest legari[c]: z etiam heres instituí vt posthumus . vt in.d.l.seruos ad custodiam.ratio diuersitatis est:quia donatio cum sit quidam contractus requirit personam cui acquiratur obligatio seu ipsa res: vt in c.si tibi absenti.de prebend.lib.vj.qui text.bene facit in hac

materia

materia.ꝛ in.l.absenti.ff.de dona.ꝛ in.l.qui absenti.ff.de acqui. pos.sed legatū nō reqrit p̄sentiā psone.vt in.c.cū pater. §.surdo.de lega.ij.ꝛ hāc rōnē ponit Bar.ᵃ in.d.l.seruos. et eā tene mēti.† In glo.j.in fi.ex hac gl.collige duos effectus istius priuilegij.Prim⁹ q꞉ ep̄s facilius induceretur ad consentiendū.Scd̄o q꞉ clericis illius eccl'ie inuitis hoc facere poterit ep̄s vbi al's nō potuisset eis inuitis. ¶Not.hoc dictū. sed ꝯtrariū tenet gl.in.c.antepe.xij.q.ij.sed ad cōcordiā reducūtur vt ibi.ꝛ hoc no.ꝙ aut subest cā ꝛ poterit ep̄s clericis inuitis:vt puta q꞉ clerici seculares inhoneste ibi viuunt.ꝛ hoc casu procedat illa gloss.aut ep̄s vult hoc facere ex cā voluntaria:ꝛ tunc ꝓcederet ista glo.ꝛ intelligo qn̄ hoc vult facere ex causa volūtaria in vita illorū clericorū:sed si vult facere sine preiudicio illorū clericorū:vt sic alteratio stat⁹ habeat effectum post mortē clericorū credo ꝙ hoc poterit facere etiā inuitis clericis.ad hoc.c.cōsultationib⁹.de dona.ꝛ cle.ij.de rebus eccle.nō alie.ꝛ hoc scd̄o modo saluo glo.illius.c.antepe. ꝛ tene mēti hanc ptātē traditā ep̄o. Tertius effect⁹ hui⁹ priuilegij s̄m Io.and.ꝙ iste cui cōceditur erit p̄ncipalis autor in ordinatone eccl'ie.cessante vero priuilegio hoc pertinet ad ep̄m loci.hic aūt ep̄s hꝫ consentire tm̄ isti priuilegio.ꝛ aliud est prestare assensum:ꝛ aliud vt principalis disponere. vt in c.vnico:ne sede vacā.lib.vj.Quartus effectus:q꞉ virtute huius priuilegij nō requiritur consensus capituli:vbi al's non posset ep̄s facere hoc sine capitulo:vt in.d.c.antepe.

1 ☞Episcopi iurant nō alienare vllo modo res eccl'ie romano pontifice inconsulto ꝙ iuramentū extendit̄ etiā ad licitā alienationem.6.ꝛ nō pōt cum cōsensu legati de latere ꝯtra tale iuramentum venire.10.
2 Ecclesia nō pōt edificari intra parochiam alterius ecclesie sine magna causa de qua hic.
3 Iuramentū de nō alienādo intelligit̄ de alienatiōe illicita.5 Utilitas ꝛ necessitas aliquādo equiparantur.
4 Iuramentū operat̄ vim clausule si nō vꝫ qd̄ ago vt ago ꝛc. Iuramentum debet intelligi vt aliquid operetur.
5 Iurans permanere in aliquo loco pōt iuramento nō obstāte se absentare ex necessitate vel vtilitate illius loci.
7 Consilium alicuius si requiritur in aliqua re:nō pōt illa res expediri cōsilio prius nō petito: nisi immineret maxima necessitas ꝛ celeritas.8.
8 Licentia debet precedere actū:qui sine ea nō pōt expediri. Necessitas facit cessare iuris solennitates.
9 Iuramentū de non alienando nō extenditur ad alienationem modice rei:idē credo in prohibito alienare.
10 Legatus de latere nō pōt disponere circa ea que sibi specialiter papa reseruauit.
Legatus de latere cōcurrit cū quolibet p̄lato ꝓuincie sue: non aūt cū alio:nisi quo ad bona posita in sua prouincia.
Legatus de latere remittit iuramentū prestitū inferiori p̄lato:qui sit de prouincia sua:alias secus.
11 Iurans nō alienare vel pigriorare bona ecclesie sue pōt fructus possessionū vendere vsq꞉ ad.xx.annos.
12 Alienare prohibitus non pōt ad centum annos locare. Prohibitus vēdere an possit pignorare:prohibitus emere an possit rem pignori capere:vide remissiue.
13 Alienare ꝓhibit⁹ nō pōt nec directe:nec indirecte alienare.
14 Ep̄s fundās aliquā ecclesiam de nouo:tenet̄ illam dotare dum modo ex hoc ecclesia sua nimium non grauetur.
15 Iuramentū qd̄ prestāt prelati de non alienādo bona eccl'ie an extendatur ad bona omniū ecclesiarum sue diocesis. Iuramentum debet stricte intelligi.

TUa nos. Non ob.iuramento de rebus ecclesie nō alienādis pōt ep̄s propter indigētiam nouā ecclesiā edificare.h.d. Prima pars ponit dubiū ep̄i.qd̄ scd̄o tollit ibi: fraternitati.Et hinc vsq꞉ ad fi.prosequor per modū lecture: q꞉ nō in scholis sed in camera composui.¶Casus literalis. Quidā ep̄s iurauit ꝙ bona ecclesie nō alienaret: postmodū quidā habitatores sui ep̄atus non habētes ecclesias vel oratoria in quib⁹ possent audire diuina:petebāt ab ep̄o oratoria in illis locis erigere:in q̄bus diuina officiā possent audire.ep̄s occasione iuramēti p̄dicti dubitauit ecclesias ibi erigere ne pretextu nouarū ecclesiarū eccl'ia sua detrimentū incurreret:quare cōsuluit papā:ꝛ ipse mādat eidē quaren⁹ occasione illius iuramēti nō dimittat quin pp̄lo indigēti sup ecclesijs cōstruēdis debeat ꝓuidere.Ber. ¶†Not.j.qd̄ ep̄s iurat nō alienare bona ecclesie:qn̄q꞉ iurat nō alienare bona mēse sue:qn̄q꞉ iurat non infeudare de nouo.vt in.c.ij.de feu. hodie vero prestant p̄lati iuramentū magis generale.iurant em̄ nō alienare romano pontifice inconsulto:ꝙ iuramētum ipso facto p̄stant etiā nō exempti:si ꝯfirmationem ꝯsecrationē vel pallium a papa nō recipiūt.ꝛ quid importat istd̄ iuramentum.ī.subijciā.¶†No.ij.ep̄m teneri ad ꝯstructionem noue eccl'ie ꝓpter indigētiā populi:vt puta q꞉ eccl'ia parochialis multū distat:ita ꝙ sine magna difficultate nō pōt populus ꝯcurrere ibidē pro diuinis.facit.c. s̄.proxi.ꝛ pōt ob hoc aliquid detrahere ecclesie antique:ꝛ tribuere noue:vt hic ꝛ in.c.preced.cessante aūt necessitatis causa non dꝫ ecclesia edificari cum p̄iudicio alterius.xv.q.j.c.ecclesie. ꝛ.c.quicūq꞉.ꝛ vtrobiq꞉ per gl.facit.c.j.de no.ope. nuntia. ¶No.iij.ꝙ largo sumpto vocabulo eccl'ia:oratoriū:ꝛ basilica sumunt̄ equiuoce.nā idē appellant̄ hic.ꝛ in diuersis locis oratoriū basilica ꝛ eccl'ia ꝓprie aūt vnūquodq꞉ istorum per se sumendo differūt.Oratorium est proprie locus ad orandum qd̄ quisq꞉ in domo sua edificare pōt:nec sine licentia ep̄i dꝫ ibi celebrari.de ꝯse.dist.j.vnicuiq꞉.cū duob⁹ seq.ꝛ vide ꝙ legit̄ ꝛ no.in.c.parentibus.de priu.ꝛ in.c.fi.de cēsi.ꝛ in.c.inter dilectos.de dona.ꝛ vtrobiq꞉ per Inn.Basilica ꝓprie est ecclesia nō ꝯsecrata.ad hoc vide bo.tex.iuncta glo.in.c.j.de re.do.ꝛ qd̄ dixi super rub.de ꝯse. eccle. vel alta.sumunt̄ tn̄ ista sepe equiuoce. vt. s̄. dixi ꝛ ꝓbat̄ hic ꝛ in.c.pe.de immu.eccle.cum si.¶†Not.vlti.ꝛ tene menti ꝙ iuramētum simpliciter prestitum de rebus eccl'ie.nō alien. restringitur ad alienationem illicitā.ᵇnon aūt ad necessariam.ꝛ eadē rōne puto idē in alienatiōe que fit ad vtilitatē ecclesie.nā necessitas ꝛ vtilitas in h̄ equiparant̄ a iure. xij. q.ij.sine exceptiōe.ꝛ qd̄ no.in gl.in sum.facit quod in simili.no.Inn.in.c.cum omnes.de ꝯsti.†Et ex hoc ꝛ ex tex. arguo ꝙ iuramētum prestitū in materia iuris : restringit̄ ad limites iuris:vt sic recipiat limitationes ꝛ restrictiones iuris.ad hoc tex.opti.in.l.fi.C.de cōdi.indeb.ꝛ in.l.fi.ff.q sat. cog.ꝛ vide qd̄ not.Inn.in.c.per tuas.de arb. Itē contrarium facit:q꞉ iuramētum debet aliquid operari: hoc est ꝙ habeat vim clausule si non valet quod ago:vt ago valeat vt valere pōt.l.cū pr̄.§.filius matrem.ff.de lega.ij.ꝛ in.c.ad nostram.iij.de iureiur.ꝑ Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fideiusso.ꝛ in.l.sciendum.ff.de verbo.obliga.potest tamen dici ꝙ primū procedat qn̄ iuramentum pōt per se op̄ari: naꝫ adducit vinculum ꝛ ligat strictius ipsum iurātē vt nō cōtraueniat.ꝛ qn̄q꞉ accumulat forū foro.vt in.c.fi.de fo.cōpe.li.v.ꝛ vide ad omnia p̄dicta bo.tex.in.c.ex parte tua.de cleri.nō residē.†Ubi iurās residere in ecclesia pōt iuramento non.obst.se absentare pro necessitate vel vtilitate ecclesie.aut iuramentum per se nihil aut parum operatur:ꝛ tūc habet vim illius clausule si nō valet quod ago ꝛc.ꝛ h̄ not. ¶†Sed quero an idem sit dicēdum hodie in illo iuramēto de non alienando romano pōtifice inconsulto.Io.an. hic quod non:q꞉ hoc iuramētum ex vi verborūꝫ debet intelligi etiam de licita alienatiōe:siue sit iuratum pape siue inferiori p̄lato:videtur enim papa vel inferior tale iuramētum recipiēdo a subiecto voluisse obuiare ne quid indiscrete agatur ꝛ prouidere ecclesijs etiā in licitis alienationib⁹: nā de illicita alienatione non potest intelligi quia illa etiaꝫ de superioris licentia fieri non debet.Quidam tamen cōsuluerunt contrarium dicentes quod etiam hoc iuramentum debet extēdi solū ad illicitā alienationē.ſꝫ dicit Io.and.qd̄ isti sic cōsulentes non poterūt postea eorū cōsiliū defendere ꝛ ꝯtra eos inducit tex.in.c.aduersus.ī.de immuni.ecclesi.in ver.ꝓpter imprudētiā.vbi etiā necessaria vel vtilis cōtributio nō fit incōsulto papa ne q̄d indiscrete agat̄.fatet̄ tamē Ioā.an.ꝙ hoc esset de facto corrigēdū:q꞉ est multū ecclesijs grauosum cū ratione talis iuramēti impediatur sepe prelati facere ꝯtractus alias vtiles de proximorū prelatorū licentia ꝛ cū hoc dicto Io.and.transeunt cōiter doct,hic.ꝛ mihi placet:ꝛ primo hoc adduco talē rationē,certū ē qd̄ recipiēs tale iuramentum videtur sibi reseruare consilium: vt patet ex vi verborum.† Sed astrictus ad petendum consilium super aliqua re non potest etiam licite de illa disponere ꝯsilio prius nō petito.vt in.c.cū in veteri.de elect.ꝛ in.c.cum olim. de arbi.ꝛ in.c.nouis.de his que fiūt a prela.qd̄ leg.ꝛ not.in c.si pro debilitate.de offi.delega.ꝛ Bar.in.l.j.§.si plures.ff. de exerci.idem puto dicendū de iuramento p̄stito de nō alienādo sine licentia pape vel alterius: nam licentia debet precedere.de reg.c.licet.ꝛ hoc tenet Io.and.post Hos.in.c.j.de his que fi.a prela.†Omnia predicta arbitror vera cessante summa necessitate:si autē imineret summa necessitas alienādi ꝛ tātam celeritatem requireret:ꝙ superiorē cōsuli nō patiatur:tūc puto alienationē posse fieri ꝯsensu pape vel alterius superioris cui fuit iuramentum taliter prestitū minime requisito.argu.opti.in.l.tutor q repertoriū.ff.de admi.tuto

ᵃ ¶Et idem Bar. ꝯsil.xxv. incip.in noīe dn̄i amen.testator in testamēto disposuit ꝛc.vide do.Alex.imo.in.d.l.seruos.i addi.ad bar.ibi. Sebasti. Sapia.

ᵇ ¶Illicitā. Ideꝫ tenet.d. Abb.i.c. vt sup.s̄. de reb⁹ eccle.nō alie.ꝛ ad qd̄ vide q̄ dicunt Io.an. do. Ant. ꝛ Imo.in.c. extirpande.§. q꞉ vero. s̄.de preben.

Sebaſti. Sapia.
a ¶ Modice rei. Hoc dictū firmat Iaſ.in.c.j.colum.viij.verſic. quarto vltra alios limita q feu.da. poſ.i vſi.feudoꝛum.
Sebaſti. Sapia.
b ¶ Ulterius. Uide multa allegata per Alexan.in cōſil.xviij. colū.ij. in.v.volu.ꝛ nun. quid pꝛohibitus alienare ſit pꝛohibitus. pignoꝛare vide Iaſ.in.l.fin. colū.xxiij.cuꝫ ſeq. C.de iu.emphi.
1 **Duo pueri.** ¶ † Sponsalia contracta cũ minori septennio p cohabitationem mutuã post septenniũ cõualescunt et inducunt publice honestatis iustitiã soluuntur tamen per matrimoniũ de presenti. ṗmo narrat factum. secũdo respon. ibi quia igitur. ¶ Casus literalis. Duo pueri. G. vj. annos habens: et Gulielma. vij. matrimonialiter sunt cõiũcti: q simul p tres annos manserũt: ⁊ sic sponsalia tenuerunt que ab initio nõ valebãt postmodũ pater puelle ipsam copulauit cuidã alij. M. nomine cum quo pacifice per septẽ annos permansit tamen dimisit eandem: qꝛ credebat ipsam aliuʒ virũ. s. Guli. habere cum primo fuerat despõsata. Dictus. G. ad annos discretiõis perueniens cũ alia cõtrahendi licẽtiã postulauit: qua obtenta contraxit cum quadaʒ. S. nomine cõsobrina dicte. G. ⁊ cũ ea per aliquod tempus cohabitãs vt dicebat nõ cognouit eãdẽ: ipsa tamẽ se ab eo cognitam asserebat. postea ṽo pater Gulielme cũ vidisset eam a secundo viro dimissam cõpulit dictũ. G. vt. S. neptẽ suã dimitteret et ad. G. rediret: que postmodum per biẽniũ cohabitauit eidem: quesitum fuit a papa quid super his esset

a ¶ Uẽdicare. imo. ĩ. d. c. illđ tʒ qđ tutiꝰ ẽ seruare opi. Jo. an. tñ sustineť libellus in q̊ simpliciter maritus vẽdicat ⁊ đʒ ꝯcludere p mediũ potestatis ⁊ nõ per mediũ rõne dñij ang. ĩ. l. j. §. p hãc ff. đ rei vẽ. p Cy. ĩ l. si ĩuita. C. đ nu. ꝙ ẽt ꝓcedit si nũꝗ̃ fuerit habita possessio vxoris p ang. ĩ. d. §. p hãc.

b ¶ Prope finẽ. Alexã. ꝯsil. cxx. in ij. volu. versi. nec ob. si discretis.

Sebasti. Sabia.

c ¶ Cõfessio. nũqđ aut cõfessio facta sacerdoti ꝓbet ĩ cã matrimonij vide gl. tenẽtẽ ꝙ sic in. c. tua nos. ĩ gl. pe. s. de spon. sali. quã dicit singul. Romanꝰ in l. si non spãli. C. đ testamẽtis refert Jas. in. l. j. §. huiꝰ studij. ff. de iust. ⁊ iure.

d ¶ Minis. voluit gl. in. c. accedens. s. de conuer. cõiuga. ⁊. c. fin. j. q cle. vel vouen. Inn. ĩ. c. causaʒ matrimonij. s. đ officio deleg. licet cõtrariũ voluerit glo. in. l. j. §. q̃ honorande. ff. qua. re. actio non datur. ⁊ male ſm Phi. hic. nam si metꝰ reuerẽtialis ĩ matrimonio non inducit iustum metuʒ. vt hic fortiꝰ nõ debet inducere in alijs ꝯtibꝰ cũ ĩ matrimonijs requirať liberalis ꝯsensus. c. gẽma s. de spõ. ꝙ est ꝯ doctrinam Ang. in. c. cũ virũ. s. de reg. late per bar. Alex. ⁊ alios ĩ. l. q̃ doti. ff. so. mat.

Sebasti. Sapia.

e ¶ Mine parẽtũ. Hoc dictũ refert ⁊ sequiť dñs Jas. in. l. titia. in prin. col. iiij. ṽ. octauo adde. ff. de ṽbo. obliga.

a ¶ Interlocutoria. Mirū est qȝ nō allegauerit Bar. i. l. titia. ff. de acc. vbi cōcludit qȝ sn̄ia lata ab obseruatione iudicij est interlocutoria qn̄ absoluit propter libellū male cōceptū male cōceptū sed si fert de cetero agi dr diffinitiua: vt per istū i. c. examinata. ẜ. de iudi. per Archi. xx. dis. §. j. Pe. de ancha. in cle. fi. de app. decidit ẜm no. per Barto. in d. l. titia Bald. in. l. fi. C. si tutor vel cur. ⁊ in aut. qui semel. C. q̄uo et qn̄ iudex. i iiij. col.

Sebasti. Sapia.

a ¶ Interlocutoria. Quomō cognoscatur sn̄ia interlocutoria que habet vim diffinitiue late tradit Feli. in rub. ẜ. de re iudi. ⁊ ibi colū. pe. tradit qȝ sn̄ia absoluens ab obseruatiōe iudicij est sn̄ia interlocutoria habēs vim diffinitiue.

b ¶ Vim diffinitiue. Addo late vt p Ang. cōsi. cxiiij.

c ¶ Rerseruauit. p Bartol. in. l. ille a quo. §. si de testamēto. ff. ad trebel. ⁊ ibi p Inno. ⁊ p Abb. in. c. cū ꝯtingat. ẜ. de off. dele. Bal. in. l. eā quā. C. de fideicō. v. q̄ro qd operet illa reseruatio. Bar. in l. fi. ff. p suo. Bal. in. l. si ea. C. q acc. nō possunt Bar. tn̄ in sua disputatione incipiēte accusat⁹ de vi turbatiua tȝ qȝ talis reseruatio non pōt fieri nisi de cōsensu partium. Pōt cōsiderari aut ps offert se icōtinēti velle pbare et iudex non pt facere reseruationē aut nō offert se incontinenti ⁊ tunc poterit. qd si statutū diceret quod iudex pcedat reseruatis exceptionibus de quib⁹ intelligat. gl. est in cle. j. de seq. pos. et fruc. p bal. in. l. exceptionē. C. de pba. inviti. col. plene per Alexan. in d. §. si de testamēto. q allegat hūc textum.

Zacharias.

d ¶ Quorū aliqui sunt inepti. adde Lāfrā. de oria. in c. qm̄ cōtra fal. §. petitione. versi. in iudicio autem. et ibi in apost. Cel. ẜ. de proba.

agēdū: ⁊ ipse rn̄. qȝ inter Guilielmū ⁊ Guilielmā nō fuit matrimonium puerili etate impediēte: ⁊ licet postq̄ nupsit alij: poterit aliam ducere vxorē Guilielme cōsobrinā habere nō potuit ꝓpter publicā honestatem siue eā cognouerit: siue non: nec ad Guilielmam poterit redire: q̄r fuit alteri legitime copulata: cum ergo Guilielmus dicat se nō cognouisse. S. cōsobrinā. G. aliam si voluerit poterit ducere in vxorem. ⁊. S. alteri viro poterit copulari: ⁊ cum fuerint separati pn̄ia dȝ vtriq̄ȝ iniūgi ad tp̄s ꝓ vitādo scādalo. si v̄o constaret Guilielmū. S. cognouisse neutri altero viuente dabitur lic̄ia ꝯhendi: ⁊ Guil. remanebit cū Mattheo imposita ipsi. M. ad tp̄s penitētia competēti: q̄r ꝓ sua volūtate sine iudicio ecclesie dimisit eandē. Ber.

2 ¶ † Not. primo qȝ spōsalia nulla ex defectu cōsensus cōualescūt ex tacito cōsensu interueniente ex cōi cohabitatiōe: ⁊ ex istis oritur publice honestatis iustitia sicut ex spōsalibus ꝯctis tpe maioris etatis: ⁊ hic clarius ꝓbatur. ẜ. e. literis. ⁊. c. accessit.

3 ¶ † Scd̄o no. qȝ impedimētū publice honestatis ortū ex spōsalibus durat etiā spōsalibus legitime dissolutis. ⁊ idem vr̄ probari. ẜ. eo. accessit.

4 ¶ † Tertio not. qȝ impedimentū publice honestatis nedum impedit matrimoniū: sed etiam dirimit quātuncunq̄ȝ copula in matrimonio intercessit. ⁊ hoc not. nā iste cōtraxit matrimonium cū cōcubina prioris sponse ⁊ eā cognouit: ⁊ nihilomin⁹ dr qȝ nō est mr̄imoniū ⁊ mandar eos hic separari. facit. c. vnicū. e. ti. li. vj. facit. ca. j. de spon. eo. lib.

5 ¶ † Itē no. qȝ cognoscēs consanguineam prioris sponse etiā post sponsalia rupta grauiter peccat adeo vt priuetur saltē ad tp̄s potestate cōtrahēti matrimonij.

6 ¶ † Ulti. no. qȝ nedū creditur marito quādo dicit se cognouisse vxorē vxore negante: vt in. c. continebar. ẜ. eo. sed etiā credit si negaret copulā muliere asserēte oppositum. tn̄ dicit. Hosti. qȝ si p copulā cōfirmaret matrimoniū staret potius assertioni mulieris asserētis copulā q̄ȝ dictis viri negātis copulā ⁊ fauorem matrimonij: qȝ nota. Et ad istū tex. rn̄debo qȝ hec copula nō faciebat ad cōfirmationē mr̄imonij: sȝ potius veniebat ad delictū probandum: quia matrimoniū poterat esse cū cōsobrina prioris spōse: ⁊ ex sola confessione mulieris non debebat vir puniri.

7 ¶ † In gl. in fi. siue ibi: propter delictū vtriusq̄ȝ ⁊ sentiūt hic doc. qȝ ille cōmisit incestū ducēdo ⁊ cognoscēdo cōsobrinā prioris spōse. Sed tūc opponit ad literā que mādat vtrūq̄ȝ istorum stare sine mr̄imonio altero viuente. nā delictū incestus priuat ꝑpetuo facultate cōtrahēdi mr̄imoniū: vt in c. j. ⁊ ca. discretionē. j. de eo q cog. consan. vxo. sue. Sol. metu. cōtrarij doc. supplēt ad tex. maxime: sȝ hec suppletio impropriat literā cum non sine misterio dicit altero viuente. Ideo dicerem qȝ quo ad hoc ꝓprie nō fuisset cōmissus incestus quia ex sponsalibus nō est orta affinitas inter spōsam et cōsanguineos spōse sed publica honestas duntaxat. ideo non debet iste tm̄ puniri sicut si cognouisset affinē. ideo papa hic tēperauit sn̄iam et ad tempus interdixit facultatē contrahendi: ⁊ forte dixit altero viuēte: q̄r vulgariter isti putabantur marit⁹ ⁊ vxor. vnde ne videant transire ad secunda matrimonia: ⁊ vt delictū non esset prorsus impunitū: papa processit vt hic dicitur: ⁊ sic dico qȝ hic est casus specialis prouidēs contra cōtrahentem matrimonium obstante publica honestate ⁊ dicam cognoscentem. Abbas.

1 ☞ Accusari non potest matrimonium qȝ non est vt si cum minori septennio sit contractum denuntiari tamen potest impedimentum ne in postremum contrahatur. 3.

2 Sententia super libelli ineptitudine lata interlocutoria est. habet tn̄ vim diffinitiue: quia prima diffinit instantiam.

Appellari an possit statim viua voce ab interlocutoria.

3 Priuatio presupponit habitum.

4 Pronuntiatio iudicis saluis exceptionibus quid operetur.

Exceptiones dilatorie possunt discuti post litem contestatam si iudex eas reseruauit.

5 Pronuntiatio super non petito fatua est.

Pronuntiari potest super vna parte quando plura sunt petita ⁊ reliqua per iudicem recipiuntur.

6 Libellus plura pōt cōtinere ⁊ pars inepta nō pōt vitiare modū aptū.

Rescriptū plures gratias continēs surreptio in vna nō vitiat reliqua.

7 Denuntiatio impedimenti matrimonij quomodo fiat.

8 Acta contra legem viuam vel mortuam an sint nulla.

9 Matrimoniū ꝯctū cōtra interdictū pape etiā cū cl̄a decreti irritantis tenet alio non obstante impedimēto: in hoc tamen varia est opinio.

Papa habet amplā facultatē super matrimonio non consummato.

10 Inferior a papa non potest impedire virtutem matrimonij ex aliquo temporali impedimento. nam ⁊ in ipso papa dubium est.

1 **AD dissoluendum.** ¶ † Accusari nō potest matrimoniū qȝ nō est vt si cū minori septēnio sit contractum denuntiari tn̄ potest impedimētum ne ꝯhatur in posterum. Et tria facit. Primo narrat factū. Scd̄o interloquit ibi: interloquendo. tertio ꝓhibet ⁊ decerint ibi: ne vero. ¶ Casus literalis. Quidā noīe. Jo. contraxit mr̄imoniū cū quadam puella. S. noīe intra septennium constituta. tandē ex parte puelle accusabitur matrimoniū propter cōsanguinitatem: ⁊ dū testes producerent ad probandā consanguinitatē. predictus Jo. multas exceptiones ꝓposuit per quas intendebat accusatores ab accusatione repellere: cū super exceptionibus ipsis fuisset multipliciter disputatū: papa auditis quecūq̄ȝ partes proponere voluerūt interloquendo pronūtiauit inter predictū iuuenē ⁊ puellam nec mr̄imonium nec sponsalia fuisse contracta: quia puella nondum ad. vij. annū peruenerat: vnde accusatio locum habere non poterat: cū non esset qui legitime possit accusari: sed denūtiari poterat cōsanguinitas vt interdiceret matrimonium cōtrahēdum. vnde dn̄s papa statuit terminū ad denūtiationē probandā saluis exceptionibus propositis ac etiā proponendis: ne vero in puellam aliquid interim attentetur precipue papa ne in negotio vlterius procedatur de nouo donec cessetur a denūtiatione vel ea ꝓbata ordine iudiciario procedatur qȝ si cōtra hoc mādatū in preiudicium puelle aliquid fuerit attētatum: illud decernit papa irritum ⁊ inane. Bern.

2 ¶ † Not. j. ibi interloquendo ꝓnuntiamus qȝ sn̄ia lata super ineptitudine libelli est interlocutoria[a] habet tamen vim diffinitiue quia diffinit primā instantiam: ⁊ pro hoc cōsuluit Joā. cal. qȝ ab hac sentētia potest appellari viua voce incōtinēti sicut appellatur a diffinitiua in. l. ij. ff. de appella. ⁊. ij. q. vj. §. diffinitiua. Contrarium tamen hic tenet Gaf. per istū tex. in ver. interloquēdo. ⁊ per capi. sua de appel. Sed certe licet sit interlocutoria ⁊ sic loquantur ista iura. tn̄ ex quo habet vim diffinitiue[b] ⁊ cessat ratio. c. vt debitus. de appel. videt qȝ ab ea possit appellari vt a diffinitiua de quo remitto me ad ea que plenius dixi in. c. peruenit. de appel.

3 ¶ † Scd̄o no. qȝ matrimonium nullum ex defectu cōsensus accusari non potest ⁊ quotidie allegatur qȝ priuatio presupponit habitum de quo in. l. decē. ff. de verbo. obl. ⁊. xxij. q. ij. in. c. qȝ vero. non formatum. ⁊ ibi est glo. cōsimilis. glo. nostre in ver. nūtiari.

4 ¶ † No. tertio ibi saluis exceptionibus ⁊c. arg. valde singulare qȝ si iudex procedit ad litem cōtest. vel ea que solent fieri post contestationē in causa in qua nō requiritur cōtestatio cū protestatiōe: ⁊ qȝ exceptiones dilatorie sunt salue: nō per hoc irritatur ꝓcessus iudicis: sed tenet mero iure saltē parte non appellante ⁊ sic est casus no. in quo exceptiones dilatorie possunt discuti post litem cōtesta. si iudex eas reseruauit[c] a principio qȝ latius tango in. c. exhibita. ẜ. de iudi. ¶ Contra tex. op.

5 Videt enim qȝ † inepte papa statuerit terminū ad denūtiationē probandā: ex quo enim pars accusauerat ⁊ non denūtiauerat: fatuum est pronuntiare sup nō petito. l. fi. C. de fideicō. lib. ⁊ in. l. licet heli. de simo. Sol. Host. qȝ forte libellus continebat accusationem ⁊ denuntiationē vt quia dicebatur accuso ⁊ denūtio. vnde repulsa prima parte tanq̄ȝ inepta papa prefixit terminū super secunda pte libelli.

6 ¶ † Not. singulariter hoc dictū qȝ licet libellus sit vnicus: tamē si potest cōprehendere multos modos agēdi: quorū aliqui sunt inepti[d] pars inepta nō habet vitiare modū aptum. Idem est in rescripto apostolico cōtinēte plures gratias: vt surreptio in vna nō vitiet reliquam vt est pulcher tex. in. c. si eo tpe. de rescri. li. vj. ⁊ solue ẜm Host. qȝ papa ex officio p̄ficit terminū ad ꝓbādā denūtiationē: sed prima solutio melior: q̄r nō pōt dici denūtiatio si pars nō denūtiat.

7 ¶ † In gl. i v. denūtiari ibi sine aliqua admonitione no. bn̄ gl. qȝ cū denūtiat impedimētū matrimonij nō est necesse prius admonere ptē sicut seruat in denūtiatiōe euāgelica. de qua tn̄ remitto ad plene notata in. c. nouit. de iud.

8 ¶ † In gl. fi. ibi secus esset si clausula. videt hic gl. velle qȝ gesta contra mandatum pape teneant si in mandato nō fuit apposita clausula decreti. sed contrarium notabiliter dicit Innocen. in. c. fi. de accusa. vbi dicit quod sicut gestum cōtra legem mortuam est nullum vt in. c. non dubium. C. de legi. ita ⁊ contra

legem

legē viuā. nā papa est lex viua in terris. ix. q. iij. in c. ipsi. Et ad c. dilectus. allega. in gloss. dic vt ibi plene dixi. vide materiam gl. singu. in clemen. j. de turepa. ¶ † Et in fi. glo. no. singulariter istā glo. qđ matrimoniū contractum contra interdictum pape etiā cū clausula decreti irritantis tenet mero iure alio impedimento non supposito: ꝛ idē videtur tenere Innoc. sentiens aliud esse in sponsalibus: tenet Hosti. cōtra qꝛ interdictū pape est fortius ꝙ matrimonium non consummatum: cū super illo possit statuere ſm libitū: vt in. c. ex publico. de conuer. cōiu. Alij distinguunt inter clausulā generalē ꝛ clausulam spālem vt primo casu nō irritetur matrimonium. secundo sic. ex quo constat de intentione pape: sed ego distinguerē ꝙ aut interdictum pape habet perpetuam causam prohibitiōis. et tūc matrimoniū est nullum. Aut temporalem ꝛ tūc matrimonium tenet ꝛ decretū dꝫ referri ad cām vt sic durante debeat matrimonium separari. ꝛ pro͂ hac di. vide glo. no. in. c. tua. de spon. duo. facit glo. in. l. nō dubiū. pal. In casu vero nostro interdictum non habebat perpetuam causam ꝓhibitionis: qꝛ propter litis pendentiam fuit appositū decretū irritans ꝛc.

10 ¶ † Notabis tñ ꝙ inferior a papa non potest impedire virtutē matrimonij ex aliquo impedimento tēporali nā in ipso papa est dubiū vt patet ex predictis. Abbas.

1 Matrimoniū cōtractū per verba de presenti cum impubere in qua malitia non supplet etatē non matrimonium sed sponsalia sunt etiam si subarrhatio intercesserit.
2 Puella circa. xij. ānū cōstituta nō est habilis ad matrimoniū contrahendum nisi aliter sit potens ad concipiendum.
3 Circa plus ꝛ vltra quid ꝛ quantum importet.
4 Annuli immissio nō inducit matrimoniū vbi etas deficit.
5 Etatis defect⁹ p paucos dies an matrimonium vitiet ꝛ an illud per superuenientiam etatis legitime validetur.
6 Ann⁹. xij. i femina: ꝛ. xiiij. in masculo quo ad matrimoniū an debeat esse cōpletus vel sufficit ꝙ sit inceptus vel prope finem sic quo ad testamentum.
Perseuerātia tridui post etatē an cōualidet gesta añ etatem.
7 Subarrhatio est desponsatio facta mutuo consensu interueniente per missionem annuli.
Annuli immissio matrimoniū non facit nisi verba apta ad contrahendum matrimonium precedant.
Annulus debet poni in quarto digito vbi est quedam vena sanguinis protendens vsqꝫ ad cor.
Annuli imissio ꝓcedētibus verbis de futuro spōsalia facit.
Annuli immissio ꝛ arrharum traditio regulant contractum secundum precedentia.
Cōsuetudo si est ꝙ in matrimonio cōtrahendo tradat annulus cū certa solēnitate si probatur annuli traditio cū illa solennitate probatur ꝛ matrimonium esse contractum.
Matrimonialis causa fauorabilis est ꝛ in dubio pro matrimonio iudicatur.
Annulus si datur in manu presumitur donatio.

Tue nobis. ¶ † Si quis per verba de presenti cōtrahit cum impubere in quam etatem malitia non supplet intelligitur non matrimoniū sed sponsalia contraxisse etiā si subarrhatio intercesserit. primo questio. secūdo distinguens responsio ibi: quia vero. ¶ Casus literalis. Quidam filiam suam circiter. xij. annum habentē desponsauit cuidam nobili qui subarrhauit eandē p annuli immissionē, consensu mutuo accedente: postmodum puella ipsa fuit alteri copulata. dubitatū fuit vtrū ista puella deberet remanere cū scđo. an deberet redire ad illum cui primo fuerat despōsata. Consul. pa. respondet quia nō constitit ei cuius etatis esset puella: cū primo viro extitit desponsata: cum dicatur quia circiter. xij. annos habebat vel vtrum malitia suppleret etatem. dicit ꝙ si puella nubilis non erat etatis cū primo viro extitit desponsata ꝛ etatem in ea prudentia non supplebat proculdubio inter eos nō matrimonium sed sponsalia contracta fuerunt: ꝙuis ab ipso viro eadem puella fuerit subarrhata: ꝛ ita remanere debet cum secundo cum quo postea contraxit in etate legitima. Ber. ¶ † No. primo ꝙ puella circa. xij. annum constituta non est habilis ad contrahendum matrimonium nisi aliter esset potens ad concipiendum. ¶ † Scđo not. per ista verba talis est circa. xij. annum. vel talis possedit circa. xij. annos vl̄ quid simile nō probatur certū ꝛ determinatū tempus ꝛ facit contra testes deponentes. de quo vide quod not. in. c. licet. de proba. a iure enim non est determinatum ꝙtum tempus cōprehendat hec dictio circa. sicut dictio plus ꝛ vltra. l. hec adiectio. ff. de verbo. sign. ¶ † Not. ꝙ immissio annuli nō inducit matrimonium vbi etas deficit in cōtrahentibus. ¶ † Sed hic queritur pone ꝙ puella dixit a. xij. anno cōpleto per triduum dubitarat nunqđ sit habilis ad contrahendum matrimonium. Host. tenet ꝙ sic si perseuerat in eodem proposito per triduū post etatem perfectam tenet matrimonium contractum ante tempus: alleg. c. ad nostram. de reg. aduerte nam per hoc sentit Host. nō tenere matrimonium contractū ante. xij. annū completū. Itē ꝙ non cōualidet ex superuenientia etatis nisi detur perseuerantia tridui. Vin. dicit quosdā tenere ꝙ annus debet esse complet⁹. ¶ † Itē ſm alios sufficit ꝙ sit inchoatus ipse vero tenet qđ in masculo requirit etas. xiiij. annorum. ꝛ in femina xij. ꝛ qđ in vltima die postremi anni teneat matrimonium cōtractū sicut dicimus in testamento vt valeat si fuerit conditū in vltima die. xiiij. anni. vt in. l. q̄ etate. ff. de testa. ¶ Vltimo dicit Hosti. relinquendū hoc arbitrio iudicantis. Joā. an. in testamēto dicit satis ꝓcedere qđ tenet Vin. vnde refert Jac. de bel. disputasse ꝙ si puer multum prudens distabat a. xiiij. anno per triduū ex quo nō cōpleuit. xiiij. annum non potest facere valide testamentū. per illā. l. qua etate. sed respectu matrimonij hoc relinquendum est arbitrio iudicantis ſm eū qui ex multis habebit: cōsiderare vtrum ante etatē completam sit potens ad generandū. Et ratio diuersitatis est qꝛ matrimonio statuit etas: nō ꝓpter se simpliciter. sed respectu potentie coeūdi: sed in testamento simpliciter ꝓpter se: ꝛ crederē ꝙ vbi de potētia coeundi nō constaret saltem ex signis ꝙ ante etatē cōpletā non tenet matrimoniū: nisi saltē in vltima die postremi anni: necꝫ placet Jo. an. ꝛ alijs doc. opi. Hosti. vt exigatur perseuerātia tridui post etatē cōpletā qꝛ. c. ad; nostrā. loquitur in ꝓfessione tacita nos aūt loquimur in matrimonio expresse contracto ibi non requirit probatio sicut in religione et hoc tenebis. ¶ † In glo. j. in fi. no. glo. quia quotidie allegatur. et vide gloss. clariorē in. c. tenor. de re iudi. tractat etiā gl. in. c. femine. xxx. q. v. ꝛ ꝓprie subarrhatio est desponsatio mutuo cōsensu interueniente facta per immissionē annuli. Et concludēdo hanc materiā post doc. dic ꝙ qñqꝫ p immissionem annuli procedunt verba: ꝛ tūc ad illorū sensum declarat effectus immissionis annuli. nā si procedunt verba apta ad cōtrahendū matrimoniū: immissio annuli declarat matrimonium: ꝛ dꝫ mulieri annulus imponi in quarto digito quia vt refert ibi est quedā vena sanguinis vsqꝫ ad cor protendens: iđ in signū mutue dilectionis imponit annulus. de quo vide latius per tex. in. c. femine. palleg. Si vero ꝓcedūt verba apta solūmodo ad sponsalia: tunc annul⁹ solū denotat sponsalia: qꝛ traditio annuli ex se non denotat aliquē contractū: sed regulatur ſm precedentia: sicut dicimus in arrhis: vt insti. de hen. emp. in prin. Aut precesserunt verba vnius tm̄. ꝛ tunc idem vt imissio annuli haberet denotare verbū expressum. vt tenet glo. in. c. s. ti. pri. Si verba nō intercesserunt: aut nō apparet de consuetudine nec ex facto circūstanti pōt aliquid certum percipi et non iudicat ꝓ matrimonio: quia cū hoc sit signum ad multa equiuocū nō ꝓbat certū quid precise. vt in. c. illud. de psum. Aut cōstat de cōsuetudine: vt puta in matrimonio cōtrahendo solet tradi annulus cū certa solēnitate: ꝛ tunc ex quo annulus ꝓbat traditus cū solēnitate que solet interuenire in matrimonio satis ꝓbatur matrimonium cōtractū: ꝛ in hoc casu intellige istā gl. ꝛ glo. in. d. c. femine. In dubio tñ semper est iudicandū pro matrimonio: quia res est fauorabilis. vt in. c. ex literis. de proba. ꝛ. c. fi. de re iudi. dicit tamen do. Ant. hoc procedere si ponitur in digito: sed si traditur in manu presumit donatio vt dixi credo in hoc spectandam consuetudinem loci. Si autem datur a parentibus dicit do. Ant. ꝙ presumitur donatio ꝛ non sponsalia: qđ satis potest admitti nisi consuetudo foret in matrimonium.

De clandestina desponsatione. Rubrica.

¶ Quia matrimonia ꝛ sponsalia qñqꝫ cōtrahuntur palam qñqꝫ clandestine. Ideo post generales rubricas precedentes subijcit istā rubricā specialē de clādestina desponsatione. nam qñqꝫ puelle subducuntur ꝛ inducuntur ad cōtrahendū clam a parentibus: ꝛ qꝛ de tali matrimonio posset dubitari. iđ ꝛc. De materia vide. xxx. q. v. ꝛ. iij. q. iiij. c. cōsanguineorum: ꝛ non reperitur alibi. Abbas.

1 Allegāti matrimoniū incūbit onus probādi illud. 4.
Presumptio non fit pro clandestino matrimonio.
2 Clandestinitas nō vitiat matrimoniū solus enim consensus sufficit lꝫ clam sit prestitus peccant tñ sic contrahentes.
Collatio beneficij clandestina tꝫ suspicione tñ non caret.
Electio clandestina non valet.
3 Viro licet credatur super copula cōtra mulierem negantem secus tamen est circa essentiam matrimonij.
4 Alleganti incumbit onus probandi.

Sebasti. Sapia.
a ¶ Qđ matrimoniū. Vide Feli. i c. ex parte. co. pe. versi. quartus casus. s. de cōstitu.
b ¶ Mero iure. ad de do. de ro. deci. j. vbi etiā de cōtractu cōtra ꝓceptum episcopi.
Zacharias.
¶ Adde gl. ꝛ ibi Arch. ꝛ Gemin c. vir. in fi. ꝛ ibi in apo. Celsi. ad gemi. xxxiij. q. vij.
Sebasti. Sapia.
c ¶ In ipso papa. De potestate pape circa mr̄imoniū vide remissiue per Feli. in. c. q̄ in ecclesiarū. col. vj. versi. scđa conclusio. s. de consti.
d ¶ Circa de teste deponente ꝙ titi⁹ possedit. x. annis vl̄ circa per Bal. in. l. ꝛ si post tres ꝛ ibi per Alexan. ff. si quis cauti. ꝛ per Alex. consi. cxx. in ij. volu. et quando testis deposuit se esse etatis. xl. annorum. vel circa per Alexan. consi. lxxviij. in dicto volu. Cor. consil. clxxix. in. ij. vol. per bal. in. l. celsus. ff. de vsucap. in vlti. col. Bal. in. l. si qs in suo. in princi. C. de inoffi. testa.
Sebasti. Sapia.
d ¶ Circa. Vide Abb. in. c. ex pte. co. j. s. de restitu. spolia. Are. in. l. q rome. §. duo fratres. co. vij. ff. de vbo. oblig. vbi ponūt de hac dictione circa. de quo et per Alex. in consi. cxlix. incipi. viso ꝓcessu cause verētis. col. viij. in quto volu. vbi dicit ꝙ qñ testis deponit de tpe p dictionem circa nūqꝫ dicit cōcludere ꝓbare.
e ¶ Annuli. vide plenū cōsi. Alex. cōsi. cl. in. v. volu.

a ℭ Non vitiat. aliꝗ cōtractus si fiant clam valent. l. ab anastasio. C. man. ⁊ ibi Bal. Inno. in.c.j. de fi.instru. est magna suspicio ꝯ notarium et instrumētuꝫ: sñia tñ clam lata non valet.l. cū sñiam. C.de sen. late bal. in.l. iij.C. de sum. tri. ⁊ fide catholi. adde ꝙ ad ꝓbationem actus clā facti requiruntur tres testes.glo. est sing. in aut. de instru. cau. ⁊ fide.in vbo hoc sancituꝫ quaꝫ sequitur hic Phi. fran. ꝙ est notandū ad.l.vbi numerus.ff. de testi. ⁊ .c.in dñe.s.e. de testi.

Sebast.Sapia.

b ℭ Careat suspitiōe.Uide Abba. i.c.j. s. vt ecclesiastica benefi.⁊ in.c. cū olim.col.penu. s.de causa possesi. ⁊ proprietatis.

c ℭ Debet credi.ꝓ quo facit ꝙ dixit glo.fi.in.l.pen.C.de fideiusso.ꝗ si quis fuit rept⁹ in adulterio cuꝫ aliq̄ muliere si ābo cōfiteā tur ꝙ mr̄imoniuꝫ ꝯxerūt staꝛ eorum ꝯfessiōi ⁊ ibi bal. ⁊ Bart.in.l.j.C.de cōfessis.in. vij.col. versi.fuit qd de facto. Alex.cōsi.j.in v.col.in.iij.volu.

Zacharias.

ℭ Adde ꝙ veruꝫ est ꝙ staꝛ ꝯfessiōi ꝯiuguꝫ sup matrimonio ꝯcto non aūt i alterius preiudicium vt plene per Ro. sing.dcxviij. incip. tu audiuisti ibi plene.

Zacharias.

ℭ Unus testis et fama.adde. bar.in l.de minore.§.tormenta.ff. de q̄stio. Inno.in.c.veniēs. s.de test.⁊ spe.i ti. de noto. cri.§.fama.v. qd agente.

Zacharias.

ℭ Fama facit semiplenam probationē.vide ad plenuꝫ Moder. post Bart.in.l. admonendi. ff. de iureiurand.⁊ matthesilla. singu. suo. ij. inci.not. ꝙ i iudicijs possessorijs.

5 Dispositio debet intelligi cū aliquali impropriatate pro vitanda absurditate vel dilatione aliarum regularum.

1 Si quis. ℭ †Hoc dicit secundū cōmunem intellectum. Et q asserit matrimoniū incumbit probatio. Uel sic. Pro clandestino matrimonio non presumitur: sed illud alleganti incumbit onus ꝓbandi. Primo thema. Secundo determinatio ibi vero. ℭ Casus literalis. Si aliquis occulte desponsauerit aliquam mulierem. ⁊ ipse eam petat postmodum in vxorem: ⁊ ipsa negat dispensationem: vir debet hoc probare ⁊ ecōtra si vir hoc negauerit: mulier hoc probare debet al's absol-

2 uatur vterqꝫ. Ber. ℭ †No. quod clandestinitas nō vitiat[a] matrimonium solus ergo contrahētium cōsensus sufficit ad matrimoniū licet clam sit prestitus: q̄q̄ peccent sic clandestine cōtrahentes. vt. j. eo.c.fi.⁊.xxx.q.v.in.c.aliter.iuncta glo. Ideꝫ est in collatione beneficij q̄q̄ enim collatio clandestina non careat suspicione[b] tñ tenet si de ea quoquo modo fides fieri pōt. de quo videtur tex. optimus in.c.vnico.vt eccle.benefi.secus in electione illa enim non valet. de quo in.c.quia propter. de ele-

3 ctio. ⁊ in.c.fi.eo.ti.lib.vj. ℭ †No. secundo quod licet credatur masculo super copula contra mulierem negantem iuxta ea q̄ habentur.in.c.continebatur.s.titu. proxi. tamen secus est cir-

4 ca essentiam matrimonij. ℭ †In glo.j.in fi.⁊ hec lectura vltima communiter tenetur per doctores ex quo enim litera sic potest intelligi licet cum aliquali impropriatione nō debem⁹ violare alias regulas iuris quib⁹ cōiter non caueꝛ qd asseren-

5 ti incumbit onus probandi: vt in iur. alleg. in gl. ℭ † Et not. glo. iuncto tex. ꝙ pro vitanda absurditate vel violatione aliarum regularum debet dispositio intelligi cum aliquali impropietate si aliter saluari potest: pro quo bene facit tex. in.c.cum dilectus. de consuetu. Abbas.

1 ☞ Ecclesia non iudicat de occulto matrimonio approbat tamen illud si publicatur.

Negans matrimonium ꝙ ab altero clam cōtractum esse dr non compellitur si aliter probari non potest.

2 Iuramentū non est exigēdū a reo in causa clandestini matrimonij etiam actore nō probante tamen distinguendū est.

3 Uiro ⁊ mulieri asserentibus matrimoniuꝫ crediꝛ ac si matrimonium esset in conspectu ecclesie ab initio contractum.

4 Filij nati añ publicationem matrimonij censenꝛ legitimi.

5 Publicatio clandestini matrimonij qualiter fiat.

6 Cōfessio viri ⁊ mulieris de matrimonio clandestino nō preiudicat matrimonio publice contracto.

Publicū matrimoniū p̄iudicat clandestino ⁊ qd iuris sit si per vnum testem ⁊ famā pro clandestino iudicatur.

Probatio per vnum testem ⁊ famam quid operetur.

Fama non semper semiplenam facit probationem.

1 Quod nobis. ℭ † De matrimonio occulto non iudicat ecclesia: approbat tamē illud publicare volētes: ⁊ habet duo dicta. secundum ibi: verum. Uel sic et clarius litere inherendo. Qui matrimonium clandestine cōtraxerūt altero negāte vel vtroqꝫ nō apparēte legitima exinde ꝓbatione simul cohabitare ab ecclesia non compelluntur: et si illud publicauerint tanq̄ in conspectu ecclesie factum cōprohabitur: nisi aliqua rationabilis causa subsit q̄ ipediat. ℭ Casus literalis. Aliqui contrahunt matrimonium occulte: ita quod ꝓbatio fieri nō potest: queritur quid iuris sit: diciꝛ ꝙ ab ecclesia non sunt aliquatenus cōpellendi si alter negauerit. Uerūtamē si illi voluerint publicare ab ecclesia talia matrimonia recipienda sunt ⁊ approbāda tanq̄ a principio in cōspectu ecclesie cōtracta fuissent: nisi aliqua rationabilis cā

2 impediat. Ber. ℭ † Not. primo ibi: aliquatenus compellēdi argu. qd vbi deficit omnis probatio matrimonij non est exigendum iuramentū a reo sed potius pure absoluēdus ⁊ facit contra theoricam docto. in.c.continebatur. ⁊.c. attestationes. s.titu.proxi. Et ad illa iura posset responderi: qd procedunt quando subest saltē aliqualis suspicio ꝓ matrimonio: secus

3 vbi pro eo nihil apparet. ℭ † Not. scdo quod super contractu

c matrimonij debet credi[c] simplici verbo ipsorum contrahentium ⁊ habetur perinde tale matrimonium: ac si ab initio in

4 cōspectu ecclesie fuisset contractum vt in text. ℭ † Ex quo inferunt doctores qd proles nata ante publicationem est cēsen-

5 da legitima qd est notādū. † Qualiter autē debet fieri ista publicatio clandestini matrimonij. dicūt doctores qd secunduꝫ

6 formā.c.sequē. ℭ † In gloss. secunda in fi. intellige ne alio matrimonio publice cōtracto cui non debet preiudicari per solam confessionem illorū q dicunt prius contraxisse: imo plus dicit Uincen. qd manifestum matrimoniū preiudicat clandestino etiam si habeat pro se vnum testem ⁊ famam: qd dicit Fas. bene notandū. Sed hoc dictū non videtur placere dño

d meo dño. Car. moueꝛ quia vnus testis ⁊ fama[d] plene probant vt no. glo. in.c.j. de app. ⁊.c.veniens. el.j. de test. Sed saluando primū dictū posset dici qd vbi alia probatio aptior cōcurrit cū fama ⁊ vno teste ꝙ tunc standū est probatiōi clariori ⁊ meliori: licet testis ⁊ fama deponant de tpe anteriori: ⁊ erit istud dictū satis notabile: ⁊ ꝙ si quis probat cū vno teste ⁊ fama sine titulo anteriori: alius vero ꝓbat per testes apertos de titulo citeriori quod iudicandum est scdm probationē clariorem non tñ semper est verum qd fama facit semiplenam probatio-

e nem[e] sed vide qd plene dixi. in.c.veniens. ⁊ per Barto. in.l. de minore.§.tormenta.ff. de questio. Abbas.

1 ☞ Modus daꝛ ⁊ forma ꝯhendi publicum matrimonium

Filij nati ex clandestino matrimonio in gradu ꝓhibito vel cōtra modum ibi expressum cōtracto etiam per ignorātes de impedimento sunt illegitimi. 4.

Filij nati ex publico matrimonio in gradu prohibito cōtracto si ambo parentes sciunt impedimentuꝫ matrimonij sunt illegitimi. 4.

Sacerdos non prohibens matrimonia interdicta per triennium a beneficio suspenditur.

Clerici etiam religiosi clandestino matrimonio interuenientes suspenduntur ⁊ quādoqꝫ grauius puniuntur.

Clandestina matrimonia contrahentes puniendi sunt.

Denuntiantes calumniose etiam puniuntur.

2 Consuetudo vnius loci necessario non est seruāda in alio loco nisi reducatur ad ius commune.

3 Matrimonium quādo cōtrahitur p̄sbyter debet venire vel saltem de eius scientia contrahitur.

5 Laici qui clandestinis matrimonijs interueniunt peccant et an puniri debeant.

6 Sponsalia de futuro an idem iuris sint prout matrimoniuꝫ si clandestine fiant.

Clandestina sponsalia contrahentes peccant.

Ordinarius potest interdicere sponsalia clandestina.

7 Edicta hmōi publicatiōis i qb⁹ ⁊ quot locis debeant ꝑponi.

8 Forenses in aliquibus locis non admittuntur ad matrimonium contrahendū nisi habeāt literas testimoniales ꝙ vtile esset si vbiqꝫ obseruaretur.

9 Clandestina matrimonia pluribus modis contrahuntur et quot sunt eius species.

Clandestinum matrimoniū an dicatur si modus hic datus non seruatur.

10 Matrimonium qñ dicatur contrahi in faciem ecclesie.

Accusari an pluries possit matrimonium de impedimento.

Matrimonialis sñia non transit in rem iudicatam.

1 Cum inhibitio. †Habet multa dicta ⁊ comprehendendo omnia sic summari potest. Cum matrimonia sunt contrahenda debent per presbyteros in ecclesia edicta proponi assignato termino intra quem qui voluerit impedire impedimentū opponat ⁊ si probabilis conectura fuerit de impedimento interdicatur matrimoniuꝫ donec de hoc cognoscatur. hoc primo vsqꝫ ad.§.si qs. Si in gradu prohibito matrimoniū clandestine vel cōtra interdictuꝫ de quo.s.cōtractum fuerit etiā per ignorantes de impedimēto nati ex illo matrimonio sunt illegitimi. Idem est si ambo parentes sciunt impedimentū matrimonij: licet in conspectu ecclesie ꝯhant. h.d. vsqꝫ ad.§.sane. Sacerdos qui contempserit prohibere matrimonia interdicta ⁊ q̄libet clericus etiam regularis qui interfuit per triēnium a beneficio suspēduntur ⁊ si culpa exegerit etiā graui⁹ puniuntur ipsi etiaꝫ ꝯhentes ꝯ hoc.c. etiā alias licite puniēdi sunt: ⁊ idē in calumniose denūtiātibus. h.d. vsqꝫ ad fi. Et diuisio satis patet per.§.lꝫ possit alijs modis diuidi. ℭ Casus lr̄alis. Prohibitio copule coniugalis in tribus vltimis gradibus est reuocata per idem cōciliū. j. de cōsang.c.nō debet. ⁊ ideo papa eam districte p̄cipit obseruari. vnde inherendo vestigijs predecessorum suorum omnino prohibet cōiugia clandestina siue occulta precipiens vt nullus sacerdos talib⁹ nuptijs interesse p̄sumat: statuens generaliter vt cū matrimonia fuerint contrahenda in ecclesijs publice proponaꝛ per presbyteros termino competenti statuto. vt intra terminū qui voluerit legitimū impedimentum opponat. ⁊ ipsi presbyteri per se nihilominus inuestigēt vtrum aliqd impedimentum obsistat: si autem aliqd rōnabile obiectū fuerit ꝯ copulam ꝯhendā contractus interdicatur expresse donec impedimentū ꝓbetur. Si autē hmōi mr̄imonia clādestina vel taliter ꝓhibita iure presumpserint in gradu prohibito etiam ignoranter soboles de tali coniunctione

susce pta illegitima sit:⁊ nullū habebit subsidiū de parētum ignorantia cū illi taliter cōtrahendo potius affectant ignorantiam ꝙ sciant impedimenta ⁊ eodē modo filij illegitimi erunt si ambo parētes sciunt impedimentū ⁊ contrahāt contra omne interdictū.si vero parochialis sacerdos tales coniūctos prohibere contēpserit aut interesse presumpserit per trienniū ab officio suspendaẛ ⁊ illi qui cōtrahunt cōtra huiusmodi formā etiam in gradu cōcesso penitentia imponaẛ cōdigna ⁊ qui malitiose ad impediēdam copulā legitimam impedimentū obiecerit similiter puniaẛ.Ber.¶ †No.ꝙ cōsuetudo vnius loci necessario non est obseruāda in alio loco nisi reducaẛ ad ius cōmune per habētem potestatē vt hic facit pa.facit de cōse.dist.iiij.c.de trina.⁊ vide ꝙ no.in.c.super eodē.de censi.¶ †Itē not.ꝙ in cōtractu matrimonij debet interuenire presbyter vel saltem cum cōscientia ipsius debet cōtrahi:ad hoc.c.aliter.xxx.q.v.¶ †Item not.ꝙ filij nati ex matrimonio cōtracto in cōspectu ecclesie data ignorātia impedimēti ab ipsis cōtrahentibus sunt legitimi.[a] ⁊ hoc propter bonā fidem contrahentiū:secus vbi cōtrahentes scirēt impedimentū vel vbi contraherent clandestine.¶ †Quero quid in laicis prestātibus presentiā in matrimonijs clādestinis:⁊ dicūt doc.ꝙ ex verbis litere non cōprehenduntẛ.sed ex mēte sic. ar.l.j.C.de fal.mo.⁊.c.quanto.de sen.excō. Est ergo ei imponēda penitentia sicut ⁊ clericis:peccāt ergo tam ipsi cōtrahētes clandestine ꝙ interessentes siue sint clerici siue religiosi siue laici.¶ †Scdo queritur an dispositio huius capituli locum habeat in sponsalibus de futuro dicūt doc.ꝙ ex mente litere idē dicendum.nam sponsalia in multis casibus transeunt in matrimoniū ipso facto.vt in.c.is qui.§.de spō. Ideo ne occurrat difficultas cōtra prohibitionē ecclesie debet etiā sponsalibus adhiberi hec solēnitas.facit.l.oratio.ff. de spon.vbi dicẛ ꝙ prohibito matrimonio videnẛ prohibita spōsalia:q2 sunt preambula ad matrimoniū. Ex quo no. ꝙ cōtrahentes sponsalia clandestine peccant:⁊ ꝙ iudex loci pōt illa interdicere.¶ †Tertio queriẛ vtrum hec edicta debeāt preponi in multis ecclesijs ⁊ videẛ primo ꝙ sic:q2 litera loquiẛ in plurali ibi in ecclesijs. doc.multū instant sed cōclusio videẛ hic. Si volētes contrahere ⁊ eorū antiqui cōtraxerunt morā in certa parochia tūc satis est in illa ecclesia edicta preponi. Si vero in aduersis parochijs traxerunt morā:tūc in diuersis debēt preponi vel in locis publicis:puta in predicationib⁹ vbi verisimiliter possunt peruenire in notitiā eorum qui sunt de impedimētis informati. vn̄ refert hic Abb. ꝙ quidā epi seruant vt forēsis non admittatur ad contrahēdum matrimoniū nisi habeat literas testimoniales sui prelati:⁊ esset valde optimū hic obseruare ⁊ satis puto de mēte huius litere cū respectu forensiū non possit prouideri per illa edicta.nā sepe cōtingit ꝙ plebei habētes vxores in partibus se cōferunt ad partes remotas.⁊ ibi demū matrimoniū cōtrahunt sicut vidi in facto.¶ †In gl.in ver.clādestinis.in fi.no.bene gl.ex qua habes tres species clādestini matrimonij.Host.vltra gl.enumerat alios modos.⁊ tandē dat regulam generalē dicens ꝙ matrimoniū contractū contra prohibitionem ecclesie generalē vel specialē ⁊ expressam vel tacitam dicẛ clandestinū. et habet locū pena huius.c.¶ †Sed aduerte in multis locis nō seruatur huiusmodi denūtiatio de qua in litera. Unde quero nunquid matrimoniū dicaẛ ex hoc clandestinū vide ad hoc qđ no.Io.an.in addi.Spe.eo. ti.in prin.⁊ originaliter sunt dicta Old.cōsi.cclvj.⁊ ibi cōcludit qđ dummodo matrimoniū sit contractū in facie ecclesie nō potest tale matrimoniū appellari clandestinū pro hoc.c. cōstitutus.de reli.do.⁊.c.§.proxi.⁊ licet verbū ecclesie sumaẛ multipliciter.vt no.gl.in.c.fi.ne prela.vi.su.tn̄.in ꝓposito sumiẛ ecclesia pro collectione fideliū.facit de cōse.dist.j.ecclesia cōtrahens ergo corā multitudine[b] ſm patrie consuetudinē nō dicitur clandestine cōtrahere:sed in facie ecclesie qđ not. ex hoc habeo ꝓ indubitato vbi nō est cōsuetudo ꝙ mittanẛ edicta:sed vbi esset talis cōsuetudo dubito vtrū habeat locū pena huius capituli si qs contraxerit in facie ecclesie nō premissis istis denuntiationibus ⁊ potius crederē ꝙ non. licet ista gl.sentiat oppositum q2 pena est opposita cōtra contrahentes clādestine ⁊ non cōtra contrahētes redictis nō premissis ⁊ nō potest dici clādestine ex quo in facie ecclesie nemine prohibēte contraxit maxime cū illud sit officiū sacerdotis ⁊ non contrahentiū ⁊ per hoc aperitur multū intellect⁹ huius.c.¶ †In glo.in ver.voluerit.ibi publicū crimen videẛ ⁊ ex hoc dicit Gof.ꝙ si vnus egit cōtra illud matrimonium ⁊ succubuit nemo audiẛ volens iterū proponere illud impedimentum.q2 actio popularis cōsumitur vno agēte.l.eū qui. §.in popularibus.ff.de iureiur.ꝙ dictū non videtur placere do.Ant.q2 causa matrimonialis non transit in rem iudi.vt in.c.tenor.⁊ in.c.lator.⁊.c.cōsanguinei.de re iu.nisi velimus dicere ꝙ contrariū procedit respectu ipsorū coniugum ⁊ nō respectu extraneorū ⁊ esset notabilis limitatio ad illa iura sʒ nō placet sibi ratione pacti ⁊ credo eū verum dicere. tn̄ dico ꝙ nō admittetur alius nisi iudex premissa cause cognitione videat istū rationabiliter moueri. pro hoc qđ no.Inn.in.d. c.tenor.vbi ita notabiliter dicit respectu sentētie que transiuit in rē iudi.Et in fi.gl.Gas.de cal.tenet oppositū vt is qui fuit presens ⁊ tacuit possit de nouo accusare ⁊ sit speciale in matrimonio propter periculū anime. ⁊ idē tenet do.Car.in alia causa ex quo edicta non precesserunt:sed certe puto qđ aliqualis suspicio generetur contra tacentē:sed in causa matrimonij optime procedit dictū Gas.ex quo edicta non precesserunt.facit.c.fi.qui matri.accu.pos.Nico.Abbas.

¶ De sponsa.duorum. Rubrica.

¶ Supra visum est de duabus speciebus sponsalitiorū.scilicet manifestis ⁊ clādestinis:sed q2 quandoqʒ quis cōtraxit successiue bina sponsalia cum diuersis mulieribus vel econtra:mulier cū diuersis viris:⁊ pōt dubitari que preualeant ideo post precedentes subijcit istam. Querit Inn.hic super rubrica duo petūt eandem mulierem in vxorem pariter probant:queriẛ mulier cui sit adiudicāda. Concludit ꝙ est differenda snīa[c] donec habeaẛ certior probatio ⁊ si alter potest prius probare nō est illi adiudicanda[d] mulier sed differēda sententia donec alter probauit:secus vbi ageretur de prebēda ⁊ alijs possessionibus[e] q2 primo probāti adiudicaretur res petita ⁊ victor prestaret cautionem ipsi reo de cōseruando eum indemnē respectu alteri⁹ petitoris. vt in.l.is a quo. ⁊.l.seq.ff.de rei vendicatio.Nota bene hoc dictum Inno.ex quo potes colligere notabilem limitationem ad illas leges vt res non tradatur primo vincenti vt possit sequi periculū animarum ex adiudicatione seu traditione:sed differēda est sententia donec alius probauerit. Et no.scdo quid agendū qn̄ duo equaliter probant:⁊ res petita nō est diuisibilis:nec potest insolidum possideri:quod limitat not. Bar.in.l.j.ff. vti pos.⁊ no.in.c.licet.de proba.Abbas.

1 ☞ Contrahens successiue cum duabus per verba de presenti tenetur adherere prime si autem primo contraxit per verba de futuro:⁊ secundo per verba de presenti debet adherere secunde.
2 Pactio ⁊ promissio potest appellari fides ⁊ veniens contra promissionem dicitur venire contra fidem prestitam.
Fides est de re non visa:⁊ dicitur fides q2 fiet vel a firmitate.
3 Sponsalia etiam non iurata non seruans peccat.
4 Matrimonium contractum ex mulieris pulchritudine:seu appetitu copule extorquende valet.
5 Matrimonium absqʒ annuli traditione ⁊ solēnitate ſm loci consuetudinem tenet.
6 Carnalis copula superueniens sponsalibus sub conditione an sponsalia faciant transire in matrimonium.
7 Sponsalia pura siue sub aliqua conditione contracta semper tolluntur per matrimonium de presenti.
8 Spōsalia quatuor modis cōtrahuntur qui hic exprimunẛ.

1 Duobus. ¶ †Contrahēs successiue per verba de presenti cum duabus tenetur adherere prime.[f] si aūt primo cōtraxit per verba de futuro secundo per verba de presenti:adherebit secunde et habetur hoc.c.pro palea.xxvij.qō.ij.c.duobus.⁊ ſm Hostiē.⁊ bene istud.c.idem dicit in effectu cum.c penul.et.c.sicut.§.de spon. Due sunt partes.secunda ibi:et autē.⁊ secunda subdiuiditur.secunda ibi:fides.¶ Casus literalis.Ange.in.c.isto ostendit ꝙ fides coniugalis contractus duplex est.est enim fides pactionis:⁊ est fides cōsensus: si aliquis dedit alicui fidē pactionis non debet aliam ducere:si autem duxerit valet ⁊ agat penitentiam de fide consentita.si autem dederit fidem consensus non debet aliam ducere:⁊ si duxerit dimittet illam ⁊ adherebit priori. Et quid sit pactionis fides ⁊ cōsensus in tex.Ber.¶ †No.primo quod 2 omnis pactio quantūcunqʒ simplex potest appellari fides. vnde veniens contra promissionem dicitur venire contra fidem per eum prestitam ⁊ sic capitur in.l.j.ff.de consti.pecu. ⁊ in.l.j.ff.de pac.⁊ potest promissio appellari fides ad instar religiōis fidei:quia sicut ibi credimus qđ non videmus ita in promissione credo te facturum qđ promisisti:licet nō videam:vnde dicitur fides q2 fiet:vel a firmitate.¶ †Secūdo 3

a ¶ Legitimi.adde in hac materia videndum anch. consi.ccccij.
Zacharias.
b ¶ Corā multitudine.addō ꝙ contrahēs corā plurib⁹ testibus mrīmonium dr clādestine contraxisse si de cōsuetudine palā ⁊ publice contrahi debeat ita no.Bar.in.l.fi.ff. de ritu nup. Idē in.l.ij.⁊ ibi Iaco. rebuf.⁊ cel.i apo. ad ipm.C.de his q expu.rati.mu. pec.acce.lib.x.
Sebasti. Sapia.
c ¶ Differēda sententia. Hoc inter spālia mrīmonij annumerat Fel.i rub.§.de sponsa. col.fi. versi.xxij.et ibi reputat hoc dictum Innoc.singulare.
d ¶ Adiudicanda. facit tex.i.c.sicut. in fi.§.de spon. lʒ gl.i.c.in nr̄a.§.de testi. voluerit qđ debeat adiudicari cui mulier consentit vel meliori vel deteriori ꝑ gl. in ca.afferte.§.de ꝓsum. faciūt not. ꝑ Bar.in.l.j.in fi. ꝓn.ff.de li.⁊ post. ꝑ gl.⁊ doc.in.c.lʒ. de sen.excō.lib.vj.
e ¶ Possessiōib⁹. nō ꝓcedit sine dubio:q2 res videẛ adiudicāda vtriqʒ qn̄ ꝓbatiōes sunt pares.ar.l.titie textores.de le.j.vbi di.⁊ Alb.ponunt qōnē de duabus cōitatib⁹ cōtendētibus de nemore ꝙ si vnaqueqʒ ꝓbat de possessione vtriqʒ erit faciēda adiudicatio vł possessio debebit seqstrari. gl.in.l.j.C. vti poss.ne deueniant ad arma.l. equissimum.ff.de vsufruc.
Zacharias.
f ¶ Teneẛ adherere prime.Qđ ego amplio ēt si scdaʒ cū qua ēt ꝑ verba de pn̄ti contraxit.cognouisset carnalr ⁊ ꝑ istū ⁊ doct.i.c. si inter virū. ⁊ i.c. veniēs. lo.ij.§.de spō.⁊ ma.⁊ Bar. cepo.caute.xlij.

not. ex hoc tex. arg. optimum ⁊ quasi expressum ꝙ ex sponsalibus sine iuramento contractis quis obligatur ad contrahendum. ita vt peccet veniendo contra promissionem cum alia contrahẽdo. ¶ † No. tertio ibi: si promiserit ⁊c. ꝙ valet matrimonium licet quis inducatur ad cõtractum ex mulieris pulchritudine [a] seu appetitu copule extorquẽde. facit. c. tua. ⁊ c. veniẽs. s. de spon. ¶ † Ultimo no. tenere matrimonium interueniẽte mutuo consensu. licet sm loci consuetudinem nõ detur annulus seu nõ seruetur alius mos religionis. hoc vult dicere ista litera in fine. dũ dicit si non stringit manum ⁊c. ¶ † In glo. penul. ibi: pro non adiecta debet haberi ⁊ hoc teneas licet quidã dixerunt ꝙ contractis sponsalibus sub illa cõditione ꝙ per primũ coitum non transeunt in matrimonium. sed purificantur. sed per secundũ transeũt qd non placet Uin. nec communiter doct. quia vt dicit glos. si intellexit de coitu fornicario habetur illa conditio ac si nõ fuisset adiecta et sponsalia remanent pura que transeunt in matrimoniũ per carnalem copulam. vt in. c. is qui. de spon. ¶ † Et in fi. gl. quilibet intellectus potest adaptari ad tex. ⁊ nõ est visum quis teneatur. sensus enim litere est ꝙ siue quis promittat ducere aliquam siue conditionaliter siue sine aliqua cõditione semper illa sponsalia tolluntur per matrimonium de presenti cum alia cõtractum. vt in. c. sicut. ⁊ c. pe. s. de sponsa. ¶ † Host. hic format. q. quot modis contrahunt sposalia de futuro. ⁊ dicit ꝙ quatuor. Primo per verba de futuro ad hoc apta. vt in. d. c. pe. Scdo per verba de presenti si contrahentes sunt impuberes vel alter eorum. nã in iuris interpretatione sunt sposalia de futuro: vt in. c. fi. de despon. impub. ⁊ clarius in. c. vnico. eo. ti: lib. vi. Tertio per dationẽ arrharum. l. arrhis. C. de spon. hoc intelligo quãdo precesserum verba vel signa hoc indicantia qr datio arrharum non magis proportionatur sponsalibus q̃ aliis cõtractibus: vt insti. de contrahen. emp. in princi. Quarto per subarrhationem annuli. xxvii. q. ii. si quis desponsauerit. hoc dictum nõ est simpliciter verum. qr potius indicat matrimoniũ quam sponsalia. vt in. c. femine. xxx. q. v. ideo dic vt plenius dixi in c. fi. de despon. impube.

☞ Desponsatam alterius in vxorẽ ducens ⁊ cognoscens nunq̃ in vxorem eam habere poterit. 5.

Sponsa etiam vocatur vxor de presenti ante carnalem copulam seu traductionem ad domum viri.

Penitentia publica imponitur accipiẽti sponsam alterius in vxorem et ambo infames efficiuntur et sacrilegium committunt.

Sacrilegium est vtriusq; fori ⁊ vterq; iudex ecclesiasticus et secularis possunt cognoscere ⁊ penam imponere.

Penitentia pro quolibet peccato mortali datur septem annorum spacio: nisi sacerdos etiam abbreuiauerit: ⁊ quid pro tali penitentia agatur.

Accepisti. ¶ † Alteri desponsatã ducẽs in vxorẽ et cognoscens nunq̃ in vxorem eam habere potest. h. d. sm vnum intellectum. sed clarius hoc videtur in. c. fi. j. de eo qui dux. in matri. vel iuxta literam summa sic. ponit penitentiã illius qui alterius sponsam de presenti accepit sibi in vxorẽ. ¶ † No. ibi despõsatam. ⁊ tene mẽti ꝙ contrahens per verba de presenti ante carnis copulã potest appellari spõsa. [b] nã iste tex. loquit de tali sponsa de presenti. ptz ex eo qr si fuisset sponsa de futuro valuisset matrimoniũ cum secunda cõtractum. vt in. c. proxi. ⁊ in. c. sicut. ⁊ c. pe. s. de spon. et facit hoc optime: vt in statutis odiosis appellatiõe vxoris nõ veniat desponsata per verba de presenti ante traductionẽ ad domũ viri ⁊ carnalẽ copulã. pro hoc vide ꝙ dixi super rub. de spõ. ⁊ in. c. ex publico. de cõuer. coniug. ¶ † Scdo no. ꝙ ecclia imponit penitentiã publicam ducẽti sponsam alterius in vxorem: ⁊ dic ꝙ mulier que cõtraxit cum duobus est infamis ⁊ idẽ in masculo. vt in. l. j. ff. de his qui no. infa. ⁊ credo ꝙ ecclia posset imponere penã in foro iudiciali: qr isti abutunt sacramento matrimonii: ⁊ sic cõmittunt sacrilegiũ: vt in. l. q̃uis. C. d adult. sacrilegiũ vero est mixti fori: vterq; enĩ iudex ecclesiasticus ⁊ secularis cognoscere põt: de quo in. c. cũ sit generale de fo. cõpe. vbi plene dixi ⁊ facit ad predicta tex. cũ gl. xxxii. q. de benedicto. hic aũt papa nõ curauit de pena fori iudiciali: qr ad hoc nõ fuerat actũ: sed per viã salutis ⁊ cõsilii anime vt hic papa aditus. ¶ † Ultimo no. hanc penitẽtiam ⁊ est regulare ꝙ pro quolibet peccato mortali est penitentia iniungẽda. vii. ann. xxxiii. q. ii. hoc ipsum. ꝙ tñ intellige nisi sacerdos eius ex causa abbreuiauerit. vt in. c. deus qui. de pe. ⁊ remis. ⁊ de pe. dis. j. quẽ penitet. ¶ Sed quero qd debet iste agere in hoc spacio. vii. ann. nã tex. hic nõ aperit sed dicit ꝙ debet penitere cũ. vii. annis sequentibus. Sol. dicit Abb. ꝙ debet ieiunare semel vel pluries in septimana vel aliud bonum agere sm distinctionem ⁊ iudiciũ sacerdotis: ⁊ bene loquit. facit ꝙ no. in. d. c. hoc ipsum. ⁊ sic debes intelligere oĩa iura que imponũt penitentiam per numerũ dierũ vel annorũ non specificãdo modũ penitentie. ⁊ hoc notabis. ¶ † In gl. ii. in fi. solue cõtraria vt no. gl. in. c. ii. s. ti. proxi. ⁊ in regu. non firmat. de reg. iur. li. vi. ⁊ ad istũ tex. dic ꝙ aut duxit spõsam alterius ⁊ cognouit ⁊ non põt amplius habere eam in vxorẽ etiam mortuo primo viro vt in. d. c. j. de eo qui dux. in mat. ⁊ dic vt ibi. Aut nõ cognouit [c] ⁊ tunc ex nouo consensu posset eam habere in vxorẽ mortuo primo viro: vt in. d. c. fi. ⁊ sic intelligitur vel nunq̃ positum in tex.

☞ Sponsalia de presenti non soluunt per sequens matrimonium carnali copula consummatum. 4.

Uerba matrimonium cõtrahendo in loqui valentibus vel alia signa equipollentia sunt necessaria.

Iuramẽtũ nõ est de substãtia matrimonii lz forti⁹ obliget.

Carnalis copula non addit maius vinculum respectu essentie matrimonialis.

Consensus mutuus solus est ad essentiam matrimonii.

Consummatum matrimonium fortius est q̃ non consummatum quia non soluitur per ingressum religionis.

Papa sententiã predecessoris sui reuocare potest ⁊ contrariam constitutionem facere ⁊ ius diuinum interpretari.

Constitutio ista an ad precedentia matrimonia trahatur.

Licet. ¶ † Sponsalia de presenti nõ soluuntur per sequẽs matrimonium etiam carnali copula consummatũ: ⁊ clarius hoc videt in. c. fi. ⁊ pe. s. de spon. primo ponit decisa cõsultatio secundo rñsio. ibi consultationi. tertio alterius dubii solutio ibi et si nupserit. quarto obstaculi remotio ibi q̃uis. ¶ † No. ibi verbis expresso. ꝙ cõsensus in matrimonio contrahendo dz verbis exprimi in fari valẽtibus ⁊ sic facit hec litera in ar. ꝙ verba sunt de substãtia in loqui valẽtibus: ⁊ his verbis formaliter vtit tex. in. c. pe. s. de spõ. sed Host. supplet ad literã vel alio signo equiualenti: qd placet. dixit enĩ de verbis quia cõiter hoc accidit: sed ad materiã vide qd plene dixi in. c. tue. s. de spon. ¶ † No. ibi siue sit iuramentũ. ꝙ iuramẽtũ non est de substãtia matrimonii: lz forti⁹ obliget ɔhentẽ. ¶ † Ultimo no. ꝙ matrimoniũ hz suam essentiã ex solo mutuo cõsensu ɔhentiũ: vnde carnalis copula nõ addit maius vinculũ respectu essentie mrĩmonialis: ideo nõ tollitur primũ per scdm consummatum. sed bene addit respectu significati: qr aliud significat consummatũ quã nõ cõsummatũ: vt in. c. debitũ. de biga. ⁊. xxvii. q. ii. c. quapropter. Itẽ est forti⁹ cõsummatũ. hinc est qd non dissoluit per ingressum religionis sicut cõsummatum. vt in. c. ii. ⁊ in. c. ex publico. de cõuer. cõiu. ¶ † Ultimo no. papã posse reuocare [d] sñiam sui predecessoris ⁊ cõtrariam constitutionẽ facere vel aliter declarare etiã pcepta iuris diuini quã pdecessor declarauit. ¶ † In gl. fi. in fine quid autem de matrimoniis cõtractis ante hãc cõstitutionem. dicit Host. ꝙ illa sunt toleranda propter cõsuetudinem contrariam: ⁊ qr nonnulli summi pontifices ita diffinierant de hoc in. c. fi. j. eo. vbi dicetur.

☞ Appellanti matrimonialis causa interdici debet ꝙ cũ alia non contrahat lite pendente ⁊ si contraxerit separatur.

Interdictũ ne quis cõtrahat matrimonium lite pendente.

Lite pẽdẽte sup mrĩmonio nõ lz trãsire ad aliõ mrĩmoniũ.

Actus contra ius an sit ipso iure nullus.

Tua fraternitas. ¶ † Ei qui appellat in cã matrimoniali interdici dz ne aliud matrimoniũ contrahat lite pẽdente: ⁊ si ɔxerit dz separari. primo thema. scdo precipit fieri interdictũ ibi: hoc arbitramur. tertio dicit qd iuris si violetur ibi. ⁊ si cõtra. ¶ Casus literalis. Aliquis corã iudice suo petit aliquã in vxorẽ. vel aliqua petit aliquẽ in virũ quẽ dicit in eam cõsensisse p cõsensum mutuum de presenti. ille appel. ad se. apostolicã. ⁊ app. pen. ante cause cognitionẽ siue ante sñiam aliã accepit in vxorẽ. querit quid iuris sit: rñdet pa. si aliquis ammodo an tali casu duxerit appellandũ iudex interdicat ei publice: ne ante decisionẽ cause cũ alia ɔhat. ꝙ si fecerit mrĩmoniũ tã psumptuose cõtractũ debeat irritari sm formã iuris. Ber. ¶ † Not. ꝙ appellatiõe pẽdente põt iudex a quo interdicere matrimoniũ contrahendũ: ⁊ sic non suspendit in totũ iurisdictio iudicis a quo vnde põt agere ea q̃ tendũt ad faciliorẽ exitũ cause appellationis. de quo vide bonũ tex. cũ gl. in. c. ex lris. de matrimonio cõtracto cõtra interdic. eccle. vñ videt ꝙ iudex possit hoc interdictũ facere. ¶ † Itẽ no. ꝙ pẽdente lite sup matrimonio

---

☙ Sebasti. Sapia.

a ¶ Pulchritudine. vide Ias. in. l. titia. in princ. col. iiii. versic. nono et vlt. ff. de verb. ob. vbi dicit hoc esse notandũ qr quotidie inter adolescentes philocaptos euenire põt. Zacharias.

b ¶ Põt appellari spõsa. adde hoc esse multum dubitabile de quo dic vt notaui in apo. meis ad istũ in. c. j. in verb. ɔhentes spõsalia. s. de postu. prela. et meli⁹ in ca. tertio loco. nu. 5. in apo. in v. sponsas. vbi ɔcordo opi. ɔ. s. de psump. ⁊ in rub. s. de spõsa. ⁊ matri. nu. 5. versi. per predicta.

c ¶ Cognouit. eodem modo fallit qñ cognouit sed ignorãter qr pbabilis ignorãtia ipsum excusat. c. dñs noster. j. de secun. nup. sz Phi. hic.

d ¶ Reuocare licet dicatur qd par in parem nõ habeat imperium. c. innotuit. s. de elec. c. fi. de rescrip. in. vi. l. nã et magistrat⁹. ff. de arbit. l. ille a quo. §. tẽpestiuũ. ff. ad trebel.

monio siue fuerit appellatū siue non.non lʒ trāsire ad aliud matrimoniū[a] licet per partē pretēdaᵵ nullitas primi matrimonij.vt in.c.cū in apostolica.s.de spon.⁊ hic ꝑ illud.c.non debes dispositionē hu[9] tex.restringere ad pendentiā appellationis. Idem etiā est seruandum pendente lite ante appellationē:vt in.d.c.cū apostolica.¶†In gl.ij.in fi.no.bene distinctionē gl.solet enim quotidie allegari. ⁊ hec eadē distinctio solet fieri cum queritur vtrū actus contra legem sit ipso iure null[9] de quo[b] vide in reg.ea que cōtra ius.de reg.iur.li.vj.⁊ in.c.videns.x.dist.⁊ in.l.non dubiū.C.de le. ⁊ diciᵵ perpetua cā ꝓhibitiōis qñ cā ꝓhibitiōis nō est restricta ad certum tp̄s sed est ꝑpetua. puta si prohibeᵵ aliquid fieri ꝓpter malū qđ inde sequi pōt vel prohibeᵵ matrimoniū fieri propter consanguinitatē vel aliquid simile diciᵵ nō habere perpetuā cām ꝓhibitionis: qñ cā est in re restricta ad certū tp̄s puta prohibetur matrimonium propter venerationem dei.

1 ☞ Duas qui per verba de presenti despōsat primam desponsatam habet in vxorem etiam si prius secundā cognouerit ⁊ non valet consuetudo in contrarium.
2 Ecclesie inferiores circa sacramēta debent se cōformare maioribus ratione metropolitane ecclesie.
3 Carnalis copula nō est necessaria ad essentiā matrimonij.6.
Consensus sufficit ad essentiam matrimonij.6.
Sufficit quid significat.
4 Constitutio an ad preterita trahatur.
Papa an possit statuere ꝙ tollatur primum matrimoniū non consummatum per secundum consummatum.
Papa amplissimā hʒ facultatē i mr̄imonijs nō cōsūmatis.
6 Consensus solus perficit non tantū contractum matrimonij sed etiam alios contractus qui sunt de iure gentium.
Matrimonium habet essentiam a iure diuino:⁊ sicut deus est immutabilis:ita ⁊ matrimonium.

1 DUas. ¶†Qui duas ꝑ verba de presenti despōsat primā despōsatam hʒ in vxorē etiā si pri[9] scđam cognouerit:nec valet ꝯtraria cōsuetudo ⁊ hoc vltimū additur ad.c.licet.s.e. In prima consultatio. In scđa responsio ibi:ne vero. ¶ Casus literalis. Olim obtinuit ꝯsuetudo in ecclesia mutiñ.vt si aliquis aliquā desponsasset per verba de presenti:⁊ ante carnalem copulā aliam accipiat ⁊ cognoscat: illa sibi adiudicabitur quam primo cognouerat:qꝛ vero turpis est omnis pars q̄ suo non cōgruit vniuerso:⁊ ecclesia mutiñ. tenere dʒ humiliter ⁊ seruare ꝙ ro.ecclesia ⁊ sua metropolis seruat.precipit papa vt ecclesia mutiñ.in matrimonijs ꝯhendis illud obseruet vt postq̄ inter ꝑsonas legitimas:legitimus ꝯsensus interuenerit de p̄senti si postea cū alijs de facto cōtrahant:qđ prius de iure factū fuerat non potuit irritari. Ber. ¶†No. primo circa sacramenta ecclesiastica ꝙ ecclesie inferiores debent se cōformare maioribus ratione metropolitane eccl'ie facit.c.ad abolendā.j.de here. vide bo.glo.in.c.j.de sum.tri. li.vj. ¶†No.scđo ibi:qui sufficit:ꝙ ad essentiā matrimonij copula carnalis necessario nō concurrit:est ergo verū matrimoniū post cōsensum de presenti prestitū:nā id diciᵵ sufficere quo posito nihil aliud ad substantiā act[9] requiriᵵ:vt not. gl.in.c.statutū.in prin.de rescri.lib.vj. Et adde hic ea que dixi.s.e.lʒ.⁊ qđ plenius dixi in.c.ex publico. de cōuer.coniug. ¶†Quid de matrimonijs cōtractis ante istā constitutionē doct.cōiter tenēt ꝙ illa tolerant.[c] ⁊ hoc aperte innuit verbū de cetero hic positum:⁊ potest adduci iste tex.pro ⁊ cōtra ꝙ cōstitutio iuris antiqui declaratoria nō extendiᵵ ad preterita habētia contrariā cōsuetudinē quasi rōne consuetudinis illa debeāt tolerari. pro quo vide bo.gl.in.c.cū venerabilis. de cōsue. ⁊ in.c.j.de postu.p̄la.li.vj. In contrariū posset adduci iste tex.qꝛ dicit de cetero. sec[9] ergo si hoc verbū nō fuisset appositū.vt in.c.cū tu.⁊ qđ ibi not.de vsu.sed ad materiā plene vide no.in.c.fi.de cōsti.⁊ in cle.ij.de re.ecc.non alie.⁊ in cle.j.de elec. ¶†Ultimo queriᵵ nunquid papa possit statuere vt per scđm matrimoniū cōsummatū tollatur primū nō consummatū:⁊ sic approbare consuetudinē hic reprobatā: Host.tenet hic ꝙ sic:qꝛ circa matrimoniū nō cōsummatū latissime ptʒ ptās pape[d] vt no.in.d.c.ex publico.⁊ ad hoc pōderat ver.null[9].positū in tex.quasi dicat ꝙ potuisset statuere hic ꝯriū. Sed ego dubito an hoc dictū sit verū.nā sine magna cā papa nō disponit cōtra istud matrimoniū. vt in.d.c. ex publico. Itē si hoc esset quare papa retractasset diffinitionē p̄decessorū suorū si illi potuissent ad libitū diffinire. vt in c.lʒ.s.e.sed ex magna cā posset hoc facere. ¶†In gl.ibi: nā cōtractus perfectus est per solum cōsensum non intelligas gl.ruditer.nam etiam cōtractus emptionis ⁊ vēditionis:⁊ ceteri qui sunt de iure gentiū perficiuntur solo consensu: vt in.l.consensu.ff.de actio.⁊ obli.l.ex hoc iure.ff.de iusti.⁊ iur. sed intelligas gl.ꝙ cōtractus matrimonij est perfect[9] per solum consensum.i.ꝙ per solū consensum est trāslatum plenū ius.ita vt traditio corporalis nihil addat:⁊ lʒ doc.hic instēt ꝓ ratione diuersitatis maxime Host.qui dicit ꝙ matrimonium habet suā essentiā a iure diuino.[e] Ideo sequiᵵ conditionem sui autoris.nam deus est immutabilis. Alij vero cōtractus sunt ab hoīe: ideo sequunᵵ naturā hoīm:hec ratio videᵵ mihi persuasiua ⁊ non necessario concludens:nā ⁊ aliqua sunt ab hoīe que tñ ex solo titulo habent suā perfectionem vt est titulus beneficialis. nam per solā collationem beneficij acquiritur plenū ius prouiso vt hic.⁊ in.c.si tibi absenti.de prebē.libr.vj.ideo facit regula ꝙ in oībus spiritualib[9] ex solo titulo transferᵵ plenum ius: vt in.d.c.si tibi absenti. ⁊ per Inno.in.c.inter cetera. de preben. Ista enim tanq̄ inuisibilia sine alia executione exteriori trāsferuntur:⁊ solo cōsensu vt dixi perficiuntur.

¶ De conditionibus appositis in despōsatione ⁊ in matrimonio vel in alijs contractibus. Rubrica.

¶ Continuaᵵ hec rubrica ad precedentia hoc ordine. Quia qñqʒ spōsalia contrahūtur pure de quibus visum est supra: qñqʒ sub ꝯditione:merito de his post precedētia submittit. ⁊ qꝛ conditio apponi pōt non solū in matrimonio: sed etiā[b] in alijs ꝯctibus. Ideo ne autor haberet materiā geminandi rubricā subnectit hic de cōditionibus appositis etiam in alijs cōtractibus.⁊ quid sit cōditio. no.super rub.ff.de condi.⁊ demon. Sed dic latius ⁊ clarius qꝛ conditio est quedā adiectio posita vel subintellecta in dispositione suspendēs ⁊ resoluens ipsam dispositionem.⁊ differt a modo qꝛ modus non suspendit sed est quedam modificatio dispositionis de quo clarius dicetur.j.eo.verum.

1 ☞ Conditio turpis in cōtractu matrimonij apposita nō vitiat matrimonium sed conditio ipsa frangitur.
2 Conditio an possit apponi in cōtractu mātrimonij:⁊ qualis vitiet matrimonium.[c]

1 QUicunqʒ. ¶†Hoc dicit in summa. Defect[9] turpis cōditionis in contractu matrimonij apposite nō vitiat matrimoniū sed vitiaᵵ. primo ponitur thema ex quo resultat tacita questio. scđo respōsio ibi:respōdemus. ¶ Casus literalis. Si aliquis desponsauit aliquā sub conditione que nō sit cōtra substantiam matrimonij: puta cōtraho tecū si furtum feceris:[d] si voluit eam relinquere:queritur an possit: respon.ꝙ cōditio frangatur ⁊ matrimoniū firmiter teneatur Ber. ¶†Opp.cōtra tex.videᵵ enim ꝙ cōditio possit apponi in matrimonio cōtrahēdo.vt.j.de illis.⁊.c.super eo. So. metu cōtrarij in tex.intelligiᵵ duobus modis. Primo ꝙ loquitur in cōditione suspendēte turpi tñ.nam cōditio turpis que nō sit contra substantiā matrimonij habeᵵ pro nō adiecta ⁊ cōtractus remanet purus.j.e.c.fi.secus in cōditione honesta de qua intelligitur contrariū: ⁊ hunc intellectū ponit gl.hic. Scđs intellectus extra gl.vt intelligaᵵ in conditione resoluēte puta contraho tecū matrimonium ⁊ si nō donaueris mihi.x.volo te relinquere[e] certe ex quo matrimonium a principio tenuit non pōt dissolui:vt in.c.cū sis. de cōuer.cōiug.⁊ pro hoc intellectu facit litera in ver.relinquere.⁊ hunc intellectū sensit Vin. Quidā tamen dixerūt ꝙ in matrimonio non pōt apponi cōditio:quia cōsensus debet esse purus ⁊ absolutus sed hoc est falsum:vt in cōtrariis nisi intelligas ꝙ matrimoniū non pōt consistere nisi ex solo cōsensu puro ⁊ absoluto: nā existente conditione consensus remanet purus:⁊ tūc vere incipit tenere matrimonium:vt in.c.super eo. j.eo.⁊.c.verum.⁊ in.c.vnico.de spon.lib.vj.

1 ☞ Seruus manumissus sub cōditione vt fiat monachus ⁊ monasterio seruiat:al's in seruitutem redeat si monachus sit factus manumittentis voluntatem seruet.8.
2 Conditio apponi potest resolutiua libertatis in manumissione serui.
3 Seruitus non impedit ꝙ quis monachus nō fiat vel ad sacros ordines promoueatur.
4 Seruus potest manumitti sub cōditione vt fiat clericus vel monachus.
5 Libertas an sit res spiritualis.
Simonia an sit aliquid pro ingressu religionis accipere.
6 Conditionis acceptatio quid operetur.
7 Clericus ⁊ monachus an in seruitutem redigi possint:⁊ dic ꝙ aliud in clerico aliud in monacho.

Zacharias.
a ¶ Ad aliud matrimoniū. Adde qđ si ꝯhat ēt ꝯ p̄ceptū iudicis vel ecclesie inhibitionem. Spec.in tit. de spon. et ma.§.ij.et in titu.de matri.ꝯ.inter.eccle. cōtracto.in prin.
b ¶ Nullus.de quo in.c.fin. de postu. p̄la.per Lap.sua alle.xcvij.ꝑ Abb. in.c.ad apostolicam.s.de regu.facit.l.j.§.rūsum.ff. de postulādo.vbi illa ꝓhibitio habet causam perpetuam.
c ¶ Tolerant. Uide q̄ dixi in.c.fin. de consti. vbi do. pe.in.c.j.de sum. tri.⁊ si.catho.lib. vj.et in clem.ij.de reb.eccle.nō alie. And.Barba.
Sabasti. Sapia.
d ¶ Potestas pape.ad corroborationē vide Pe.de anch.in cōsi.cccc[j]. incipi.viso et diligēter inspecto.colū.iij.refert Feli.i c.que in ecclesiaꝝ. col.vij.versic.scđo amplia.s.de ꝯsti.
Zacharias.
e ¶ A iure diuino. Matt.xix.quos deus cōiungit ꝛc. Angel.in auᵵ.de trien.⁊ se.§.ix.co. iiij.⁊ Alex.consil. xlviij.volu.iiij.

Degradatus clericus in effectu desinit esse clericus.
Monachus nunq̃ desinit esse monachus.
Papa an possit monachum a religione ⁊ voto liberare.

Cum sit proprium.

† Pertinet ad secundā partē rubri.⁊.h.d.in summa. Seruus manumissus ea cōditione vt fiat monachus ⁊ monasterio seruiat al's in seruitutē redeat: ⁊ si hoc acceptato monachus factus sit manumittētis voluntatē cogit obseruare. Primo thema.secūdo respōsio ibi:tu ergo. ¶ Casus literalis. Quidā diaconus manumisit duos seruos sub ea cōditione vt monachi essent ⁊ permanerent in quodā monasterio adijciens vt si cōtrafacerent:iterū seruituti subijcerētur: ⁊ vnus illorum recessit a conditione:⁊ de monasterio exiuit: ⁊ inter clericos seculariter cōuersatur:vnde quidā presbyter illius monasterij cōquestus est de hoc dño pape.vnde mandat epo diocesis vt si ita esse inuenerit: cōpellat eum in monasterio permanere:nec monasteriū deserat:vt volūtas manumittentis nō valeat preteriri. Ber. ¶ † No.j.q̄ in manumissione serui potest apponi conditio libertatis solutiua.[a] ¶ † Scdo no.q̄ seruitus antiqua non impedit monachum cōcor.liiij.dist.multos.nec promotionē ad sacros ordines:vt in.c.nullis.⁊ in.c.de famulis.de ser.ord. ¶ † Tertio not.qđ seruus pōt manumitti sub eo modo vt fiat monach⁹ vel clericus. ¶ † In gloss.j.ibi:est res spiritualis no.glos.q̄ libertas[b] potest dici res spiritualis:⁊ facit qđ no.gl.in.d.c.preallег.s.in.c.nullus. sed hoc non procedit q: si esset spiritualis nō caderet in laicum.vt in.c.causam. de prescri. Item dominus qñq3 manumittit interuentu pecunie.l.iiij.ff.de manumis.qđ non posset fieri si libertas esset res spiritualis.⁊ ideo tene sequentē solutionē gl.q̄ monachatus hic confert pure. Item est hic quedam conditio intrinseca:vnde sicut non est simonia si datur predium vt ibi fiat ecclesia.vt in.c.olim.el.j. de resti.spo. ita ⁊ si manumittitur seruus vt fiat clericus vel monachus:quia nō potest fieri monachus aut clericus nisi prius sit liber.s.de ser.non or.per totū. Host.intellexit text. q̄ nō sub conditione sed sub modo isti fuerūt manumissi vnde cōditio hic ponitur largo modo. sed per hoc non mutat intellectus iuris: ⁊ de differētia inter modum ⁊ conditionē habetur in.c.verum.j.eo. ¶ † In gl.fi.ibi:q̄ cito acceptauit conditionem intellige gl.sane.s.q̄ acceptauit eam effectu faciendo professionē in manibus illius qui potuit eum incorporare religioni.iuxta not.in.c.porrectum.de regula.ex nuda ergo acceptatione cōditionis nō esset effect⁹ monachus. ¶ † Et in fi.gl.vult ergo gl.q̄ promotus ad clericatum potest reuocari ad seruitutem si nō seruat modū in manumissione appositū:secus in eo qui est effect⁹ monachus sed non reddit rationē diuersitatis: nec etiam doct.sed potest dici q̄ clericus degradatus desinit in effectu esse cleric⁹. vt in.c.degradatio.de pe.li.vj.vnde sine violatione clericus potest degradari ⁊ redigi in seruitutem:sed per degradationē seu depositionē non desinit quis esse monachus. Est enim monachatus quoddā votum a quo nō potest liberari etiā per papam saltē sine maxima causa.iuxta ea que no.in.c.cū ad monasteriū. in fi.de statu regu.ex quo enī semel pure vouit deo nō potest amplius redire ad seculū ⁊ subijci seruituti corporali.sed si fuisset seruus illius monasterij:tūc forte valeret cōditio:nō vt ex toto desinat esse monachus: sed vt sit magis astrictus monasterio q̄ ceteri:vnde erit quasi seruus monasterij:nec poterit intrare monasteriū strictius. facit q̄ leg.et no.in.c.de famulis.⁊ in.c.eo libentius.de ser.nō or.⁊ qđ no. gl.in.c.vt lex cōtinentie.xxvij.q.j. ¶ † Sed cōtra hunc intellectum gl.opponit de fi.c.vbi papa mandat seruari manumittentis voluntatem:ergo debet ille redigi in seruitutem:cum hic sit manumittētis voluntas cōtrarium videtur difficile. ⁊ hic non tactū per doc.sed pōt dici inherēdo primo intellectui Hosti.q̄ isti fuerūt manumissi sub modo vt fierent monachi ⁊c.vnde conditio redigēdi ad seruitutem debet referri ad tēpus ante monachatū:nam voluntas manumittētis fuit vt fierent monachi:⁊ si non vellent redirent ad seruitutē vnde si fiunt monachi seruant volūtatem manumissoris eo quod compelluntur perseuerare in monasterio.

Zacharias.

[a] ¶ Cōditio. libertatis solutiua.adde r̃ q̄ pendente illa habebit̃ p seruo. vt no.Spe.in ti.de actio.ver.itē q̄ est libert⁹.et in ti.de accu.versi.q̄ est.⁊ ver.s3 pone.

[b] ¶ Libertas.alias dicitur cā pia.l.j. C.de commu.seruo.ma.§.fina.

Sebasti. Sapia.

[c] ¶ Hec conditio. qñ valeat in matrimonium initū spe premij. vid Ias.post alios. in.l.titia.in pn, col.iiij.vsi.capio glos.in verbo ob staturam.ff.de ver.obli.

☞ Iurans aliquam in vxorem accipere si centū sibi donauerit non tenetur illam in vxorē accipere nisi,postea pure cōsenserit,vel eam cognouerit.3.
Sponsalia possunt sub conditione contrahi etiā de futuro.
Impedimentum publi.ho.iustitie non orit̃ ex sponsalibus conditionalibus ante conditionis euentum.
Conditio q̄ aliquid detur ex causa dotium vel donationis an sit honesta vel turpis.
Conditio in sponsalibus apposita tollitur per carnalem copulam superuenientem ⁊ consensum de presenti.5.
Consensus superueniens de presenti spōsalibus de futuro sub aliqua conditione quid operetur.4.

De illis.

¶ † Qui iurauit aliquā in vxorē accipere si cētum sibi donauerit accipere non tenet̃:nisi postea pure cōsenserit vel eā cognouerit. primo thema.secundo determinatio ibi:reus. ¶ Casus literalis. Aliquis iurauit alicui mulieri sub hac forma verborū. ego accipiam te in vxorē si centum mihi donaueris. mulier nolebat soluere qđ petijt queritur vtrū sit periurus si eā non accepit in vxorē:⁊ respondetur q̄ non nisi postea consensus de presenti accessit vel carnalis copula fuerit subsecuta. Ber. ¶ † No.primo q̄ spōsalia possunt cōtrahi sub cōditione. tex.enī iste loquit̃ in sponsalibus de futuro:vt patet per verbū accipiam.qđ est futuri temporis:vt in.c.pe.s.de spon.⁊ ex talibus sponsalibus cōditionatis nō oritur ante conditionis euentum publice honestatis iustitia. vt in.c.vnico.de sponsa.lib.vj. ¶ † Secūdo no.tex.valde notabilē iudicio meo. q̄ hec conditio[c] est honesta accipiam te in vxorē si tale quid mihi donaueris: nam si nō esset honesta.non suspendisset sponsalia:sed haberet̃ pro non adiecta.vt in.c.si.j.eo. ¶ Sed contra hoc ⁊ contra text. fortiter opponitur de.l.si ita stipulatus fuero. in.§.si tibi nupsero.ff.de ver.obli.vbi tex.no.dicit q̄ si mulier stipulatur a viro centum dari si sibi nupserit: non valet stipulatio tanq̄ inhonesta:⁊ idē dicit in persona viri ne videatur propter libidinem dedisse centum seu matrimoniū contraxisse. Solu. contrarium est difficile ⁊ non tactum hic per doct.sed credo posse dari duas solutiones.prima vt intelligant̃ qđ vir fuit stipulat⁹ aliquid sibi donari occasione.s.dotis.nā tunc bene valeret.vt i.d.§.si tibi nupsero. Vel scdo pōt dici q̄ qñ subest causa honesta petendi donū: tunc valet cōditio seu stipulatio.nam text.in.d.§.nō annullat indistincte illam stipulationem:sed dicit q̄ causa cognita est annullanda.vnde vt dicit ibi Bar.si nobilis contraheret cū plebeia nō esset inhonestum si promitteretur aliquid ipsi nobili in compēsationem nobilitatis. nam tūc cessat ratio libidinis: ⁊ idē vbi subesse potest consimilis causa. ¶ † Ultimo no.duos casus in quibus cōditio apposita in sponsalibus tollitur scilicet per carnalē copulam subsequētem:⁊ no.bene hunc casum:maxime iuncta gl.fi.quia extēdit.c.is qui. de sponsa.nam copula hic operatur duo:purificat enī sponsalia:⁊ eodem momento ea transfundit in matrimoniū. Secundus casus qñ interuenit postmodū consensus de pñti. ¶ † Sed quero nunqd sufficit omnis cōsensus de presenti: Uin,hic Pet.⁊ Abb.⁊ Spe.e.ti.in prin.miro modo intelligunt istū tex.dicunt enī sufficere cōsensum de presenti siue sit purus siue sit conditionalis dummodo non cōferatur in arbitriū alterius:⁊ hoc vltimo casu intelligūt.c.super eo.j.e.quasi velint isti dicere q̄ si fuerit dictum cōtraho tecum si donaueris mihi centum incontinēti est matrimonium: q: verba sunt de presenti:nec cōsensus est collatus in arbitriū alterius:vtputa si fuisset dictum contraho tecum si pater meus cōsenserit.nam hoc casu non est matrimoniū nisi pater cōsenserit:vt in.d.c.super eo. Sed Io.an.hic ⁊ Inno.tacite sentiunt oppositum ⁊ melius:dicunt enī q̄ licet cōsensus sit prestitus per verba de presenti. ex quo nō interuenit conditio suspensiua nō tenet matrimonium nisi existat cōditio:quia consensus a quo substantiatur matrimonium non est purus ⁊ absolutus ⁊ hoc dictum satis sentit hic glo.pe.⁊ tenet do.Ant.in.d.c.super eo.⁊ hoc mihi videt̃ ipsa veritas.vnde tex.debet intelligi de consensu de presenti pure prestito. Tamen est differentia.vtrum dicā accipiam vt si centū dederis.nam in primo casu existēte conditione purificantur sponsalia.sed adhuc non est matrimonium:sed secundo casu erit matrimonium:quia conditio suspendit consensum de presenti.

☞ Donatio facta ecclesie sub modo de aliqua re:res donata statim efficitur ecclesie nec reuocatur modo nō seruato nisi in contractu fuerit expressum.
Donator potest in donatione quā facit ecclesie conditionē seu modum apponere etiam contractus resolutiuum.2.
Donator laicus an donationem factam ecclesie propria autoritate possit reuocare.
Conditio siue modus appositus in donatione facta ecclesie an presumatur q̄ sit causa finalis contractus ⁊ quid operetur si est tanq̄ causa finalis vel non.
Donatio facta ecclesie an possit reuocari propter conditionem non seruatam per prelatum.
Prelati delictum siue negligentia an noceat ecclesie.

4 Conditio apponi potest in donatione facta eccle sie q res donata non possit alienari.
Alienari an & quando possint bona ecclesie.

VErum. †Est text.notabilis & multũ allegatur & ẽm intellectum veriorem.h.d.in summa. Res donata ecclesie sub modo statim est ecclesie nec reuocat̃ modo nõ seruato nisi hoc in cõtractu sit expressum.primo dictum.scdo exce ptio ibi:nisi. ¶ Casus literalis. Aliquis donauit aliquã possessionẽ alicui ecclesie sub aliqua condi tione.id est sub modo nisi aliquid fiat.& sic dona tio tenuit:donator volebat reuocare donationẽ queritur an possit? respõdetur q nõ:nisi tali con ditione:id est tali modo vel pactum datum sit qđ ea cessante donatio debeat reuocari. Bernard.
2 ¶ †Nota primo donatorem posse in donatione quam facit ecclesie conditionẽ seu modum appo nerẽ.[a] etiam cõtractus resolutiuum. ad hoc.c.cũ dilecti.s.de dona.res ergo semel eccl'ie effecta po test ab ea reuocari ex modo nõ seruato: vel p exi stentiam cõditionis resolutiue. Nũquid aũt hoc casu possit laicꝰ donator donationẽ propria au toritate reuocare.dic vt no. Inno.in.c.verum.de foro compe.vbi plene dixi. ¶ Pro declaratione c.op.contra text.videtur enim nullo modo posse procedere. Aut enĩ extat cõditio apposita in do natione & non potest donatio amplius reuocari. Aut cõditio nõ extat & frustra tractatur de renũ tiatione. q2 cõditio suspendit actum in euentum conditionis.vnde antea non potest dici donatio cũ sola spes sit in obligatione. insti.de verb.obli. in.§.ex cõditionali.& .j.c.proxi.reuocari ergo non potest quod nõdum tenet. Sol.gl.ij.vt arbitror metu cõtrarij ponit duos intellectus ad text.pri mus est vt intelligatur in conditione resoluente: exemplum patet in ea. vnde ante euentum condi tionis non potest reuocari. et sic intelligit̃ prima pars.c.sed post conditionem extantem potest re uocari si fuit dictum: et sic intelligitur scda pars. Iste intellectus est verus in se. sed nõ cõgruit lite re: q2 si intelligeretur in conditione resoluente di xisset q ea existente posset reuocari: sed text.dicit ea cessante. ideo gl.trãsit ad secundum intellectũ meliorẽ vt intelligatur in modo & nõ in conditio ne.nã modus nõ suspendit actũ:sed modificat vt puta si datur prediũ ecclesie cum hoc modo vt non alienetur:tunc si ecclesia venit contra modũ: & si esset modus appositus põt reuocari donatio & hoc ẽm gl.si fuit dictũ in donatione:quasi velit gl.q nõ obseruantia modi non prestat facultatẽ reuocandi donationẽ:sed dũtaxat agẽdi vt serue tur nisi dictum sit vt possit reuocari hoc vltimũ dictum gl.non est indistincte verum. vnde cõclu dendo breuiter ipsam veritatẽ dic q tam in con tractibus noĩatis q̃ innominatis si modus ap positus fuerit finalis causa cõtractus põt agi ad reuocationem si modus nõ seruatur.[b] vt est text. in.l.cum te fundum.C.de pac.inter emp.& vẽdi.& in.l.j.C.de dona. que sub modo. Si autẽ modus non fuit finalis causa cõtractus.tunc non agitur ad reuocationem: sed ad obseruantiã modi:& ita debet intelligi tex.in.l.ea conditione.C.de rescin. ven.sed respectu donationis facte ecclesie text.vi detur hic sing:quem nescio alibi q semper debet presumi q modus nõ sit causa finalis cõtractus. nã vt hic vides ex nõ obseruantia modi nõ reuo catur donatio facta ecclesie nisi sit dictũ in dona tione vt possit reuocari:& hanc propter alios ego puto rationẽ: q2 donans ecclesie sub modo vide tur principaliter donasse propter deũ:& pro reme dio peccatorũ suorũ argu.in.c.requisisti.de testa. Modus ergo oppositus nõ videt̃ causa finalis cõtractus. & sic non potest agi ad reuocationẽ:sz solum ad adimplementũ nisi sit dictũ vt possit re uocari:et per hoc reducemus ad cõcor.ius ciuile & canonicũ. & cum eadẽ sit ratio in vtroq3 & hanc lec.tene omissis quibusdã alijs que dant̃ extra gl. ¶ †Sed hic quero de questione quotidiana:nũ gd donatio possit reuocari si fuerit dictũ ex quo solus prelatus[c] non seruauit modũ. Uin.hic sen tit q nõ.q2 delictũ solius prelati[d] nõ debet noce re ecclesie.vt in regula delictum. de reg.iur.lib.vj. vnde si datur ecclesie possessio vt nõ possit aliena ri.& si alienetur fuit dictũ vt possessio possit ab ec clesia reuocari nõ potest fieri reuocatio solo prela to alienante.secus si prelatus cum capitulo.& idẽ dicit in alijs modis. Idẽ sentiũt doct.in.c.breui. de iureiu.vbi dicũt aliud esse respectu cõditionis implẽde.nam satis est q prelatus nõ implet con ditionẽ ad hoc vt res non acquiratur ecclesie. qđ sing.notabis.& hanc puto rationem diuersitatis nã in acquirẽdis solus prelatus non põt nocere eccl'ie: sed nõ in quesitis.vt dicit gl.no.& doc.xvj. q.vj.§.fi.no. Inn.in.c.fraternitatẽ.de dona.& per
4 hoc habes declaratã gl.ij.& princ.vltime. ¶ †In glo.fi.in fi.no.istã gl.q2 quotidiana est. & ex ea pri mo no.q licite in donatione facta eccl'ie apponit̃ pactũ vt nõ possit alienari.& vr̃ expressum.i.§.san ctissimis. alle.in gl:vbi dicit̃ q res eccl'ie possunt alienari pro redẽptione captiuorũ.nisi sint dona te eo pacto vt alienari non possint. ¶ Sed dubiũ est quid si immineat necessitas[e] gl.ponit hic duas opiniones.& primã tenuit Hug.x.q.j.sic quidam Jo.& Lau.x.q.ij.hoc ius. Itẽ damas.Ho. Phi. & Inno.hic. Secundam opin.indistincte vt non possit alienari tenuit Uin.qui tamen postea mu tauit opin.& dixit standũ.c.aurum.xij.q.ij.primã opi.sequit̃ hic in effectu do. Ant.scdam sequitur hic do. Car.mihi placet prima vt ex quo necessi tati ecclesie aliter consuli non potest licite alienet̃. nam si aliud sensit donator nõ videtur fuisse men tis compos cum instante tali necessitate pia ipse debuisset hoc facere. vt in.c.sicut.xlvij.dis.facit q in simili no.gl.lxxxij.dist.c.j.tene tñ menti gl.& ge neraliter an & qñ valeat pactũ de nõ alienãdo in ter priuatos: & an ex tali pacto impediatur alie natio.dic vt no.in.c.raynaldus. de test.per Inn. & per doc.& glo.in.c.fi.C.de reb.alie.non alie.& in l.filius.§.diuus.ff.de lega.j.

1 ☞ Matrimoniũ contrahẽs sub cõditione nõ improbata non compellitur illud consummare.
Conditio hec si pater consentiat in matrimonio apposita honesta videtur.
2 Matrimonio cõtracto per verba de presenti põt alter coniugum compelli ad consummandum.
3 Matrimoniũ potest cõferri in alterius arbitriũ & non solum parentum:sed etiam alterius.
Testm̃ non potest cõferri in alterius arbitrium.
4 Cõditio nõ improbata põt apponi i mr̃imonio.
5 Matrimonium etiam de presenti sub cõditione contractum nõ habet effectum de presenti sed su spenditur in euentum conditionis.
6 Matrimoniũ spirituale contrahi nõ potest sub conditione:secus est in matrimonio carnali.
7 Matrimoniũ pure contractum post mr̃imoniũ conditionale ante conditionis euentũ an teneat.
Matrimonium conditionale habet vim sponsa liorum de futuro.
8 Matrimoniũ contractũ inter quos extat impe dimentum sub conditione si papa dispensauerit. Et demum papa dispensauit: vtrũ sit matrimo nium sine alio consensu vel contractu dic q non.
Obligatio non oritur ex facto a iure improbato.

1 SUper eo. † Qui p verba de presenti cum mu liere contrahit sub cõditione si pr̃ con sentiret:nisi pater cõsentiat ad matri monium nõ est cogendus: vel generalius sic.Cõ trahens matrimoniũ sub cõditione nõ improba ta non cõpellitur matrimoniũ cõsummare ante conditionis euentũ.Cõis diuisio.scda ibi:respõ demus.& ibi primo soluit. scdo remouet obstacu lũ ibi:nã licet. ¶ Casus literalis. Quidã cõtraxit matrimoniũ cũ quadã muliere sub hac conditio ne si patri eius placeret.querit̃ vtrum sit cõpellen dus ad matrimoniũ consummandũ. r̃ndetur qđ consensus liber dici non debet qui in alieno arbi trio reseruatur:& cõditio talis non improbatur a iure:ideo nisi voluntas patris accedat nõ est ma

¶ Apponere. ratio est q2 quilibet põt in traditione rei sue modũ apponere.l.in traditionibꝰ.ff.de pac. ea.cũ dilecti.s.de donat.limita esse verũ incontinenti secus ex interuallo.l.perfecta.C.de dona.que sub modo.l.j.§.cedit.et ibi gloss.C.de rei vxo.act.glos.in.c. preterea.el.ij.s.de iurepatro. Intellige esse veruz nisi partes tali pacto ɔsentirent ẽm gl. notabilem.in.d.l. perfecta.
Sebasti. Sapia.
¶ Nõ seruat̃. Vide ad hec que scribit Abb.in.c.verum.s.de fo.compeẽ.et Feli.ibidẽ col.fin.et Pet.de anch.i cõsi.ccxvij. incip.dubium facit Bar.in.l.fina. ff.vt in pos.lega.& in repe.l.creditores.i.ij.q.C.de pigno.
¶ Solꝰ prelatꝰ. Dubia est ista decisio q in acqrendis solꝰ prelatus possit preiudicare: cõtra dominũ Abb.tenet Fede. consi.ix.vbi cõcludit q legatum factuz ecclesie solus prelatꝰ possit alienare. Et idem tenuit Lap.alleg. xxvj.p Inn.Abb. & Cardi.in.c.tua. de his q̃ fiunt a p lato sine consensu capituli. Pau.de cast.tenet ɔtrariũ i.l.legatum.ff.de le.j. q2 opi. Abb. hz tex.cõtra se.in l.magis puto.§. fundũ.ff.de re.eo. cõis opi.est cõtra Abba.hic:vt late per Alex.in.d.l.legatum.per Old. consil.cclxxxiiij.et ccviij.de quo per dñm & preceptorẽ meũ do. Uin.herculanũ.in.d.l.legatum.vbi alias melius ceteris explicauit hunc articulum.
Zacharias.
d ¶ Delictũ prelati. Adde istũ in.c. si diligẽti.nume. xxiiij.& ibi in apostil.meis in versi.nocet ecclesie.s.de foro cõpe. & in.c.imperatoruz.nu.iij. Et ibi vide i apostil.meis in versi. preiudicat ecclesie.s.de iura.cal.
¶ Necessitas.qđ res possit alienari ita:donata consuluit Fed.consil. clxxxiij. Imol.i.l. filiusfamilias.§. diuus.ff.de leg.j. tenet ɔtriuz q2 qñ prohibitio hominis & legis cõcurrunt res põt alienari etiaz in casu permisso.l.ij.cum glo.C.de vsucap. pro emptore et q res p̃hibita alienari possit in casu necessitatis est glos.Alexã.& oẽs in.l.marcellus.§. res.ff.ad trebelli. Pau.de cast.aut̃. res que.C.cõia đ leg.facit differentiam an prohibitio sit facta in vltima voluntate vel in ɔctu p quo est glos.ordinaria et approbata i.l.nulla.C.de iur.dotiũ. quã Cy.& Bal.tenent sequit̃ Alex. in.d.§.diuus.subdendo q forte nõ est alibi & in cõsil. cxlv.inci.visis scripturis. Bal.i.c.j. §.donare. qualiter feudum olim poterat alienari. late p modernos in.d.aut̃.res que. Ange.ɔsi.clxviij. Angel.in aut̃.de alie.et emphy.§. hoc etiam.versic. sed tunc quero.

a ¶ Rõnẽ diuersitatis. Colligit ex c.fi.de pcu.lib.vj. & in.c.j.de spõ.eo.lib.& ita tenẽt hic Anto.de butr.et Philip. Francis.

b ¶ Dispensaret. Utrũ valeãt sponsalia ita contracta si papa dispenset. Alre.cõsi.cxliij.incip.ex facto ppo nitur.versi.sed est aduertendum vbi cõcludit ꝙ valeãt facit ꝙ vult Bal. Ange.& moder.l.si quis heres instituatur.ff.de here.insti.inꝗtũ volunt ꝙ institutio põt fieri sub cõditione si filius legitimabitur et per hoc tollitur ratio Car.adducta hic per Abba.facit.l.in ius.& ibi Ang.ff.de here.insti.

Zacharias.

¶ Adde in alio casu an si cõtrahatur matrimoniũ illicitũ:& cõfirmetur per papã:an tollatur pena excommunicatiõis per ꝯctũ cõmissa. Card.in cle.j.qõ.xviij.de consan.et affi.tenet qd non nisi expressum tollatur que etiã faciũt pro.q.hic tacta ibi vide et remi.ĩ apo.celsi.ad ipsum et ibi quid si ꝯhens sit pupillus vl̃ furiosus an cõmittatur pena.

Sabasti. Sapia.

c ¶ Nõ posse. vide ad hoc text.sing.ĩ l.iiij.§.i.ff.de fidei cõmis.liber.quem extollit Bal.i.c.j.versi.modo venio ad glo.in ti.hic finit lex in prin.col.iiij.vide per Georgiũ nattam.in repe.clemen.sepe.in prin.in.iiij.no.de verb.signifi.

trimoniũ contrahere cõpellendus.postea respondet Alex.papa dicẽs sponsalia interposita & non secuta cõditiõe ꝯcta:sequẽte de pñti cõsensu vel carnali copula tale matrimoniũ nõ debere dissolui:qꝛ talis consensus nõ est de presenti habẽdus ꝗuis per verba de pñti exprimat̃ q̃ in alieno arbitrio habẽdo ꝯsistit.Ber. ¶ †No.j.ibi:ad cõsummandũ ꝙ ꝯcto pure matrimonio p verba de presenti põt alter coniugum ad petitionem alterius cõpelli ad cõsummandũ matrimoniũ & sic lꝫ adhuc nõ sit habita possessio tñ ex iure quesito per cõsensum põt agi ad consummationẽ mr̃imonij qd no. ¶ †So.no.ꝙ mr̃imoniũ põt cõferri in alterius arbitriũ.& non solũ parentis in cuꝰ potestate est cõditionẽ apponere:sꝫ etiã alterius.vt in c.seq.& ex hoc habes vnã differentiã inter matrimoniũ & testm̃.nam testm̃ non põt conferri in voluntate alterius:vt in.l.captatorias.& in.l.illa institutio.ff.de here.insti. de quo dicendum:vt no.in.c.cũ tibi.de test.secus in matrimonio:vt hic et ratio põt esse. nam matrimoniũ est de iure diuino vnde sufficit solus cõsensus qualitercũqꝫ habeat̃:sed testm̃ depẽdet ex gratia: qꝛ cõfertur in illud tp̃s quo testator nõ est futurus dñs scꝫ post mortẽ. vnde satis est ꝙ ipsi cõmittit̃ libera facultas testandi.vt nota. dicit gloss.in.d.l.institutio. ¶ †Tertio not.hic regulã ꝙ oĩs conditio a iure nõ improbata põt apponi ĩ mr̃imonio. ¶ †Ultimo no.ꝙ lꝫ cõsensus exprimat̃ per verba de presenti:tñ ex quo apponit̃ cõditio nõ habet effectũ de presenti:sed suspendit̃ in euentũ conditionis: & declara vt dixi.s̃.eo.de illis. ¶ †In gl.j.de hoc dic vt plene not.in reg.actus legitimi.de reg.iur.lib.vj.per glo.& Diony.& habes ex hoc vnã differentiam inter matrimoniũ carnale et spirituale. Nam carnale põt cõtrahi sub conditione: vt hic spirituale non:vt in.c.ij.de elec.lib.vj.& dic vt ibi. ¶ †In gl.ij.in fi.ego non dubito quin ꝑm matrimoniũ teneat cõtractum ante euentum conditionis:qꝛ matrimoniũ cõditionale habet vim spõsaliorum de futuro.vnde sicut illa tolluntur per sequens matrimoniũ.vt in.c.j.s̃.de sponsa.duorũ. ita & matrimoniũ ꝯditionale tollitur per sequẽs purũ.pro hoc.c.vnicũ. de spõsa.li.vj.sed si non intercessit matrimoniũ dubito de decisione glos.qꝛ ex quo obligauit se sub cõditione nõ potuit recedere ab illa obligatione.argumentũ.in.l.petitor.ff.qui po.in pig.ha.si superuenerit ergo euentus conditionis primum matrimoniũ remanet purũ nisi forte aliud dicat̃ in matrimonio:sed ego non bene video rationẽ diuersitatis.[a] ¶ †Extra glo. quero questionẽ quotidianã duo inter quos obstante impedimẽto canonico nõ poterat esse matrimonium contraxerũt sub cõditione si papa dispensaret[b] demũ papa dispensauit. queritur nunquid sit matrimoniũ sine alio consensu. Inn.primo refert quosdã tenere ꝙ sic. scdo refert alios tenere contrariũ quos ipse sequit̃. mouẽtur isti:qꝛ primus consensus oĩno erat iure reprobatus ad hoc tex.in.l.inter stipulantẽ.§.sacrã.ff.de ver.ob. Primã opi.sequũtur hic Hos.& do.Ant. Secundam sequit̃ do.Car.& dicit se in facto consuluisse sic motus principaliter:qꝛ ꝙ dependet a volũtate vnius dicit̃ impossibile.l.apud iulianũ.in fi.ff.de leg.j.Itẽ id qd fit per remediũ extraordinariũ dicit̃ fieri non posse.[c] vt no. Inn.in.c.pastoralis. de cã pos.& ppꝛie. Istud ergo matrimoniũ videt̃ fuisse cõtractũ sub cõditione impossibili:sed ego assigno aliã rationem ad hoc vt actus retro extẽdatur oportet ꝙ potuerit intercedere a pñcipio: vt.l.si qs p emptore.ff.de vsuca.sꝫ mr̃imoniũ nõ poterat esse a principio tp̃e cõtractꝰ obstãte impedimẽto.ergo nõ põt retrotrahi. Itẽ ex facto a iure improbato nõ põt nasci aliqua obligatio.l.cũ lex.ff.de fideius.sed cõtractu cõditionali sola spes est in obligatione & ppter illã spem cõtractus retrotrahit̃.sed in casu nostro nulla nata fuit obligatio rõne predicta. ergo opus est vt matrimonium de nouo contrahatur: et sic altero nolente contrahere non erat matrimonium.

1 ☞ Sponsalia sub honesta cõditione cõtrahens et ante conditionis euentum desponsatam agnoscit a conditione recedit.

2 Matrimoniali in causa vbi super vero matrimonio fundatur petitio actor probando matrimonium presumptum presumptione iuris & de iure obtinet ac si verum probasset matrimonium.

3 Matrimonium potest conferri in arbitrium etiam extranei. Carnalis copula facit transire sponsalia nedum pura:sed etiam conditionalia in matrimonium.

4 Conditione deficiente sponsalia ex toto euanescunt adeo ꝙ copula sequens nihil operatur.

5 Carnalis copula an probari debeat ꝙ sit secuta postꝗ̃ defecit cõditio. Excõmunicatio an probari debeat ꝙ sit emanata post appellationem. Mulieri an sit credẽdum de copula:videlicet an fuerit ante vel postꝗ̃ conditio defecit.

6 Protestatio turpis & contraria facto non releuat. Protestatio ꝙ carnalis copula non facit transire sponsalia in matrimonium non valet.

7 Cautela ad hoc vt carnalis copula non faciat transire sponsalia in matrimonium.

8 Matrimonium pure contractum post matrimoniũ conditionale preiudicat primo.vnde conditio postea adimpleta non releuat.

PER tuas. †Qui sub honesta conditione sponsalia cõtrahit:& ante cõditionis euentũ despõsatam cognoscit a conditione recedit. Cõis diuisio.secunda ibi:consultationi. ¶ Casus literalis.Quedã mulier. P.nomine petebat quẽdam. N.in virum dicens ꝙ mutuus consensus inter eos & carnalis copula accesserat:vir ille non negabat sponsalia contracta & carnalem copulã.dicebat tamẽ se non teneri illam ducere in vxorẽ: qꝛ sponsalia inter ipsos tali cõdictione contracta fuerunt si pater eius & patruus spõsalibus cõsentirent:sed ipsi quã cito sciuerunt contradixerunt super hoc testes recepti fuerunt: testibus receptis & publicatis dicebat mulier ꝙ licet sponsalia cõtracta fuissent sub conditione predicta.non tñ fuit a patre viri vel patruo contradictum & ante tẽpus condictionis expressum a testibus & post dicebat inter se & illam carnalẽ copulã accessisse. Iudex dubitauit qualiter esset in hoc negotio procedendum:processum cause ad dominũ papam remisit. Ipse examinatis attestationibus rñdet eidem ꝙ cum manifeste cõstet post contracta spõsalia ꝙ carnalis sit inter eos copula subsecuta pro matrimonio est presumendũ:quia recessisse videtur a conditione apposita: quia & si cõstet ꝙ postꝗ̃ pater & patruus viri contradixerunt spõsalibus idem vir carnaliter non cognouit eandem.non est tamen aliquo modo probatũ ꝙ anteꝗ̃ ipse cognouisset eandem pater eius & patruus contradicere curauissent.Ber. ¶ †Not.j.ꝙ fundãs se super vero matrimonio etiã obtinet probando matrimoniũ presumptum presumptione iuris & de iure. Ista enim mulier fundauit se super vero matrimonio & post probauit presumptũ & nihilominus obtinuit. quod nota.qꝛ facit ad multa. ¶ †Secundo not.ꝙ matrimoniũ potest conferri in arbitriũ etiam extranei. Itẽ not.ꝙ sponsalia nedũ pura sed etiam cõditionalia transeũt in matrimonium per carnalem copulam. ¶ †Ultimo not.ꝙ deficiẽte conditione spõsalia ex toto euanescũt adeo ꝙ copula sequẽs nihil operatur. ¶ †Opponitur cõtra text.de.c.cũ tu.de testi.vbi sufficit probare excommunicationem fuisse secutam appellationem.& per hoc infertur eam esse nullam nec est opus probare ꝙ excõicatio nõ fuit lata ante appellationem ita in proposito videtur dicendum.satis est enim probasse ꝙ eam cognouerit postꝗ̃ defecit conditio.maxime qꝛ actus non debet presumi geminatus. Solu.glos.j.& ij.& vlti.metu cõtrarij dicunt quod iuuenis fuit confessus se pluries illam cognouisse. ideo nõ sufficit postmodum probare ꝙ eam cognouerit post contradictionem parentum. hec solutio diuinat ad text.quia in text.non dicitur hoc. Hostien.sentit aliam solutionem dicens ꝙ iuuenis pure fuit confessus copulã non restringendo se ad vnicam tantum.ideo debuit postmodum probare qd ante eam non cognouit: sed post tertio soluit do.Ant.ꝙ quẽadmodũ statur confessioni mariti super copula.vt in.c.continebatur.de despon.impub.ita debet stari confessioni mulieris ex quo eam asserit ad validitatem matrimonij debuit ergo maritus probare ꝙ ante non cognouit ad excludendam assertionem mulieris. Et pro hoc intellectu adduco no.per Host.in.c.duo pueri.de despon.impub.vbi dicit credendũ mulieri quando confitetur copulam ad validitatem matrimonij. Sed aduerte quia papa hic se non fundat super assertione mulieris. sed quia de copula hic simpliciter constabat. Unde dicendum & quarto qd vbi plene actor fundat intẽtionem suam debet obtinere nisi reus clare illã confundat. nec sufficit ꝙ reddat eam dubiam. mulier enim probando sponsalia & copulam fundat clare intentionem suam. exceptio vero viri penitus nõ euacuauit illam probationem.licet eam aliquatenus redderet obscuram & per hoc videtur tex.in.c.in presentia. de proba.& vide quod ibi plene dixi.facit ꝙ notat gloss.in cle.si.de rescrip.licet in criminalibus vt euitetur delictum videtur reus hoc casu absoluendus. et sic saluarẽ vnã opi.Bar.notabilem in.l.non solum.in.§.sed vt probari.ff.de no.ope.nun.& hec lectura multum cõuenit litere quam etiam tacite sentit do.Anto.licet non sic declaret. sed stat in pendenti. ¶ †In gl.in ver.presumendum.

erb.presumẽdũ ibi:nec illud prodest.ꝛ est ratio:qꝛ hec pro-
:statio tanq̃ turpis debet haberi ꝑ nõ adiecta fauore ma-
rimonij:vt no.j.c.proxi.ꝛ nota hãc particulam gl.sponsus
ergo nõ potest cognoscere sponsam quin transeant spõsalia
i matrimoniũ quantũcunq̃ protestet in contrariũ. Unde
on est nisi vnũ remediũ:scilicet q̃ prius renuntiet sponsali-
us nam tunc copula superueniẽs non põt inducere matri-
noniũ cum reperiunt ibi sponsalia:vt not.in.c.veniens.ꝛ.c.
ua.de spõsa.¶†In ea.gl.ibi talis error ꝛc.dic hãc cõditio-
iem reijci tanq̃ turpem:qꝛ presupponit primũ coitũ tanq̃
ornicariũ.¶†In ea.gl.ibi:sed secꝰ in matrimonio:et ratio
apertissima est qꝛ scđm matrimoniũ pure contractũ preiudi
abit primo conditionali:vnde conditio postea existẽs non
reperit extremũ ad qđ possit trahi. Itẽ reperit matrimoniũ
in medio:ꝛ sic trahi non põt retro ad hoc.c.Quis.de rescri.
li.vj.ꝛ in fi.gl.ꝭm Hosti.tenet primã opi.questionis:ex quo
cõditio est oĩno extitura:exemplũ si sol clarescit nõ habet su
spendere effectum matrimonij:ita notatur.j.eo.ti.§.que cõ-
ditio.ver.quid si contraho.ꝛ hec opi.mihi placet.

☞ Cõditio turpis vel impossibilis in cõtractu matrimo
nij apposita habetur pro non adiecta nisi sit contra substan
tiam matrimonij.3.
Conditio apposita contra substantiam matrimonij vitiat
matrimonium ꝛ non vitiatur ipsa siue sit suspensiua vel re-
solutiua.6.
Conditio turpis vel impossibilis regulariter vitiat contra-
ctum ꝛ non vitiatur secus est in matrimonio.
Conditio contra substantiam actus vitiat ipsum actum cu
iuscunq̃ qualitatis existat.
Substantia quid sit?
Matrimonium cum infideli vel heretico cõtractum est nul
lum.nam oportet q̃ sint eiusdem secte vel fidei: de heretico
tamen dubitantur.
Conditioni turpi vel honeste ad hoc vt matrimoniũ vitiet
an sit necesse q̃ ambo coniuges consentiant.
Conditio in professione religionis q̃ religiosus possit habe
re proprium vel contrahere matrimonium an valeat: et an
talis remaneat monachus.
Cõditio q̃ clericus ordinandus in sacris possit contrahere
matrimonium non valet et ordinandus remanet in sacris.
Religiosus habere potest administrationẽ bonorum iure
sibi delatam:sed non ex pacto.
Matrimoniũ ꝓfessio et ordo an ꝓ̃ncipaliter dirigant deo.
Conditio q̃ monachus habeat proprium est contra substã
tiam religionis.
Conditio in consecratione ecclesie apponi an possit.
Patronus an possit conditionem apponere q̃ ecclesia non
subsit episcopo.

Si conditiones. †Notabile.c.ꝛ multũ allegabile.et.h.d.in summa. Si in contractu matrimonij
apponitur conditio turpis vel impossibilis ha-
betur pro nõ adiecta nisi sit contra substãtiam matrimonij:
qꝛ tunc vitiat cõtractum.sunt due partes. In prima tracta-
tur de cõditione turpi que est cõtra substantiã matrimonij.
In scđa de turpi vel impossibili.scđa ibi:lꝫ.¶Casus litera-
lis.Si aliquis ꝯhat matrimoniũ sub cõditione que est con-
tra substantiã matrimonij hoc modo cõtraho tecũ si prolẽ
euites:vel donec inueniã aliam digniorẽ honore vel faculta
tibꝰ:vel si pro questu adulterandã te tradas.querit vtrũ in
talibus casibus teneat matrimoniũ:ꝛ conditio pro nõ ad-
iecta habeat.Respondet pa.quantũcunq̃ matrimonialis
contractus sit fauorabilis:tñ in casibus predictis caret effe-
ctu.Quis alias apposite conditiones in matrimonio si tur-
pes fuerint aut impossibiles debeãt pro nõ adiectis haberi
propter fauorẽ matrimonij.Ber.¶†Not.j.duas regulas
notabiles in materia matrimonij.primo q̃ omnis cõditio
apposita contra substantiam cõiugij[a] vitiat matrimonium
ꝛ non vitiatur:ꝛ licet text.hic ponit tria exempla istarũ con-
ditionum cõtra substantiã.Tamẽ multa alia possent repe-
riri:puta sicut fuit in facto.Quidã habẽs suspicionẽ de in-
cõtinentia future mulieris contraxit secũ sub conditione q̃
si cõmitteret adulteriũ liceret sibi recedere a matrimonio et
aliã ducere.certe non est ibi matrimoniũ:ꝛ licet illa sit con-
ditio resolutiua tñ idem operatur quo ad propositum sicut
conditio suspensiua:vt clare colligitur hic in scđo exemplo
dũ contraxit donec inuenerit aliam honore vel facultatibus
digniorem.nã hec conditio nõ erat suspẽsiua:sed resolutiua.
¶Ex quo tamen notabis q̃ conditio cõtra substantiã im-
pedit matrimonium nedum quãdo est conditio suspẽdens
sed etiam resoluens:licet aliqui ꝛ male ad hoc nõ aduertant
putãtes ex quo semel matrimoniũ tenuit conditio resoluẽs
debet haberi pro non adiecta:quod est falsum:vt hic vides.
Item dico q̃ nunq̃ fuit matrimonium:ꝛ sic proprie nõ po
test dici resoluens.¶†Scđa regula q̃ cõditio inhonesta vel
impossibilis que nõ est cõtra substantiã matrimonij habet
fauore matrimonij ꝑ non adiecta ꝛ sic vitiat ꝛ nõ vitiat.Et
notãter dixi fauore mrĩmonij:qꝛ in alijs cõtractibꝰ regula-
riter conditio impossibilis vitiat ꝛ nõ vitiatur:vt institu.de
inuti.stipu.§.impossibilis.¶†Itẽ no.q̃ omnis cõditio cõ
tra substantiam actus vitiat ipsum actũ.nam si vitiat ipm
matrimoniũ tam fauorabile fortius habet vitiare actũ non
ita fauorabilem:ꝛ est ratio huius dicti:nam remota substã-
tia alicuius remouetur ꝛ ipse actus.nã sine substantia nihil
potest subsistere.ad.c.tua.§.de spon.vnde ad cognoscẽdum
substantiale alicuius cõtractus debemꝰ semper videre vtrũ
actus ille sine illo potest cõsistere.[b] pro hoc q̃ not.Bar.in.l.
prolatam.C.de sen.ꝛ interlo.om.iudi.¶†In gl.j.ibi iudee
vel heretice.vult ergo glo.q̃ matrimonium contractum cũ
iudea vel heretica sit nullum:respectu iudee bene loquitur ꝛ
idem in pagana.nam ad hoc vt matrimoniũ consistat opo-
tet q̃ contrahentes sint eiusdem secte vel fidei.vt in.c.caue.ꝛ
in.c.non oportet.xxviij.q.j.sed respectu heretice que suscepit
iam baptismum cõiter tenetur oppositũ:qꝛ ex quo habet sa
cramentũ baptismi non potest proprie dici alterius secte vt
no.in.c.non oportet.alleg.in gl.facit qđ leg.ꝛ no.in.c.decre-
uit.de here.li.vj.ꝛ vide in Spe.ti.de diuor.post ꝓ̃n.¶†In
ea.glos.ibi.quedã sunt contra substantiã matrimonij.Inn.
intelligit tex.quando vterq̃ cõsensit conditioni apposite cõ
tra substantiã.si autem alter contradixit tenet matrimoniũ
si fuit processum ad consummationẽ ipsius.idem dicit fauo
re matrimonij si alter tacuit.ꝛ sic tacendo habet pro cõtra-
dicente.ar.in.c.aliquãdo.xxxij.q.ij.ꝛ no.bene hoc dictũ In-
no.videt enim per hoc velle q̃ in alijs actibus tacẽs videat
consentire cõtractui ꝭm protestationẽ alterius:licet prote-
statio sit onerosa ꝛ odiosa.de quo vide qđ not.in.c.cumana.
ꝛ in.c.in genesi.de electio.ꝛ dicit Hostiẽ.hic sepe predicanda
ne simplices mulieres decipiantur.¶†Et in fi.glo.aduerte
ad hanc vltimam questionem gl.nam reperiũtur in ea mul-
te opiniones[c] inter legistas ꝛ canonistas ꝛ referendo princi
paliores scias q̃ Inn.ꝛ Hosti.in.c.infirmante.j.tit.proxi.ꝛ
in.c.ij.§.eo.tenuerunt professionem tenere licet sit apposita
conditio de tenendo propriũ:ꝛ idẽ sentit gl.in.c.solet.xxxij.
q.ij.Idem Accur.in auť.ingressi.C.de sacrosan.eccle.sed cõ
trarium sentit.in.l.per seruum.ff.de vsu et habi.nam ibi di-
stinxit qđ aut conditio fuit apposita a principio vitiat pro-
PRopositū. ¶ †Si qs viuēte vxore cōtrahit cū scda h ignorāte pma mortua ad sui petitionē nō separabit a scda.Cōis diuisio scda.ibi licet aūt.¶ Casus literalis.Quidā habēs vxorē ea ignorāte ꝯtraxit cū alia tādē pma mortua vult recedere a scda qritur qd iuris sit.rn.pa.licet in canonib⁹ habeatur vt null⁹ ducat in mrimoniū quā prius polluit p adulteriū:⁊ precipue illā cui fidē de ea ducēda viuēte vxore vel q machinata est in mortē vxoris tn qꝛ mulier illa inscia fuit ꝙ ille aliā haberet vxorē viuentē:⁊ ne ille vir de dolo suo cōmodū sentiat dicit pa.ꝙ nisi mulier illa diuortiū petat ad petitionem viri nō sunt aliquatenus separādi.Ber. ¶ †No.j.ꝙ veniēs sciēter ꝯ legē non pōt legē allegare ad sui fauorē ad actū inualidatū p h.c.inter dilectos.de do.¶ †Scdo not.ex superficie litere tria impedimēta mrimonij.Primū si viuente vxore cū alia ꝯxit ⁊ cōmisit adulteriū.Scdm si viuēte vxore dedit alteri fidē vt illā duceret mortua vxore.Tertiū si mulier fuit machinata i mortem alterius coniugis:vt ipsius efficiatur vxor.¶ Sed quero p declaratione tex.⁊ totius capituli:nūquid quodlibet istorū impedimentorum p se sufficiat.Dic ꝙ iura vario modo loquunt vt habet per totū hunc ti.⁊.xxx.q.j.per totā.q.Sed cōcludendo veritatē dicendū est ꝙ aut solūmodo precessit adulterium ⁊ nō impedit mrimoniū sequēs vn alio nō interueniēte quis pōt ducere in vxorē illā quā pri⁹ polluit p adulteriū vt est tex.in.c.significasti.j.eo.⁊.xxxi.q.l.si viuēte.aut qs ꝯxit cū muliere supstite ppria vxore nec ad alia fuit pcessum ⁊ solus cōtract⁹ mrimonij nō ipedit matrimoniū cōtrahi mortua vxore:⁊ idē est si nō ꝯxisset de psenti:sꝫ dedisset fidē de cōtrahēdo post mortē cōiugis:vt est tex.i.c. si.Aut ꝯctu matrimonij fuit mixtū adulteriū ⁊ tunc aut cū ignorāte[c] ⁊ pōt inter eos esse mrimoniū post mortē cōiugis vt est casus hic:⁊ itellige ꝙ sup iducta ignorauit toto tpe ante mortē pme vxoris.Si aūt tertio rata de vita prime cōiugis pmisit se cognosci ab illo viro nō potest amplius eū habere in maritū.ad hoc.c.j.eo.⁊ sequunt doc.hic.Itē per oia dictū est qn processit fides deducēdo scdam secuto adulterio.Et p hoc declarant prima duo impedimēta vn ad tex.dū dicit maxime[d] dic idest tātū vel si vis capere proprie intellige primū casum qn pcessit adulteriū cū cōtractu matrimonij:scdm casum intellige qn precessit fides deducēdo illā ⁊ sequit adulteriū.nā isti duo casus pficiunt.j.c.fin.quo ad tertiū varia sentiūt doc.i.c.sup hoc.j.e.⁊ in.c.j.de cōuer.in fi.sꝫ mihi plꝫ opi.quā tꝫ ibi Io.an.vt sine adulterio regrat machinatio vtriusqꝫ puta si cōiunx machinat in mortē mariti cū extraneo vt illū possit habere in virū secuta morte:nō pōt inter eos esse matrimoniū:vt est tex.i.d.c.j. Si vero interuenit machinatio alterius tantū nō impedit mrimoniū nisi sit machinatio cōiūcta cū adulterio:ad hoc.c.si qs viuēte.xxxi.q.j. sic intellige istū tex.⁊.d.c.super hoc.⁊ p hoc habes fundamētū toti⁹ tit. ¶ †I gl.j.in fi.no.cōclusionē gl.que videtur cōiter placere doc.⁊ adde hic fi.glo.vltime que dicit ꝙ si iste post mortem prime vxoris intellige anteꝙ ꝯheret cū ista tacite vel expresse duceret aliā in vxorē teneret matrimoniū cū ista tertia:qꝛ cū scda nō fuit matrimoniū obstāte impedimēto mrimoniali ⁊ p hoc vide bo.gl.in fi.in.c.si quis ingenu⁹.xxviij. q.ij.Nā matrimoniū nō pōt claudicare vt teneat p parte vni⁹ tn vt in c.tua.s.de spō.no.gl.in.c.de illis.el.j.de despō.impu.⁊ in.d.c.si qs ingenuus.sed rōne promissionis vir cōpellitur ad cōtrahendū.mulier autē q fuit decepta nō:vn ad tex.cū dicit ꝙ nō sunt separādi ad petitionē viri sup.s.de facto qꝛ nō cadit hic separatio iuris anteꝙ matrimoniū cōstiterit ad iura allegata in glo.p contrarijs dic ꝙ ibi actus tenet ex nouo consensu saltem tacito que notabis.

☞ Viuente prima vxore etiā nō cognita si qs cū alia sciēter mrimoniū cōtraxerit ⁊ cōsummauerit prima mortua scdam habere non pōt.

Matrimoniū metu contractum est ipso iure nullum nec est opus qd petatur rescissio actione ꝙ metus causa.

Adulteriū solū non inhabilitat aliquē ad cōtrahēdum matrimoniū.

Existētia mrimonij sola etiā ante carnalē copulā causat impedimētū ppetuū cōtrahēdi matrimoniū cū qua cōsummauit viuēte pria vxore.

Met⁹ sufficiēs impedit matrimoniū ꝯhi etiā si iteruenīat iuramētū.

Iuramentum metu prestitum non est obligatorium.

Iuramentum contra bonos mores non valet.

Iuramentum contra substantialia matrimonij non tenet.

Iuramentum metu extortum non tribuit libertatem consensus.

Factum legitime nō retractetur licet casus post eueniat a quo inchoari non potuit.

SIgnificauit. †Si viuente pria vxore ⁊ nō cognita qs cōtraxit cuꝫ scda sciēter ⁊ eā cognouit:etiā mortua prima:scdam habere nō pōt:sec⁹ si prima erat nō legitia vxor.In prima decisa cōsultatio.In scda ibi:mādamus distinguēs ꝯ missio.Et scdm mēbrū ibi alioquin. ¶ Casus literalis.Quidā.D.per metū coactus fuit iuramento interposito.A.in vxorē recipe postmodū aliā duxit qua ppter ab .A.in causam corā suo in tractus iurauit nō accedere ad spōte acceptam donec lis cū.A.terminaret:qua pēdēte.A.mortua est qꝛ ⁊ pper iuramentū ad spōte receptā redire timebat:qsiuit corā pa.qd sibi agēdū esset:vnde mādat cuidā abbati quaten⁹ si cōstiterit ꝙ illi.D.tāta vis fuerit illata ꝙ coact⁹ in illā.A.cōsensit:nec post iuramētū prestitū illam cognouit. ad aliā quā postea spōte accepit libere reuertat alioquin eidē precipiat p excōicationē ne ad illā reuertat:aliā tn accipiat si voluerit in vxorem. Ber.¶ †No.j.tex.expressum quē ad hoc vltra alios soleo allegare qd mrimoniū metu cōtractū est ipso iure nullū:nec est op⁹ ꝙ petat rescissio actione qd met.cā.nā vt hic vides post ꝯctū cum prima tenuit mrimoniū cū scda nulla rescissiōe prius facta:⁊ iudicat scdm matrimoniū legitimū si probat metus in primo:qꝛ nō esset si fuisset opus petere rescissionē.ar.in.c.cōsiderauimus.de elec.⁊ vide qd plene dixi.in.c.cum locum.s.de despon.¶ †No.scdo:ꝙ solū adulterium nō inhabilitat aliquē ad contrahendum matrimoniū imo ecclesia dat sibi licētiā ꝯhēdi mortua prima vxore.¶ †Tertio no.⁊ tene mēti ꝙ sola existētia matrimonij.etiā ante carnalem copulā causat impedimentū perpetuum vt quis non possit habere illā in vxorem cū qua cōtraxit ⁊ matrimoniū cōsummauit viuente prima etiam non cognita.¶ †In glo.ij.in fi.not.singu. glo.iuncto tex.qꝛ nescio alibi ꝙ met⁹ sufficiens[e] impedit matrimoniū contrahi

contrahi etiã si interuenerit iuramentũ: ꝛ sic habes casum in quo iuramentũ metu prestitũ nõ est obligatoriũ: ꝛ forte ideo qꝛ est cõtra bonos mores[a]. Itẽ cõtra substãtialia matrimonij: nã iuramẽtũ metu extortũ nõ tribuit libertatẽ cõsensus: nullus ergo est cõsensus coact⁹ intercedẽte iuramento: nã matrimoniũ cõtrahitur libero cõsensu: vt in. d. c. cum locũ. ¶ † In glo. fi. ibi. ar. cõtra ista q̃ sequunt̃ nõ sunt cõtraria vt dicit Jo. an. ꝛ bene sꝫ poti⁹ ponunt casum cõuersum. s. ꝙ legitime factum si retractat̃ lꝫ perueniat ad eum casum a quo non potuit habere initium ꝛ de vtroqꝫ brocardo dic vt le. ꝛ no. in regula non firmatur ꝛ in regula factum legitime. de reg. iur. lib. vj.

☞ Matrimonium cũ illa quis cõtrahere non põt quã vxore viuente cognouit si machinata fuit in mortem coniugis.
Adulterium solum non impedit matrimoniũ contrahendum cũ muliere prima vxore viuẽte cognita nisi machinata fuerit in mortem coniugis vel sibi data fuerit fides de ea ducenda.
Machinatio in mortẽ cõiugis sufficit ad impediẽdum matrimonium vbi adulterium intercessit ꝛ dirimit iam contractum.
Homicidium coniugis non impedit matrimonium contrahi nisi hoc propositum factum fuerit.
Machinatio vnius tm̃ in mortẽ cõiugis non sufficit ad impediendũ matrimonium nisi adulterium precesserit.

Super hoc. † Non põt qs cũ illa ꝫhere quã vxore viuẽte cognouit si machinata fuit in mortẽ vxoris: premittit qõnẽ cui rñdet ibi talr. ¶ Casus literalis. Aliquis viuente vxore sua de facto aliã sibi matrimonio copulauit: tãdẽ vxor sua mortua est querit̃ an iste possit cõtrahere cũ illa quam sibi de facto matrimonio copulauit sua vxore viuen. rñ. pa. ꝙ si adultera in mortẽ vxoris aliqd machinata fuit siue fidẽ dedit illi ꝙ eam duceret post mortẽ vxoris illã habere nõ põt ꝛ hec ꝓhibitio est ꝑpetua. Ber. ¶ † No. j. ibi: si adultera. ꝙ solũ adulterium cum muliere cõmissum non impedit quominus mortua legitima coniuge possit adultera in vxorẽ duci. nã vt hic vides hec mulier presumit̃ fuisse cognita ab isto viro: ꝛ tñ nõ impedit̃ mr̃imoniũ nisi fuerit machinata in mortẽ cõiugis illius vel nisi fuerit sibi data fides de ea ducẽda. de quo dic vt lati⁹ dixi. s. eo. c. j. ¶ † Scdo not. ꝙ vbi intercessit adulteriũ sufficit machinatio alteri⁹ in mortẽ dũtaxat qd declara vt dixi in. d. c. j. ¶ Ultimo no. ꝙ hec ꝓhibitio est ꝑpetua quasi nedũ impediat matrimoniũ cõtrahendũ: sꝫ etiã dirimat iam cõtractũ. ¶ † In gl. in ver. machinata ibi. ita scriptũ est. Jo. and. dicit ꝙ hic nullibi ꝑcise reperit̃ scriptum. nã. c. si quis viuẽte. alleg. in glo. loquit̃ de occiso: ꝛ sic cum machinatio habuit effectũ istud. c. presupponit vxorem illius fuisse mortuã: ꝛ sic sentit Joã. an. ꝙ machinatio sola sine effectu non impedit matrimoniũ cũ adultera qd satis mihi plꝫ qꝛ cũ illud sit impedimentũ iuris positiui[b] non dꝫ ita taxari: vt restringat̃ facultas ꝫhendi matrimoniũ cõtra dispositionẽ iuris diuini. ar. c. lꝫ ex quãdã. s. de test. Et inquantũ glo. in fi. dicit ꝙ ex sola interfectione mariti non impedit matrimoniũ cũ vxore puto glo. ꝓcedere etiã si eo ꝓposito interfecit quis maritũ alterius mulieris: vt vxorẽ eius habeat in coniugẽ qꝛ machinatio vnius tm̃ non sufficit sine adulterio vt dixi. s. e. c. j. ꝛ tene ꝙ ibi no. licet aliud sentiat hic Inno. ꝛ vide qd dixi in. c. laudabilem. alleg. in glo.

☞ Uiuẽte prima vxore etiam ab eo separata quo ad torũ cum alia si quis matrimoniũ cõtrahat etiam prima mortua separabitur a scdm: sed cum alia contrahere poterit. 2.
Separato matrimonio quo ad torũ ꝓpter adulteriũ remanet nihilominus matrimoniale vinculum etiã si adultera intrauerit monasteriũ.
Matrimonium cõtractũ ꝛ cõsummatũ nõ soluit̃ nisi morte naturali.
Matrimonij secundi cõtractus cũ adulterio secuto nõ impedit quominus mortua legitima coniuge possit adulter cum alia contrahere.
Adulterij deprehensio sola an sufficiat ad puniendũ deprehensum.

Ex literarum. † Qui viuẽte vxore etiã ab eo separata quo ad torũ scdaꝫ ducit vxorem etiam prima mortua separabit̃ a scda: sed cum alia ꝫhere poterit. Cõis diuisio. scda ibi: super quo. ¶ Casus literalis. Quidam autoritate prelati dimisit vxorẽ suã in adulterio deprehensam: que postmodũ assumpsit habitũ monachalem ille aliã superduxit: viuẽte prima: qua mortua querit̃ an simul debent remanere. Respondet̃ ꝙ sunt adinuicẽ separãdi ꝛ ille vir pnĩa ei de adulterio iniũcta poterit aliã ducere in vxorẽ. Ber. ¶ † No. j. ꝙ separato matrimonio quo ad torũ ꝓpter adulteriũ remanet nihilominus vinculum matrimoniale etiam si adultera intrauit monasterium: nã matrimonium semel consummatũ non dissoluit̃ nisi morte naturali[c]. xxxij. q. vij. in. c. ij. Ideo iste vir cõtrahẽdo cũ scda ꝑma viuẽte ꝛ eã cognoscẽte cõmisit adulterium[d]. ¶ † Ultimo not. contractus secundi matrimonij adulterio secuto non impedit quominus mortua legitima coniuge possit adulter aliam ducere in vxorem. ¶ † In glo. ij. in fi. no. glo. que solet satis allegari qd sola deprehensio in adulterio non sufficit ad puniendũ deprehensum[e]: nisi aliter conuincat̃: sꝫ in cõtrariũ facit qd no. glo. in. c. cũ non ab homine. de iu. ꝛ dic vt ibi plene no. ꝛ vide gl. in. c. si quis diaconus. l. dist. ꝛ. lxxxj. di. c. presbyter. Hos. hic dicit deprehensionẽ sufficere si adulterij effectum est notoriũ. Host. dicit ꝙ fides semper est facienda ecclesie de adulterio: sed dic vt in. c. cum nõ ab homine. dixi.

1 ☞ Uiuente prima vxore legitima si quis cum secunda cõtrahit adultera etiã pr̃ia mortua separabitur a secunda etiam si longo tp̃e habitauerit cum ea. ꝛ filios procreauerit.
2 Adulter compelli potest per ecclesiam ad abiurãdum adulteram ꝛ ꝙ ad coniugem redeat.
Adulterium est mixti fori ꝛ iudex ecclesiastic⁹ rõne peccati se de eo impedire potest etiã si non agatur ad separationem tori.
3 Matrimoniũ secundum cõtrahens viuente vxore cogi potest per ecclesiam ad agendam penitentiam ꝛ puniri de delicto.
Pena duas vxores vel duos viros habentis.
Ecclesiasticus iudex qñqꝫ imponit penã ꝛ publicam ignominiam.
4 Diuturnitas in peccato non minuit sed augmẽtat peccatum ꝛ an penam minuat.
Prescriptio siue lapsus tẽporis facit ꝙ amplius de delicto inquiri non possit.
Prescriptio siue lapsus tẽporis non minuit peccatorum penitentiam in foro conscientie.
5 Filij naturales etiam ex illicito coitu ali debent a parentibus. 7. 9. 10.
Filia etiam spuria ali ꝛ dotari debet a parẽtibus etiam in testamento.
6 Multiplicitas prolis siue filiorum dispensationem quandoqꝫ inducit.
7 Alimenta quibus debeantur.
8 Matres tenentur lactare filios proprijs vberibus causa legitima cessante aliter earum expẽsis ablactentur. 9.
9 Filij minores triennio ali debent apud matrem: maiores vero expẽsis pãtris: ꝛ quid de legitimis ꝛ spurijs filijs fit.
10 Filij in quibus casibus non debent alimentari a parentibus.
11 Filij spurij non succedunt parẽtibus: licet eis decernantur alimenta.
Filij sacerdotum nõ possunt succedere patri nec matri.
Filij legitimi naturales tm̃ qꝛ nõ sunt nati ex coitu ita dãnato succedũt matri etiã cũ filijs legitimis nisi mater sit illustris: patri vero vel alijs cõiunctis per lineam paternam non succedunt.
Filij illegitimi naturales tm̃ non dicunt̃ agnati.
12 Filij ex concubina in domo detenta cum qua poterit esse matrimoniũ succedũt patri ab intestato in duabus vncijs hereditatis non extantibus filijs legitimis nec coniuge.
13 Illegitimi etiam spurij lꝫ a parentibus non possint heredes institui possunt tñ ab extraneis qꝛ non sunt prohibiti nisi parentes.

1 **Cum haberet.** † Qui viuẽte vxore legitima cũ secũda contrahit adultera etiam prima mortua: separabitur a secunda etiam si lõgo tẽpore cohabitauerit vel filios ex ea suscẽperit. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio ibi: tale. ¶ Casus literalis. Quidam Jo. nomine habens vxorem. A. nomine commisit adulteriũ cum. M. ꝛ cum super hoc vocatus fuisset in ius illam adulteram abiurauit tandem iuramẽto contempto viuẽte vxore sua cum adultera matrimoniũ cõtraxit diutius cohabitando cum eadem: de qua vxore mortua decem filios suscepit: quesitum fuit a papa vtruꝫ tale matrimonium stare possit: respondet vt separentur omnino ꝛ imposita penitentia eis perpetua continentia indicatur qui tanto tempore in adulterio ꝛ periurio ex certa sciẽtia perdurarũt: leo enim statuit vt nullus ducat in matrimoniuꝫ quam polluit per adulterium: sed hic plus fuit processum quam fides tantum data fuisset adultere vt defuncta vxore eam duceret in vxorem: qꝛ legitima vxore viuente copulauit sibi adulteram: ꝛ iuramentum violauit: ꝛ si etiam iuramentum non interuenisset: tam Gregor. quam tribury. synodus tale connubium detestatur: et quod

a ¶ Bonos mores. Facit. l. fi. C. de nõ nume. pe. qꝛ iuramentũ non dꝫ in plus aliquẽ obligare quã simplex cõsensus. rõ tñ vr̃ esse tuta cum alio mõ intelligantur boni mores de iure cañ. ꝛ alio modo de iure ciuili. Paul. de cas. in. l. pacta que ꝫ. C. de pact. ꝛ per bal. i. l. nõ dubiũ. in. xvij. op. C. de leg. ꝛ. c. j. §. sacra. de pa. iur. fir. ꝛ in rub. C. de cõdi. ob tur. cãm ꝛ Bal. in. l. pactũ ꝙ dotali. in. xix. q. C. de colla.

b ¶ Positiui. bene facit qd not. in. c. oliꝫ. el. ij. i gl. iiij. s. de offi. dele. vbi dauid rex cõmisit adulteriũ cũ bersabee: ꝛ est machinat⁹ diu mortem vrie et tñ accepit bersabee in vxorẽ.

c ¶ Morte naturali. Adde qd no. in apo. ad istum ĩ. c. in pñtia. nu. ij. in v. sola eniꝫ mors. s. de spons. ꝛ ma.

d ¶ Adulteriũ. in tãtũ qd nõ pñt se tueri ex ignorãtia iuris ad cõseruãdũ scdm mr̃imoniũ: ꝛ est rõ ꝫm. d. Ant. ꝛ car. flo. qꝛ licꝫ mulier possit ignorare ius scriptũ. l. regula. ff. de iur. ꝛ fa. ig. l. fi. C. de iu. ꝛ fac. ig. nõ tñ põt ignorare legẽ dei: qꝛ ignorãtia legis diuĩe nõ excusat mulierem facit qd not. i. l. ij. C. de in ius vocã. vbi circa naturalia ignorantia iuris nõ excusat: vt per doc. in. l. iuri. C. q admi. ꝛ i. l. si quid id qd. ff. de iuris. om. iudi.

e ¶ Deprehensuꝫ. facit. c. j. ĩ. d adul. l. q̃ro. §. fin. et ibi ang. ff. d edil. edi. l. capite quito. ff. de adul. l. papã. §. fi. ff. de ritu. nup. bar. in. l. fur. ff. de fur. bal. in. l. heredes palã. ff. de testa. Fed. de sc. con §. viij. incipi. q̃rit̃. quomodo accipitur manifestum.

tanto tempore permanserunt in simul nullũ prestet adminiculũ:vel qd decẽ filios susceperunt.qr diuturnitas tpis peccatũ nõ minuit sed augmentat:tñ solicit⁹ sit eṗs vt vterqʒ filijs suis ẽm facultates suas necessaria subministrent. Bernardus.

2 ¶ † No.primo ibi:abiurauit adulteraʒ:ꝙ iudex ecclesiasticus[a] põt cõpellere adulterum vt abiuret adulterã ⁊ ad coniugẽ redeat.Et dic abiuret id est ꝙ eã a se remittat cũ iuramẽto de ea vlteri⁹ nõ admittẽda.Ex quo infert ꝙ iudex ecclesiasticus põt se impedire de adulterio[b] nõ solũ cũ agit ad separationẽ matrimonij:sed etiã vt reintegret matrimoniũ ⁊ desistat a peccato adulterij:qd no.nã Joã.an.in.c.fi.de foro cõpe.lib.vj.dicit iudicẽ ecclesiasticũ nõ se impedire de adulterio nisi cum agit ad separationẽ tori forte mot⁹ p.c.rex debet xxiij.q.v.vbi dicit ꝙ iudex secularis dʒ adulteria punire.Sed in ɔ̃riũ facit iste tex.ĩ.c.j.de offi.ord. vñ vr ꝙ sit mixti fori saltẽ vbi agitur vt desistat a peccato:qd pleni⁹ ꝓsequor in.c.cũ sit gñale.de foro compe.

3 ¶ † No.scdo ꝙ ɔ̃hens scdm matrimonium viuẽte vxore põt cõpelli per ecclesiã ad agẽdũ penitẽtiã de delicto.Credo etiã ꝙ in foro contentioso potest ecclesia talẽ punire.Et vide mirabilẽ penã[c].xxxij.q.j.de benedicto.vbi abscindunt pãni ante ⁊ retro etiã si sit mulier crinibus incisis ad maiorẽ ignominiã:vnde põt ecclesiasticus iudex istuʒ habentẽ duas vxores punire de honestate modo p̃dicto vel alio.Unde in quibusdã locis mittrant:vel aliam ignominiam patiuntur:⁊ tene menti istũ tex.⁊ vide tex.ĩ simili.xx.vj.q.j.in.c.epi vbi ecclia irrogat publicã ignominiã istis diuinatorib⁹.

4 ¶ † No.tertio ꝙ diuturnitas[d] ĩ peccato nõ minuit peccatũ sed augmẽtat:cõtra hoc facit.l.si diutino.ff.de pe.vbi dr ꝙ alleuiat pena ad idẽ.l.adulter.C.de adul.vbi dicit ꝙ post quinquẽniũ nõ põt quis accusari de adulterio ad idẽ l.querelam.C.de fal.per quẽ tex.cõiter tenent ibi doc.ꝙ aduersus quodlibet crimẽ regulariter precedit prescriptio.xx.anno.vt post lapsum.xx.an. nõ possit accusari.Jo.an.hic instat:sʒ dic clarius ceteris ꝙ quo ad deũ ⁊ forũ[l] anime diuturnitas temporis auget peccatũ etiã si nõ sit reiteratum qr non penitendo videt cõtempsisse diuinũ iudicium ⁊ p̃ceptũ ecclesie.vt in.c.oĩs.de pe.⁊ remis. facit.c.fi.de pe.⁊ rõne peccati potest ꝓcedere iste tex.Aut querit respectu pene imponẽde ⁊ si peccatũ fuit reiteratum seu successiuuʒ diuturnitas aggrauat:⁊ sic alio modo põt intelligi iste text.⁊ no.gl.in.d.l.si diutino.Si verro peccatũ fuit momẽtaneũ vt homicidiũ:tunc lapsus tpis alleuiat penã:vt ĩ.d.l.si diutino.⁊ qñqʒ ex toto tollit vt in d.l.adulte.⁊.l.querelã.Sed de iure canonico non currit prescriptio in peccatis quominus saltẽ in foro aĩe imponat penitẽtia ꝓ delicto:vt no.glos. in.c.admonere.xxxiij.q.ij.⁊ doc.in.c.licet.de ꝓb.

5 ¶ † Ultimo tenebis perpetuo mẽti finem huius tex.qui non est alibi qd de iure canonico etiã filij spurij vel nati ex dãnato coitu debẽt ali a parentibus ẽm facultatẽ eorũ:⁊ huic iuri canonico stat hodie etiam de iure ciuili[e] qr ecclesia hoc induxit ex quadã equitate naturali ⁊ ne filij alimẽtis priuati pereãt vt etiã sentit Bar.in aut.ex cõplexu. C.de incest.vbi per rationẽ istius tex.notabiliter dicit parentes posse legare filijs spurijs ratione alimẽtorũ:⁊ ꝙ poterũt parẽtes donare vel relinquere dotes filiab⁹[f]:cũ dos succedat loco alimentorũ qd sing.notabis.

6 ¶ † Jn glo.in versi.multiplicitas.in fi.sed glos.nõ rñdet ad istũ text.quare hic papa nõ dispẽsauit ꝓpter multiplicitatẽ prolis.Host.⁊ Jo.an.sentiunt super tex.ꝙ vbi errore probabili diu steterũt aliqui in cõnubio tunc multiplicitas prolis inducit dispensationẽ:vt in iuribus alleg.in gl.Sed circa delinquentes ⁊ presumptuosos nõ dat materia dispẽsandi et ideo litera ista dicit multiplicitas ꝓlis ita suscepte vñ pondera verbum ita suscepte.

7 ¶ † Jn gloss.finali nota primo totã glo.⁊ generaliter de alimẽtis filiorum vel parẽtum ⁊ similiũ:vide in Spec.qui filij sint legiti.⁊ in tractatu Barto.de alimentis

8 ¶ † Et in hac glo.ibi ali debet apud matrẽ.Alia dicit hoc verũ nisi dedeceat matrẽ[g] eum lactare: vt qr magna principissa vel forte post diuortium est professa:⁊ idẽ dicit Sal.si subest alia causa legitima.vt quia mater est infirma vel aliter ĩpedita.Jn his enim casibus lactabitur expensis pris ar.ff.de lib.agno.l.si quis a liberis.Cessante aũt causa debet mater lactare filiũ proprijs vberib⁹. v.dist.in.c.ad eius.quod no.vnde hoc casu si mater non velit lactare filium ⁊ cesset causa legitima recusandi debet facere expensas ablactationis.

9 ¶ † Et aduerte qr glo.hic ⁊ doc.scribentes videtur velle textum istum reducere ad distinctionem glo.vt minor triennio alatur apud matrẽ:maior vero expensis patris.Sʒ ego puto hoc dictũ non procedere in textu nostro nã iura allegata in glo. loquuntur de filijs legitimis qui cũ sint in potestate patris ⁊ non matris:⁊ sequantur familiã ⁊ agnationem patris ⁊ nõ matris:vt in.c.ij.de cõuer.infide.merito debẽt a patre ali ⁊ nõ a matre nisi tempore ablactationis:qr tũc indigent auxilio materno.vt in.d.c.fi.Sed in casu nostro vbi filij sunt spurij crederem ꝙ parẽtes non habita distinctione etatis tenent equaliter alere filios ẽm facultates eorũ:hoc ꝓprie voluit ista litera in fine si bene ponderet.Et diuersitatis ratio potest esse quia filij spurij non sunt in potestate pris nec matris.isti.de nup.§.aliquãdo.⁊ in.l.vulgo quesito.ff.de statu homi.Jtẽ ista alimenta decernuntur filijs spurijs ex instinctu nature ẽm quem nõ magis obligatur filius matri q̃ patri:vt no.Jnno.in.c.ij.de reg.Et ideo debẽt mater ⁊ pater cõtribuere in necessitatibus filiorũ secũdum eorum facultates:⁊ hunc puro verũ intellectũ.c.

10 ¶ † Jn ea.glo.ibi:si forte eum accusauit:⁊ ex hoc habes vnũ casum in quo pater non tenet alere filiũ.Secundus casus si est minor triennio:quia tunc debet ali a matre cum distinctione tamẽ p̃missa:vt s̃.dicit in gl.Tertius casus si pater eget:nã non tenetur vltra quam facere potest vt sequitur in glo.Quartus casus si filius est spurius:⁊ hoc de iure ciuili:sec⁹ de iure canonico[h]:⁊ hodie statur indistincte iuri canonico vt subijcitur:⁊ supra dixi.Quintus casus si filius commisit ingratitudinem contra patrem vt in.C.de alen.libe.l.si parte.in primo respon.Sextus casus si filius habet artem[i] vel aliud vnde viuat.ff.de liber.agnoscen. l.si quis a libertis.§.si filius.⁊.§.alimẽta.hoc tamen vltimum limitat Barto.in tractatu alimentorum.nisi filius sit nobilis ita qd dedeceat ipm artem exercere:tunc enim tenet pater filium egentem alere.Et generaliter dic quod omnes cause sufficientes ad exheredandum[k] filium sufficiunt ad priuandum eum alimentis.Et cause legitime ad exheredandum notantur per gl.in.c.quintauallis.de iureiuran.⁊ vide circa hoc quod dixi in c.ij.de conuer.in fi.

11 ¶ † Et in fin.gloss.no.glossa. qd etiam de iure canonico filij spurij non succedunt parentibus licet eis decernantur alimẽta:⁊ ad hoc vide tex.xxxij.q.iiij.in.c.dicat aliquis.Et intellige glos.dum dicit quod de iure ciuili spurij priuantur alimẽtis in spurijs natis ex coitu damnabili quia nõ poterat esse vxori ius tempore cõceptionis.Per quod infertur quod filij sacerdotum non possunt succedere patri nec etiã matri pro quo vide glo.in.c.per venerabilem.qui fi.sint leg. in cer.adulterijs.⁊ quod no.in.d.aut.ex complexu.Filij vero naturales tantum quia nõ sunt nati ex coitu ita damnato succedunt matri etiam cum legitimis filijs nisi mater sit illustris vt in.l. si qua illustris.⁊ ibi per glos.⁊ Bar.C.ad orfi.patri vero vel coniunctis per lineam paternam nõ succedunt qr non sunt agnati.de quo vide qd habetur insti.de suc.agna.in.§.vulgo.⁊ isti.ad orfi. in.§.nouissime.

12 ¶ † Nati vero ex cõcubina in domo detenta cũ qua poterat esse in matrimonium succedũt patri ab intestato in duabus vncijs hereditatis nõ extãtib⁹ filijs legitimis nec coniuge de quo dicẽdũ vt habet in aut.lʒ patri.C.de nat. lib.⁊ vide gl.in.c.tanta.qui fil.sint leg.⁊ in.c.nisi de renun.

Sebasti.Sapia.

a ¶ Judex ecclIasticus.Uide Pau. de ca.⁊ Moder.ĩ l.iustitia.§.iuris p̃cepta.ff.de insti.⁊ iu.vbi dicũt ꝙ iudex põt cõpellere maritũ ꝙ abiuret cõcubinã:⁊ ꝙ iudex ecclesiasticus possit punire adulteriũ vltra separationes tori. tradit Feli.ĩ.c.cũ sit gñrale.col.vij. ver.subdit Maria.s̃.de fo.cõpe.

b ¶ De adulterio p Ro.sing:clvij. scdi tpis.p Abb. ĩ.c.gaudem⁹.s̃.d cõuer.cõiu.anc.ĩ cle.dispẽdio.d iudi.bal.in.l.q̃ties. C.de indi.ang.in trac.malefi.in verbo,che hai adulterato.Fede.d se. consil.xcvij.incip: mulier accusata.

Zacharias.

c ¶ Et vid mirabilẽ penã.adde q̃ sit pena ẽm.ll.capiẽtis duas vxores vl mulieris capiẽtis duos viros:⁊ dic ꝙ est pẽa capitis: vt ẽ text.fin.ĩ.l.eũ q duas.C.d adulte.quẽ pro fin.refert ⁊ sequit lud. ro.sing.suo.cccccxxxiij.ici.tu scis q̃ pena sit vbi ẽt dr q̃ pena sit de iure cañ.vt p istũ hic.⁊ al.⁊ sing.c.de bñdicto.p istũ h alle.ad hoc qd p eũ adducit.

Sebastia.Sapi.

d ¶ Diuturnitas. Multa ad h accumulat domin⁹ me⁹.do.Rochus cur.in rep.c.fi.ĩ.j. nd.s̃.de consue.

Sebasti.Sapia.

e ¶ Jure ciuili.an dispositio hui⁹.c. sit seruãda ĩ foro ciuili:ponit Fel.ĩ c.ecclia scte marie. ĩ.xvij.co.s̃.d ɔ̃sti.

Zacharias.

f ¶ Dotes filiab⁹. Adde Matthe. mathesi.sing.cxlvij.qd ici.nota singulare dictum ꝙ pr põt.⁊ ibi ĩ apo. Celsi ⁊ ꝙ per euʒ adducit.

g ¶ Matrẽ.Azo C.de p̃n.pa.falut qñ est nobilis vel ẽm mortẽ patric. qr nõ teneret.plerīqʒ canoni.ipugnãt hoc ĩ.c.fi.s̃. de conuer.coniu. bal.nouel.ĩ.l.j.ff. sol.ma.in.vj.col.

Sebasti.Sapia.

h ¶ Jure canõico. Uide Ro.ĩ cõsil. xliij.ĩ n.vi.quero. ⁊c.⁊.d.ꝓpositũ.in c.no latis.lxxvi. dut.⁊ ĩ.c.ius natu rale.col.ij.j.di.ad hec ẽt vide Alex. ɔ̃si.xlviij.ĩ.ij.vo. ⁊ Bal.nouell⁹ in tractatu de dote char.xiiij.in.vj.parte.priuileg.ix.

i ¶ Artẽ.l.si qs a liberis.§.sʒ si fili⁹: ff.de lib.ag.Alex. ĩ.l.j.iiij.col.ff.sol. ma.imo qñ filius põt exercere ⁊ nõ exercet pr nõ tenetur.bal.nouel.in d.l.j.

Zacharias.

¶ Adde matth. mat.he.ĩ sin.suo cvj.icip.nota ꝙ si pr:⁊ qd ibi no.in apo.vbi remin.vide ad saturitatẽ.

k ¶ Ad exheredãdũ.gl.ĩ.l.si qs a liberis.§.idẽ iudex. ff.d liber.agno.⁊ ibi bar.⁊ gl.ĩ.l.fi. C.de aiẽ.lib.bar.ĩ l.diu⁹.ff.ad.l.põt. d pari.imo ex oĩbus causis ex qb⁹ põt exheredari ꝑdit ꝑuilegiũ filij. Et ideo si pr iterfecit ipsum nõ tenet lege põpe.de pari.bar.singlr.ĩ d.l.diu⁹.Ja.multuʒ cõmẽdat in.l. ius autẽ ciuile.ff. de iusti.⁊ iur.

Zacharias.

¶ Adde Frãc.de cre.sin.suo.xix.ici. tu scis ꝙ ex oĩb⁹ causis.alleg.glos. sing.ĩ.l.si qs a liberis.§.si qs ex his. ff.de liber.agno.

derenun. ¶ †Illud vltimo notabis ꝙ licet parētes nō possint instituere spurios: extraneus[a] tamen potest q̄ꝛ non ꝓhibentur nisi parentes: vt no. gl. in aut. q. mo. na. effi. sui. §. vlt.

☞ Matrimonium cōtractum cum ea quã viuente vxore sine fidei datione cognouerat tenet dummodo in mortē defuncte non fuerit machinatus.

Adulter excōicari potest ⁊ vt ad vxorem redeat compelli.

Laicus propter adulterium subijcitur foro ecclesiastico.

Excōicatus matrimonium ꝯhere pōt ⁊ matrimoniū tenet.

Excōmunicatus professionem amittere potest ⁊ character imprimitur ordinato.

Contractus cum excommunicato initus tenet.

Matrimonium cōtrahi potest cum polluta per adulteriū alio non interueniente.

Machinatio in mortē coniugis adhibita ab adultero vel adultera dirimit matrimonium potest cum tali contractū.

Absolutio non datur nisi petenti.

Excōmunicat⁹ compelli potest ad petendum absolutionē.

Excōmunicatus compelli potest ad satisfaciendū de causa ꝓ qua fuit excōicatus inuocato etiam brachio seculari.

Inuitus absolui potest excommunicatus.

Significasti. †Si qs mortua vxore contrahit cū ea qua viuente vxore sine fidei datiōe cognouerat tenet matrimonium dummodo in morte defuncte neuter fuerit machinat⁹. Cōīs diuisio. scda ibi: nos igit. ¶ Casus literalis. Quidā ciuis spoletan⁹. P. noīe: dimissa vxore legitima cuidam meretrici adhesit: ⁊ q̄ꝛ monit⁹ nō dimittebat eandē: fuit excōicatus tandem vxor sua mortua est: ipse vero cū meretrice matrimoniū cōtraxit: querit an tale matrimoniū teneat. rñ. papa ꝙ nisi alter eoꝝ in morte defuncte vxoris fuerit machinat⁹ vel ea viuēte sibi adinuicē fidē dederint de matrimonio cōtrahendo matrimoniū illud legitimū est cēsendum: ⁊ si ille absolutionē petierit absoluat. B. ¶ †No. primo ꝙ cōiugat⁹ persistens in adulterio pōt excōicari nisi ab adulterio desistens ad vxorē redeat. nā sub illa dictiōe. j. de qua in tex. decidit ẜm verū intellectum ꝙ ille fuit excōicatus q̄ꝛ adherebat meretrici: ⁊ sic habes vnū casum in quo iudex ecclesiastic⁹ exercet iurisdictionē cōtra laicum. ¶ †Scdo ex hoc ⁊ ex tex. no. ꝙ matrimoniū[b] cōtractū ab excōicato tenet. nam tēpore contractus matrimonij iste erat excōicatus ẜm cōem intellectum: ⁊ hoc tene mēti: q̄ꝛ ad hoc quotidie allegatur iste tex. ⁊ sic ꝓfessio[c] facta p excōicatū valet, ac character imprimit ordinato: vt i. c. cū illoꝝ. j. dē sen. excō. ¶ †Et ex hoc pōt colligi ar. ꝙ cōtractus[d] initus cum excōicato tenet facit. c. si vere. j. de sen. excō. no. plene p doc. in. c. veritatis. de do. ⁊ cōtu. ¶ †No. tertio quē posse ducere in vxorē illā ꝙ pri⁹ polluit adulterio alio nō īteruenīēte. ⁊ p hoc aperit ītellect⁹. c. j. s̄. e. ⁊ dic vt ibi. ¶ †Nota ibi alter eoꝝ ꝙ sufficit machinatio in mortē ꝯiugis adhibita ab adultero vł adultera. ⁊ ideo dicit Inno. ꝙ si qs machinat in mortē vxoris sue vt adulterā ducat in vxorē nō tꝫ matrimoniū cū ea postmodū cōtractum. ¶ †In gl. fi. no. sing. istam gl. iuncto fine. c. j. qđ absolutio non est impendenda nisi petenti. Scđo ꝙ excōicatus pōt cōpelli indirecte vt petat absolutionē[e]. nā cōpellit satisfacere de cā pro qua fuit excōicat⁹: ⁊ ad hoc pōt cōpelli etiā inuocato brachio seculari: ẜm Host. vt i. c. ij. in. §. p tpalē. j. de maledi. de hac materia dic vt ple. no. i. c. ab excōicato. de rescri. ⁊ per Jo. an. in. c. j. de sen. exc. li. vj. Et cōclude breuiter ẜm opi. veriorem ꝙ aut queritur nūquid possit absolui excōicatus etiā inuitus ⁊ dicēdum ꝙ sic: nō tñ intelligas ꝙ remittat culpa sꝫ pena dūtaxat: q̄ꝛ sicut excōicatio pōt ferri in inuitū quaten⁹ est pena: ita pōt tolli ab inuito. Aut q̄rit nunqd iudex debeat absoluere excōicatum inuitum aut nō petentem: ⁊ dicendū qđ non regulariter vt hic: si tñ excōicatus magis induresceret ⁊ efficeret deterior tūc iudex debet excōmunicationē relaxare ex quo videt medicinam non ꝓdesse sed obesse: ⁊ tene menti hoc dictum: facit. xxiij. q. v. c. ꝓdest. aut queritur nunquid excommunicatus possit cōpelli ad petendam absolutionem saltem indirecte: ⁊ dicendū qđ sic vt hic in glos.

☞ Uiuente prima vxore si quis secundam hoc ignorantē in vxorem duxit mortua prima licite remanet cū secūda nouo interueniente consensu.

Matrimonium contractū cum secunda viuēte prima post mortem etiā prime non tenet nec cōualescit nisi nouo interueniente consensu. 3.

Consensus tacitus facit conualescere matrimonium.

Cohabitatio sciēter facta cum secūda vxore mortua prima tacitum inducit consensum.

Confessio mariti ⁊ prime vxoris nō nocet secūde nisi de primo matrimonio aliter consistit.

Lite pen. super primo matrimonio vxore scđa nō dꝫ de sua possessione amoueri ⁊ interim licite debitum petit ⁊ exigit.

Filij scđe vxoris viuēte pr̄ia vel illi⁹ cui fidē dedit nati si de fide probari non pñt: an cum alijs legitimis filijs succedant.

Cautela pro parentibus qui filios susceperūt illicite ex secūda vxore quo ad bona.

Cautela ꝓ matre que filios peperit ex adulterio quo ad bonorum successionem.

Veniens. †Si quis viuēte prima secūdā huius rei nesciā duxerit vxorē mortua prima licite remanet cum secunda nouo consensu interueniente. Ponit casum quem decidendum committit ibi: licet aūt. ¶ Casus literalis. Quidā G. nomine cōtraxit matrimoniū cū quadam muliere in ciuitate Lemouiceñ. tādem ab ea recedens iuit messanam: ⁊ ibi cum. M. muliere matrimonium cōtraxit ignorante ꝙ ipse aliā haberet vxorē: postmodū penitētia fuit sibi iniūcta vt ad legitimā rediret vxorē ipse redijt ad patriā suā ⁊ inuenit eā defunctā ⁊ sic reuersus est ad ciuitatē messanā ⁊ supradicte M. cohabitauit dubitatum fuit vtrum possit remanere cū ea. Rñdet papa lꝫ vxore sua viuēte dictam. M. in vxorē sibi nequieuerit copulare tamē vxore defuncta solutus fuit a lege ipsi⁹ ⁊ de nouo potuit in dictā. M. mr̄imonialiter cōsentire: dūmodo nō prestiterit fidē adultere vel machinat⁹ fuerit in mortē vxoris: vñ mandat capitulo messañ. Quaten⁹ si est ita cōcedat eidē licentiā vt ipsi. M. affectu adhereat coniugali. Ber. ¶ †No. primo ibi de nouo potuit cōsentire: q̄ꝛ cōsensus prestitus scđe viuēte p̄ma nō inducit matrimoniū etiā quo ad cōsentientē: licet prima postmodū moriat ⁊ sic nō cōualescit ẜm matrimoniū primo extincto nisi de nouo consentiat: ⁊ optime iste tex. ꝓbat opi. gl. de quia in. c. j. s̄. e. ¶ †Itē no. qđ scđm matrimonium pōt conualescere extincto primo ⁊ tacito ꝯsensu: ex quo eñ sciēter post mortē p̄me simul cohabitauit satis cōfirmatur secūdum matrimoniū. ¶ †Sed quero: pone qđ vir cōfiteatur in iudicio se aliā habere in vxorē quā forte venire fecit ⁊ idē confitetur nunquid hec confessio preiudicet scđe vxori: doc. ⁊ bñ dicunt qđ non: q̄ꝛ non dꝫ credi confessioni in ꝓprio facto. xxxiij. q. ij. in prin. ⁊ in. c. sup eo. de eo qui cog. consan. vñ nisi aliter plene probet primū matrimoniū nō tenet scđa discedere a viro: ⁊ licite interim pendēte lite petit debitū: vt i. c. laudabilē. vt lit. pē. ipse tñ vir q hꝫ scientiā primi matrimonij nō dꝫ exigere aut reddere debitū: sed potius excōicationē pati: vt in. c. literas de resti. spo. ¶ †Scđo q̄rit pone qđ viuēte legitima vxore quis cōtraxit vel dedit fidem scđe ⁊ eā cognouit ex qua sustulit filios: nūqd succedent cū legitimis ex quo probari nō pōt qđ fidem dederit viuēte prima: dicunt doc. qđ succedunt qđ legitimis ex quo impedimētū ꝓbari non pōt: deberent tñ parentes[f] eos inducere ad intrādū monasteriū mēdicantiū: vt excludant a successiōe: qđ si fieri non pōt relinquant eis modicā quantitatē: q̄ꝛ nō pñt agere nisi ad supplementū: vt in l. omnimodo. C. de in of. test. ⁊ eādē cautelā debet semp mater seruare qñ scit aliquē ex filij ab alio ꝙ̄ a marito suo suscepisse: qđ multoties contingit.

☞ Uiuente prima qui cum alia contraxerit quā tamē nō cognouit prima mortua potest contrahere cum secunda. 2.

Fidem dare nō debet alicui mulieri de ducēdo eā in vxorem post mortem vxoris ⁊ faciendo grauiter peccat. 3.

Occasio captande mortis dari nō debet tā in matrimonio ꝙ̄ in promissione beneficiorum ante vacationem.

Promissio vacaturi beneficij non debet fieri nec etiam futuri matrimonij.

Matrimonium cōtrahens cum aliqua viuente prima vxore peccat ⁊ efficitur infamis.

Infamis matrimonium contrahere potest.

Cōtractus matrimonij secundi viuente prima vxore nō impedit matrimonium cum eadē mortua prima si eam nō cognouit viuente prima.

Uiuente prima vxore fidē dedit alteri de ea in vxore ducēda ⁊ eam non cognouit mortua prima cōtraxit cū alia ⁊ stante secūdo matrimonio cognouit illā cui fidem dederat an mortua secunda possit eam ducere.

Uoluntas siue affectus machinationis in morte coniugis effectu non subsequente an noceat ⁊ quid operetur.

Si quis. ¶ †Contrahēs cum secunda viuēte prima quā tñ nō cognouit nec ante cōtractū nec post mortua prima pōt cōtrahere cum secūda ⁊ duo membra ponit. secūdū

a ¶ Extrane⁹. gl. est sing. in aut. q. bus modis natura. effi. sui. §. fi. iō non prohibet succedere fratri. l. si is q. ff. de vulg. et pup. illā gl. sequit Bar. ibi. ⁊ in. l. qđ cōditiōis. ff. đ dona. cau. mōr. ⁊ in l. j. ff. de iu. fis. bar. in. l. cā quā. C. de fideicom. ⁊ i. c. naturales. si de feu. fue. contro. inter do. ⁊ agna. — Sebasti. Sapia.

b ¶ Qđ matrimoniū. vide Feli. i. c. j. col. ij. v. mr̄imonium cōtractum. s̄. vt lite non ꝯte.

c ¶ Professio. itellige in manibus ordinarij: secus in manibus delegati a papa se impetrati. Car. flo. in rub. s̄. de rescri. et consi. iiij. p Do. c. j. s̄. de rescri. li. vj. Inn. ⁊ Car. in. c. porrectū. s̄. de regu.

d ¶ Cōtract⁹. Jo. an. in. c. j. de exceptio. lib. vj. ⁊ glo. ⁊ doc. i. c. decernimus. de sen. excō. eo. li. — Sebasti. Sapia.

e ¶ Petat absolutionē. Uide Jo. de ana. in. c. j. col. vlti. j. de maledi. cū multis allegatis per Feli. in. ca. apostolice. in. j. et ij. col. s̄. de except.

f ¶ Parentes. ista fuerūt dicta An. ⁊ Car. i. c. pri. j. e. Abb. in. c. officij. j. de pen. ⁊ remis. vbi querit an mater teneat reuelare. Anch. i. c. possessor. ⁊ i. c. pactū. de reg. iur. Bar. i l. filiū. ff. de his q sunt sui vel alieni iur. Abb. i. c. trāsmisse. j. q filij sint legi. ⁊ de alimen. p̄stitis huic a patre putatiuo. bartol. in. l. j. §. cōpetit. ff. si mu. vē. nomine in pos.

a ¶Quero pone. Anto. hic tz opi. Jo. and. qui allegat. Spec. ita tenere. Car. flo. dicit papã i hoc esse cõsulẽdũ: adheret tamen opi. Joã. an. quã seqt Car. Alex. z Philip. franc. hic. Zacharias.

b ¶A cõione fidelĩũ. bonus est tex. in aut. iusiurãn. qd presta. in fine. coll. v. Spe. in tit. de despõ. ver. v. et ibi Bal. in addi. ad ipm. gl. in cle. j. de vsu. z bar. cepol. in suo tractatu de serui. rustic. pdi. ti. de pascuis. Guil. de cug. in l. nullus. nu. j. C. de sum. trini. et fide catho.

c ¶Infirmitas. Bñ facit. l. si cum doté. §. si maritus ff. sol. mat. ibi qd eni tã humanũ ẽ quã fortuitis casib⁹ mulieris maritũ participé esse.

d ¶Boni viri. ex quo tps nõ est determinatũ. l. j. ff. iure deliber. Sebasti. Sapia.

e ¶Virũ vagabũdũ. an z qñ vxor teneat sequi virũ vide Pau. de cas. l. l. qui manumittit. C. de ope. lib. z in l. j. C. de vxo. militum.

f ¶Exceptio. de h est text. in l. nã qd §. fi. de penu. leg. z ibi per Alex. in additio. Sebasti. Sapia.

g ¶Regulã. Hãc regulam exornat copiose Feli. in c. qñ frequenter. in j. col. cum sequẽtibus. §. vt lite non contestata.

h ¶Articulo. Ut in l. cũ qs. z l. nuper. C. de nat. li. et ibi. Cy. Jo. an. in c. sine culpa. et in d. c. tãta. Bal. i. c. naturales. fi de feud. Fue. controuer. iter do. z ag. z in rub. C. de priuilegio dotis: sed in l. ea3 quã. C. de fideicom. tz ɔ̃riũ de quo late per Alex. in l. si quis posthumos. ff. de libe. z posthu.

ibi: ceterum. ¶Casus literalis. Dubitatum fuit an matrimonium post mortẽ legitime vxoris cũ illa cõtractũ cui viuẽte vxore fidẽ de cõtrahẽdo aliqs dedit: vel de facto cõtraxit quam tamen nec ante post fidẽ datam cognouit sit dirimendũ. Uidebat dicendũ ꝙ sic qꝛ pluries dictum est matrimoniũ contractum cũ illa cui fides data est nõ tenere: hoc tamẽ non obstãte cõtrariũ dicit pa. vcz ꝙ si nec ante nec post fidẽ datã vel matrimoniũ de facto ɔ̃ctũ legitima vxore viuẽte ille eam cognouit tale matrimoniũ post mortẽ vxoris cõtractum nõ esse dirimendũ alias secus. Ber. ¶†No. primo ꝙ viuente ppria coniuge non debet quis dare fidem alteri mulieri de ducẽdo eã post mortem vxoris: quod si fecit grauiter peccat: vt hic: qꝛ prestat votũ captãde mortis: vñ sicut non valet pmissio beneficij vacaturi: vt in c. ij. de cõcess. pbẽ. ita nec promissio futuri matrimonij carnalis. ¶†Scdo no. ꝙ cõtrahens cum scda viuẽte prima licet scdam non cognoscat grauiter peccat z dic ꝙ efficit infamis: vt in l. j. in fi. ff. de his q no. infa. Et ex hoc z ex tex. infero ꝙ infamis põt ɔ̃here matrimonium. ¶†Itẽ no. ꝙ ex solo cõtractu matrimonij scdi nõ impedit futurũ matrimoniũ cum eadem mortua prima cõiuge dummodo non intercesserit copula cum scda viuente prima cõiuge. ¶†Sed hic quero pone[a] ꝙ viuente legitima coniuge quis dedit fidẽ scde z eam non cognouit: deinũ mortua coniuge nõ illam cui fidẽ dedit sed aliã duxit in vxorẽ: cõstãte illo scdo matrimonio cognouit illã cui primo fidẽ dederat: nũquid mortua scda vxore possit ɔ̃here cũ illa cui dedit fidem cõstante primo matrimonio legitimo z cognouit constante scdo Jo. an. tenet hic ꝙ non: qꝛ verũ est dicere ꝙ cõstãte matrimonio legitimo dedit illi fidem z eã cognouit vñ matrimoniũ scdm non habet remouere impedimentũ. facit. ix. q. j. in scripturis. z in l. singularia. ff. si cert. pe. Gas. tenet cõtrariũ cui⁹ opi. puto veriorẽ: qꝛ ɔ̃hẽdo prĩa cũ scda vr recessisse a fide illi data: z p ɔ̃ñs nũc solũ reperitur adulteriũ ꝙ non h3 impedire mrĩmoniũ: vt in c. significasti. s. e. Itẽ iura induxerũt istud impedimẽtũ ne pter spẽ ɔ̃hẽdi mrĩmoniũ inducat machinatio i mortẽ alteri⁹ q nõ hic cessat ex q̃ mortua prĩa noluit ɔ̃here cũ illa cui fidẽ dederat. ¶†In gl. in fi. l3 gl. clare nõ rñdeat ad ɔ̃riũ. s. formatũ3: tñ satis sentit ꝙ sol⁹ effectus nõ sufficit z pbatur aperte in lra z dic ꝙ ideo nõ sufficit effect⁹: qꝛ copula hic reqrit pro cã finalis impedimẽti: requirunt eni duo cõtracta z copula: ideo nõ sufficit alterũ z forte ad hoc qꝛ mrĩmonio nõ cõsummato nõ sic inducunt isti ad machinandũ in mortem alterius.

¶De coniugio leprosorum. Rubrica.

¶Uiso de quibusdam impedimẽtis matrimonij: qꝛ morbus lepre soluit sponsalia de futuro z potest dubitari nunquid impediat contrahendũ vel dirimat contractum: ideo competẽti ordine subijcitur hec Rubrica.

1 Lepra superueniens matrimoniũ nõ soluit nec ei⁹ effectum ideo coniuges debẽt se ad inuicẽ maritali affectiõe tractare aut ad perpetuam continentiam induci. 4.
2 Leprosi licite excluduntur a communione fidelium.
3 Uxor virum sequi tenetur z vir vxorem ex cã necessaria. 8.
Consuetudo non valet ꝙ vxor non teneatur sequi virum.
4 Infirmitas superueniens quantumcũqz grauis nõ soluit matrimonium consummatum.
5 Marit⁹ z vxor vltra debitũ tenent sibi ad mutua obsequia z seruitia necessaria etiam infirmis. nu. 9.
6 Concubinam vel aliam mulierem admittere quis non põt etiam si vxorem habeat leprosam z excommunicari potest. Laicus efficitur de foro ecclesie propter adulterium.
7 Maritus potest se absentare ab vxore dummodo diutius non stet absens.
8 Judex ex officio prouidere debet ꝙ coniuges iuuenes non stent seorsum propter periculum adulterij.
Diutius quid significat.
9 Judex non impartitur officium ꝙ coniunx sit cum leproso coniuge nisi petat.

1 Peruenit. †Lepra supueniẽs non dissoluit mrĩmoniũ nec mrĩmonij effectũ ideo ad inuicẽ maritali affectiõe cõiucti se tractare debẽt: aut ad ppetuã ɔ̃tinẽtiã vouẽdã induci. pmo narrat casum. scdo diffiniendũ cõmittit. ibi: quoniã. ¶Casus lralis. Cãtuarieñ. eps habebat in sua diocesi multos leprosos. z cũ sibi euenisset ꝙ qdã viri z vxores lepra percussi nollẽt simul habitare: nec etiã necessaria ministrari dubitauit apud papã qd esset agẽdũ: allegãs quãdã cõsuetudinẽ gñalẽ: cui papa rñdet dicẽs ꝙ si ex ɔ̃suetudine gñali leprosi a cõione hominũ separent ex qua nec vxores viros: nec viri vxores talr egrotãtes sequunt: tñ qꝛ vir z vxor vna caro ẽ z nõ d3 vn⁹ sine altero esse diutius mandat vt in tex. sequit.
2 Ber. ¶†No. prio iũcta gl. j. ꝙ leprosi licite excludũt a cõione fidelium[b] tñ ex cõsuetudine gñali: vt in text. tñ ex dispõne canonũ z veteris testamẽti: vt in iurib⁹ alle. in gl.
3 ¶†Scdo no. etiã iũcta gl. j. ꝙ nõ põt introduci cõsuetudo vt vxor nõ teneat sequi maritũ vel ecõtra: z no. ꝙ si vxor absentat se ex
4 causa necessaria tenet marit⁹ eã seq. ¶†Itẽ no. ꝙ morbus lepre nõ dirimit mrĩmoniũ ante cõtractũ z dic ꝙ nulla infirmitas[c] ꝙ̃tũcũqz grauissima dissoluit matrimoniũ semel cõsummatũ: vt i. c. hi q. xxxij. q. vij. z ea. cã z q. c. oẽs cautiões.
5 ¶†Itẽ no. ꝙ maritus z vxor vltra debitũ carnis tenẽtur z obligant sibi ad mutua obsequia vt p3 ibi cõiugali affectiõe ministrẽt z sic tenet marit⁹ administrare vxori egrotãti z sic nõ solũ tenet san⁹ reddere debitũ leprose: sed etiam seruitia
6 necessaria impẽdere. ¶†Itẽ no. ꝙ hñs vxorẽ leprosam nõ põt aliquo modo cõcubinã vel aliã mulierẽ admittere ꝙ si fecerit põt p ecclesiã excõicari. Itẽ ex hoc habes casum apertum ꝙ iudex ecclesiasticus põt ɔ̃ laicũ adulterũ pcedere: nã ex actu excõicãdi deprehẽdit iurisdictio in foro contẽtioso: vt plene dixi in c. cũ sit gñale. de fo. cõpe.
7 ¶†In gl. in v. diutius. no. gl. iũcto tex. ꝙ marit⁹ põt se absentare ab vxore dũmodo diuti⁹ nõ stet seorsum z dicit Host. vltra gl. ꝙ diuti⁹ dr donec qrela pueniat ad iudicẽ ecclesiasticũ. i. donec alter fuit cõquestus nõ dr stare diutius vel donec notorie liqueat ꝙ viuat incõtinẽter: si eni alter nõ petit iudex se nõ impedit hoc dictũ ego puto verũ in casu huius. c. qꝛ si leprosa nõ ipedit virũ suũ iudex tolerabit s3 cessante hac cã nõ d3 iudex pati vt cõiuges iuuenes stẽt seorsum pter piculũ adulterij vt dixi post Host. in c. veniens. de reg. z vide Inno. in c. dudũ. in prin. de conuer. coniug. z dic ibi: z satis pl3 opi. gl. vt ver. diutius. refert ad arbitriũ boni viri[d].
8 ¶†In glo. in ver. sequat. no. bñ istam gl. z quatenus dicit mulierẽ nõ teneri ad sequendũ virũ vagabũdum[e]. dic hoc pcedere nisi tpe cõtractus matrimonij esset vagabũdus: qꝛ tũc vr approbasse mores suos de quo vide gl. in c. vnaqueqz. xiij. q. ij. z in c. si quis
9 ineuitabili. xxxij. q. ij. z qd no. in c. de illis. de spõ. ¶†In gl. fi. ibi bñ cõpellerent. gl. vex dicit sed nõ bñ cõcordat istud. c. cũ se. ideo dic ꝙ leproso nõ petente iudex est contentus sola exhortatione: z ita loquit iste tex. sed si instaret petẽdo vt cõiunx tencat sequi z debitũ reddere: tunc fiet cõpulsio: vt in c. seq. z hoc voluit glo. in c. si vxorem. xxxij. q. v. quam no.

1 Coniuges pter lepram separandi nõ sunt a cõiugio. Leprosi matrimoniũ contrahere possunt z inuicem sibi debitum reddere tenetur. 6.
2 Exceptio firmat regulam in contrarium.
Coniuges separari non pñt excepta causa fornicationis.
3 Infirmitas superueniẽs ꝙ̃tũcunqz grauis nõ soluit matrimoniũ etiã quo ad torũ z mutuã seruitutẽ siue furor sit vel dementia etiam si clauda efficiatur mulier.
4 Infirmitas non impedit matrimonium contrahendum.
Matrimoniũ etiã in mortis articulo cõtrahi potest z filij antegeniti per contractum huiusmodi legitimantur.
5 Sanus an possit cõpelli ad reddendũ debitũ cõiugi leproso vel alias infirmo: z qd iuris sit si infirmitas illa est cõtagiosa.
6 Indefinita an z quando equipolleat vniuersali.

1 Quoniam. †Coniuges pter lepram separãdi nõ sunt a cõiugio z ɔ̃here pñt matrimoniũ z inuicẽ sibi debitũ reddere tenent: z sunt tria dicta. scdm ibi: leprosi. tertiũ ibi: ꝙ si. ¶Casus lralis. Dubitatũ fuit nũquid mulier lepra vel graui alia infirmitate detẽta a viro sit separãda vel dimittẽda: z vtrũ leprosi pñt ɔ̃here matrimoniũ: z tertio si leprosus a sano possit debitũ exigere maritale. rñ. vt in text.
2 Ber. ¶†No. primo ibi: excepta cã fornicatiõis: ꝙ exceptio[f] firmat regulã[g] in ɔ̃riũ. xxxij. q. vij. in c. dñs. ita arguit hic pa. cũ enim christus solum excepit cãm fornicationis videt ꝙ in alijs casib⁹ nõ possit marit⁹ dimittere vxorẽ vel econtra.
3 ¶†No. scdo ibi: graui infirmitate regulã ꝙ nulla infirmitas ꝙ̃tũcunqz grauis pstat facultatẽ dissoluendi etiam quo ad torũ seu mutuã seruitutẽ: siue ergo superueniat furor siue dementia: siue efficiat clauda nõ d3 mrĩmoniũ separari: de quo vide bonũ. tex. xxxij. q. vij. hi qui. z in c. hi vero. z. xxxij. q. v. si vxorẽ.
4 ¶†No. tertio ꝙ infirmitas nõ impedit matrimoniũ ɔ̃hẽdũ imo in articulo[h] mortis põt qs ɔ̃here matrimoniũ adeo ꝙ filij antegeniti legitimãtur vt no. in c. tanta. s. qui filij sint leg. z p Jo. an. in regula sine culpa. de re. iu. li. vj. in mer.

No. quarto

¶ †No. quarto qd ex precepto ecclesie tenetur sanus cõiugi quãtũcunq3 leprose vel alia infirmitate depresse reddere debitũ carnale. ⁊ not. qd precepta apostoli ligat. ¶ Sed circa hoc quero quid si sanus propter horrorem nõ põt reddere debitum. dic qd si ecclesie constaret non compelleret eũ quia non debet compelli ad impossibile: q2 impossibiliũ nulla est obligatio. vt i regula impossibiliũ. ff. de reg. iu. ⁊ c. fi. de pac. ⁊ c. odoardus. de sol. sed ex quo ecclesie nõ cõstat de impossibilitate excommunicabit sanũ ad redẽdum debitũ ⁊ quo ad ecclesiam militantẽ habebitur pro excommunicato: nõ autẽ quo ad deũ. ⁊ ad hoc. c. literas. de resti. spo. et. c. inquisitioni. de sent. excõmu. ⁊ per hoc sentiũt doc. ⁊ bene qd sanus precise potest compelli ad reddẽdum debitũ leprose facit ad hoc quod dixi in ca. precedenti. vbi an teneatur secum esse in eodẽ lecto: ⁊ vide bo. gl. in. d. c. si vxorem. que dicit qd nõ tenet secum assidue morari. ¶ Secundo ad idem queritur quid si maritus est ethicus vel alia egritudine detẽtus ita vt sine p sone periculo non possit reddere debitũ nũquid muliere petenti sit obligatus ad reddẽdum debitum doc. communiter quod nõ: quia ordinata charitas incipit a se. i. c. nisi. de auf. ⁊ visu pal. ⁊ in. c. non satis. lxx. dist. ¶ †In glo. penult. ibi in fi. de hoc an ⁊ quãdo indefinita[a] equipolleat vniuersali.[b] vide bo. gl. in. c. vt circa. de elec. li. vj. per Dy. in proe. regularũ. per docto. in. l. si pluribus. ff. de lega. j. et vltra communiter not. ibi ponit hic Gas. vnum verbum satis notandum Oldra.[c] dicẽtis quod aut dispositio concipitur per noia collectiua: ⁊ tunc indefinita equipollet vniuersali: exemplum si dicitur capitulum aliquid fecisse perinde est enim ac si fuisset dictũ omnes de capitulo ad hoc. c. capitulum sancte crucis. e. de rescrip. aut concipitur per noia singularia: puta canonici talis ecclesie hoc fecerũt ⁊ tunc nõ equipolleт vniuersali. imo verificatur in duobus canonicis: quia pluralis locutio verificat in duob[us]. vt in re. pluralis. de regu. iur. li. vj. ⁊ iiij. q. iij. vbi numerus ⁊ facit hoc ad instrumẽta procurationum: si eñ dicit qd canonici talis ecclesie fecerũt talẽ procuratorẽ: certe non probat qd capitulum fecerit ratione supra dicta. de quo vide qd dixi in. c. vnico. de syndi. ⁊ qd no. in. l. si. de alb. scriben. Abbas.

☞ Sponsalia de futuro precise nõ cõpellunt ad matrimonium cõtrahendũ leproso lepra post spõsalia superueniẽte.
Spõsalia de futuro soluunt lepra ⁊ qcũq3 alia enormitate.
In obligatione generali de contrahendo matrimonio sub intelligitur nisi quicq3 turpe superueniat.
Matrimonium de presenti non consummatum per carnalem copulam non soluitur superueniente lepra.
Matrimonium de presenti etiam non cõsummatum non soluitur nisi per ingressum religionis.
Matrimonium de presenti dicitur consummatum per consensum quo ad sui essentiam.

Suscepimus. Is ex cuius opera illicita sequitur homicidium irregularis efficitur. vel sic. Homicidiuꝫ imputatur ei qui fuit in culpa. Cōmunis diuisio secunda ibi: verū. ¶ Casus literalis. Duo monachi erāt in custodia cuiusdam domus de mādato abbatis. ⁊ dū in custodia essent quidā latrones de nocte ingredientes ad eos ceperunt eos in personis affligere ⁊ vestimētis etiam denudare: monachi isti resumptis viribus ligauerūt illos ⁊ retinere voluerūt quousqꝫ capitulo nuntiarent. dum vn⁹ illoꝝ ad notitiam abbatis rem perferret dimittens illos in custodia fratris sui et latrones illi se soluere niterētur. frater ille timens ne occideretur ab illis: illos occidit. Iste qui rē ad notitiā abbatis deferebat dubitans an factū illud sibi imputaretur ad dominū papam cū literis abbatis sui accessit vnde scribit papa ipsi abbati dicēs ꝙ potius expediebat relinquere tunicam et pallium ⁊ rerū sustinere iacturā q̃ pro rebus conseruādis vilibus ⁊ transsitorijs tā acriter ī alios exardescere. vnde iste abstineat a ministerio altaris ⁊ vterqꝫ[a] illoꝝ ad arbitriū abbatis studeat peccatū suum expiare: qr cōstat eos ⁊ studio vtriusqꝫ esse interemptos. Ber. ¶ Not. j. ꝙ fur. ⁊ latro capiunt̃ equiuoce ⁊ sunt synonyma. nā isti q accesserūt ad furandū de nocte in principio nūcupātur latrones ⁊ postea ipsi ijdem appellantur fures. nā illa differētia quam assignant doc. s. eo. in. c. ij. non est ppetuo vera. vt hic patet. cōcoꝛ. s. eo. si perfodiēs. vt ibi dixi. ¶ Secūdo no. ibi: vestimētis proprijs. ꝙ largo modo potest frater appellare vestes proprias eas quibus induitur: appellant̃ pprie ad differentiam aliarum rerum monasterij quibus non ita vtit̃ sicut istis vestibus. de quo vide qd not. glo. in. c. nolo. ⁊ c. nō dicatis. xij. q. j. ¶ †No. iij. casum aptissimū ⁊ notabilē qd pro rebus[d] conseruandis nō lꝫ clerico occidere latronem licet aliter res conseruari non possent. imo poti⁹ debet sustinere omnem iacturam rerum ⁊ nullibi ita bene probatur vt hic. tamē ipsas res nō prohibetur defendere. vt in. c. olim. j. de resti. spolia: ⁊ dic vt ibi dico super glo. ¶ †Item iiij. no. ꝙ ita tenetur de homicidio ille q interfecit sicut ille qui ligauit. pro hoc tex. in. l. itē mela. §. si ali⁹. ff. ad. l. aquil. vbi tenetur de dāno ille qui tenuit sicut ille qui percussit. ꝙ probat hec litera in fine iuncta gl. vbi dicit qd vtriusqꝫ opera illi fuerunt interempti. ⁊ tamen tantū vnus prestitit operam in ligando. ¶ †In glo. j. in fi. ex hac gl. collige duplicē intellectū ad literam. primū ꝙ ideo imputatur homicidiū sequens: licet defensionis causa factū sit: quia precessit culpa in ligando. nam ex quo isti habebant res suas saluas nō debebant ligare: sed eos extra monasterium mittere. Scds intellectus est qd isti interfecerunt pro rebus saluandis qd non est licitū clerico. nec ob. c. ij. s. eo. quia defendendo se et sua secutum est homicidium: secus si pro defensione rerum tantum. nec obst. huic intellectui. c. dilecto. de senten. excō. lib. vj. quia sm Host. licet clerico pro rebus saluandis inuocare brachium seculare et ei⁹ auxilium. ita loquitur ille tex. sed non debet in propria persona arma mouere. vt hic. ⁊ ita transeunt cōmuniter doct. sꝫ certe iste intellectus nimis restringit illam literam. contrarium sensit ibi gl. fi. ⁊ glo. que est in verbo bonis. ideo conclude qd pro defensione rerū licitum est clericis manus inijcere et defendere cū baculo et gladio. non debent tamen procedere ad seuā: ⁊ ad occisionem. ⁊ hoc voluit ista litera: ibi tam acriter in illos exardescet ⁊c. nō ergo prohibetur licita ⁊ moderata defensio. ⁊ sic videtur intelligere Inno. in. c. si vero. el. j. de sen. excō. quod no. An autem laico licitū sit indistincte occidere pro saluandis rebus dixi in. c. ij. s. eo. dic vt ibi. ¶ †Tertia lect. colligitur ex glo. que est in verbo interimeret. qd iste poterat fugere dū se soluere nitebant̃. ⁊ no. singulariter istam gl. iuncto tex. ꝙ non excusatur clericus ab homicidio si fugiendo poterat illud euitare.[e] Idē no. gl. in cle. si furiosus. de ho. ⁊ notabiliter vult glo. ista probare iuncto tex. in fi. ꝙ non solum causatur irregularitas: sed etiā peccatum qr excessit ecclesiasticam mansuetudinē volendo potius occidere proximū q̃ fugam capere. in laico vero Bar. tenet contrarium in. l. j. C. vnde vi. quia cum fugari sit opprobriosum ⁊ iniuriosuꝫ potest licite resistere vt se liberet ab illa iniuria: vide quod dixi in. d. c. ij. s. eo. Ali⁹ intellectus assignatur quod iste fuit in culpa in dimittēdo ibi duos licet ligatos in custodia vni⁹. ¶ In gl. in ver. detinere. in fi. quasi velit gl. dicere ꝙ in. l. furem. probat̃ ꝙ nō licet indistincte laicis interficere latronē: sed quando nō possunt aliter euitare mortis periculum[f]. Sed tex. intelligitur multipliciter et communiter intelligitur de rerū periculo et tūc solue contrariū ꝙ licet hoc liceat laicis: nō tñ clericis. dic vt dixi in. c. ij. s. eo. ¶ †Item gloss. pen. in fi. et ex hac glo. no. ar. abbatem posse inquirere ⁊ punire monachū suū de homicidio. nam ipe abbas retulit hic pape. nō autē se impediuit eps. ⁊ facit pro opi. Jo. de lig. in

Zacharias.
[a] ¶ Lud⁹ solatiosus. ego limitarē hoc dictū tam in clericꝫ q̃ laicis ꝑcedere si non ludat̃ vltra vnū solidū. vt no. ī auk. alearū vsus. C. de reli. ⁊ sump. fu. et bar. i. l. īficiādo. §. ifans. de fur. et qs dicat̃ esse permissus ludus: et qs prohibitus vide Bar. ī. l. si gratuitam. §. fi. et ibi gl. ff. de prescrip. ⁊ in. l. j. C. de spec. lib. xi.
[b] ¶ Cultelluꝫ. no. ibi qd licite clericus portat cultellū et sic vr̃ hic casus ꝑ glo. in auk. de ar. §. pe. iūcto c. ij. de vi. ⁊ hone. cle. And. Barb.
[c] ¶ Libere. Facit gl. ī cle. fi. de eta. ⁊ qli. And. Barb.
Sebasti. Sapia.
[d] ¶ Pro reb⁹. Vide Ias. i. l. vt vig. col. vj. ver. tertio limita. ff. de iusti. ⁊ iu. vbi hoc probat vt per eum.
Sebasti. Sapia.
[e] ¶ Euitare. Vid Cardi. in cle. j. in xv. q. de homici. Ang. de are. ī tracta. malefi. ī vbo defendendo vbi Augu. arimi. alexan. in cōsi. cir. in cip. visis ⁊ vt opꝫ consideratis. col. vj. in. j. vol.
[f] ¶ Mortis periculuꝫ. Sed an teneat̃ fugere ⁊ nō occidere ꝑ recuperatione bonorū vide. d. Abb. ī c. ij. de vita et hone. cle. And. bar.

cle.ne in agro.de sta.regu.ꝙ abbas potest inquirere contra monachum suum iudicialiter ⁊ punire.plenius dixi in rep. ca.si quis contra clericum.de foro compe.

1 ☞ Irregularis est ille qui dat causam homicidio.

2 Verbum non videtur mihi:importat quãtum verbum nõ est:quod nota pro testibus.

3 Causa intelligitur de propinqua:non autem de remota. Causa remota an et quando puniatur.vide remissiue.

1 2 **DEcetero.** ¶ † Dãs cãm homicidio irregularis est.h.d. ¶ † Not.j. ibi:nõ vr.qđ per hec verba rñdeꝛ de iure.et tantũ est dicere nõ videtur quãtum nõ est.⁊ facit pro dicto testis. ¶ Sed quero qꝛ litera loquiꝛ de diacono:quid de alio clerico.dicendũ qđ idẽ ⁊ idẽ in laico:sed hic narraꝛ factum.Secũdo queriꝛ:quia hic dicitur qđ non est promouẽdus ad sacerdotiũ nunquid possit ministrare in aliis prius receptis:⁊ dicendũ ꝙ nõ:qꝛ ex quo incurrit irregularitatez remouẽdꝰ est ab oĩ ministerio ecclesiastico:vt in.c.presbyterũ.s.e. ¶ † 3 In gl.j.in fi.no.gl.iũcto tex.ꝙ appellatione cause intelligimus de ꝓpinqua ⁊ nõ remota:⁊ pro causa ꝓpinqua imputaꝛ ⁊ nõ remota.pone exẽplũ i causa remota:feci fenestram in domo aliquis sponte precipitauit se de ea:tũc enim ego sum causa remota nec sunt in aliqua culpa.Sꝫ cã ꝓpinqua fuit facultas illius se precipitantis:sed inquantũ glo.alleg.c.presbyterum.s.eo.probãdum ꝙ causa remota imputaꝛ:vbi fuit animus nocendi.dicit Inno.ꝙ ibi fuit cã propinqua.Et an ⁊ qñ imputeꝛ causa remota.vide qđ not. in.c.sicut.de test.⁊ in regula imputari.de reg.iur.lib.vj.

1 ☞ Homicidiũ casuale imputatur ei qui licet dederit operam rei licite tamen non adhibuit diligentiam.

2 Peccatũ vel delictũ vel irregularitas:vbi in dubio possunt esse ⁊ nõ esse:semper ad cautelã in foro anime debemus considerare ꝙ sint:secus in foro cõtẽtioso.vide.j.in.c. significasti.el.ij.in.iiij.no.vide.j.e.sicut.nu.7.

Homicida dispẽsatur in sacris per solum papam:in minoribus vero per episcopum.4.

5 Irregularitatẽ incurrit aliquis ex solo consilio:propter qđ secutũ est homicidiũ:siue directe:siue indirecte:nisi forte cõsuleret quis rem licitam:puta mori pro fide:⁊ similia.

6 Mandatarius vt cõmitteret maleficium si fuerit in illo interfectus an mãdãs in aliquo teneatur maxime quo ad irregularitatem mandantis.

7 Mandatarius si post longum tempus vltra determinatũ interfecerit aliquem:mandans tenetur si mandatum nõ reuocauit.

1 **AD audientiam.** ¶ † Homicidiũ casuale imputaꝛ ei q dedit operã rei licite si nõ adhibuit diligentiam quã debuit.Cõis diuisio.secũda ibi:qꝛ vero. ¶ Casus literalis.Quidam presbyter volẽs corrigere quendaz de familiia sua cingulo quo cingi solebat ipsuz verberare tentauit:cõtigit qđ cultellꝰ de vagina q̃ cingulo adherebat elapsus in dorso aliquantulum vulnerauit postmodum cũ ille vulneratus aliquandiu vixisset cõualuisset a vulnere grauiore vt dicitur infirmitate percussus decessit. quesitum fuit a papa quid de ipso sit agendũ.℞espõ.papa quia dubitabatur vtrum occasiõe vulneris decessit ⁊ i dubiis tutior via sit eligẽda:predictus sacerdos in sacris ordinibus non ministret.tñ iniuncta sibi penitentia competẽti cõcedi potest eidem.vt minoribus ordinibus sit cõtẽtꝰ.Si vero ille ex alia infirmitate decessit vt prius suum officium exequatur.Ber. ¶ Not.j.quod clericꝰ licite instat circa correctionem familie sue etiam moderare verberãdo:nec casus inde contingens sibi imputatur si modũ in corrigendo nõ excessit:secus aũt si modũ incorrigendo excederet.⁊ ita intelligitur iste tex.pro hoc ca.cum voluntate.de senten.excom.

2 ¶ No.ij.quod in casu dubij debet quis potius reputari irregularis:⁊ videtur iste tex.contra Inn.qui dicit hic quod cum irregularitas sit de iure positiuo non debet iudex aliquem in dubio reputare irregularem:quia pene moliende sunt.de peniten.dist.j.§.pene ⁊ in.l.interpretatione.ff.de penis.⁊ in regula in penis.de regu.iur.libro.vj.Sed certe nec primum dictum nec secundũ videtur indistincte verum.nã irregularitas que causatur ex homicidio volũtario est etiã de iure diuino.cuz deus dixit ad dauid [a] post homicidium nõ edificabis mihi templũ:quia vir sanguinis es tu.de consecra.dist.j.in priin.vide bo.gl.xxj.dist.in sum.facit tex.scđm vnum intellectũ in.c.j.s.eo.et quod no.gl.in.c.sicut dignũ. eo.tit.Item secũdũ dictum non est verum.vt patet hic:⁊ in c.significasti.j.eo.dictũ tamen Inn.solet cõmuniter allega-

a ¶ Ad dauid.Vide Fel.in.c.fi.col. ij.ver.extra materiam.s.de maio. et obedien.

Sebasti. Sapia.

b ¶ Interposito. Vide Bal.in.l.j. colũ.iij.versi.sed postea.C.de ser.fugi.Imo.i.l.post dotem.in princi. ff.solu.mat.Sali.in.l.nõ ideo minus.col.vij.C.de accusatio.Jas.in l.j.C.de ser.fugi. Ang.Are.in tracta.maleficio.in ṽbo semproniuz mandatorez.vbi late Aug.arimi.

ri pro notabili ⁊ male:quia non procedit indistincte.vñ sic distinguerem qđ in foro contentioso vbi agitur de pena imponenda pro irregularitate cõtracta non dꝫ qs in dubio reputari irregularis:qꝛ pure tunc agitur ad penã et hoc casu procedat dictũ Inn.⁊ ita loquũtur iura alle.per eũ:aut agitur in foro penitentiali ad imponendã penitẽtiam.et in dubio debet potius reputari regularis qꝛ in foro penitentie semper tutior pars est eligenda:licet videatur durior:quia in illa parte nullũ subest periculum:ad hoc prealleg.c.significasti.⁊ idẽ dic vbicũq; dubitatur de aliquo delicto:ad hoc vide glo.no.in.c.vnico.de scruti.nam bonarum mentiũ est timere culpam vbi culpa minime reperitur.v.dist.ad eiꝰ vero not.in.c.ij.de obser.ieiu.Idẽ est vbi agitur in foro quasi penitẽtiali vt puta qꝛ nõ agitur ad penã proprie:sed vt ab altaris ministerio abstineat:vel vt abstineat a cõtractu matrimonij:vel ab alio actu exercẽdo inique subesset peccatũ: tunc enim debemus interpretari in partem securiorez:licet illa sit durior.de hoc optimus tex.hic ⁊ in prealleg.c.significasti.⁊ in.c.iuuenis.de spon.cũ si.⁊ ad predicta facit qđ not. ꝑ Inn.in.c.cũ tu.de testi.⁊ hoc no. ¶ In gl.j.in fi.not.glo. pro intellectu illius.c.lator.dꝫ enim ille tex.restringi qñ ille non facit insultũ:secus autem si irruisset in alium etiam ludendo:qꝛ tunc fuisset in culpa:ideo postea casus cõtingens sibi imputareꝛ. ¶ In gl.ij.in fi.restringe hic generalia glo. 3 ẜm ea q̃ dixi in secũdo notabili. ¶ † In gl.fi.dicit Hosti.qđ solus papa in sacris dispensat:vt in.c.continebatur.s.co.sꝫ in minoribꝰ potest eṗs suo iure dispensare:ꝓ hoc facit iste 4 tex.poteris concedere vt minoribus ⁊c. ¶ † Nota ergo hoc dictum ⁊ conclude latius ꝙ cũ homicida voluntario nũq̃ dispensatur in aliquo ordine:papa tamen dispẽsat lꝫ de facili non faciat:vt dixi in.c.sicut dignum.s.eo.cum homicida vero casuali põt eṗs dispensare in minoribus duntaxat: vt hic.In sacris autẽ secus:quia solus papa dispensat et solet dispensare:vt in.c.continebatur.s.eo.⁊ qđ no.in.c. sicut 5 dignum prealleg. ¶ † Extra gl.queritur hic:quidam consuluit iactũ baliste vel machine vel insultũ alicuius castri ex tali consilio secutum est homicidium.nunquid consulẽs sit irregularis:ex quo directe nõ consuluit in mortem alicuiꝰ. Inno.concludit ꝙ sic:qꝛ non fuit causa propinqua homicidij debuit eñ cogitare qđ verisimiliter ex talibus sequereꝛ homicidiũ.Item concludit in consulente vt furtiue aliqs capiatur vel aliquod castrũ ẜm eum:licet enim de facili non sequatur homicidium sicut in predictis casibus:tamẽ sepe ex hoc homicidiũ ꝓuenit:et ideo secuto homicidio cõsulẽs est irregularis ⁊ hoc no.quia extendunt iura dicentia quez effici irregularem ex solo consilio.l.distin.si quis viduã.et.c. sicut dignum.s.eo.vt procedant nedum quando directe cõsuluit in mortem alicuius:sed etiã qñ prestatur causa ꝓpinqua ad mortẽ.Et hoc intellige vbi consulitur res illicita.secus si licita ẜm Inn.puta consulitur quis vt maleficus capiatur vel vt exponat se morti pro patria vel pro fide.naz si tũc sequeretur:ideo homicidiũ nõ imputaꝛ consulẽti.xxiij. qđ.viij.omni timore.⁊.c.hortatur.idem si cõsuluit alicui vt exponat se morti pro fide christiana:et idem dic in similibꝰ 6 casibꝰ. ¶ † Secũdo queritur quidã consuluit amico suo vt interficeret alium.de illo consilio interemptus fuit iste qui debebat alium occidere nunquid consulens sit irregularis. et primo videꝛ qđ non:qꝛ cõsuluit in mortẽ illius:sed non in mortẽ alterius.ergo nõ commisit homicidium nec facto nec consilio nec precepto.Inn.et Host.concludunt ꝙ si verisimiliter iste poterat occidi ab inuaso tunc est irregularis: quia debebat cogitare hoc posse euenire:secus vbi cessat illa presumptio seu verisimilitudo:vt quia ille cui datum erat consilium erat illo longe fortior:sed Io.and.in.c.fi.s.eo.ti. lib.vj.contrarium tenet per text.illum.et istud verius.nam omni casu iste incurrit irregularitatem tanq̃ dans operaz rei illicite:qꝛ cogitare debuit hoc euenire posse.nam si mando vel consulo vt tutius verbereꝛ:⁊ iste mãdatarius excedẽdo fines mandati illum interficiat ego teneor:qꝛ ꝓstiti causam propinquam morti.vt est tex.in dicto.c.fin.ergo fortiꝰ quando dedi consilium ad mortem per illum tex.idem dicẽdum in casu nostro si cõsuleret vt occideret:et inuadẽs fuisset occisus:et tũc consulens sit irregularis tanquã dãs ope 7 ram rei illicite. ¶ † Vlterius queriꝛ quid si consului amico vt occideret aliquem inimicum suum ille incõtinẽti non fe b cit:sed longo tempore interposito.[b] Inno.concludit quod consulens est irregularis:quia debebat consilium reuocare et si putabat amicum suum non obtemperaturum in reuocatiõe debebat hoc intimare illi cõtra quẽ ꝯsuluit vt sibi caueret:alias non euadit irregularitatẽ.et similes.q.vide per

Inn.et

Inn.et maxime de tenente vrsum vel leonem ex quibus aliquis peremptus est si non tenebat ipsos ligatos[a] per gl.in l.ij.ff.si qua.pau.fe.dica.

☞ Homicidiū casuale non imputatur ei qui dat operaz rei licite nec fuit in aliqua culpa.

Equus alicuius vel aliud animal si preter voluntatem dñi aliqđ damnū fecerit non tenetur eius dñs ad aliquid.

Judex qui aliquem licet iuste ad mortem condēnauit non potest promoueri ad sacros ordines sine dispensatione.

Homicidiū casuale et sine culpa non facit quē irregularē.

Dilectus. ¶ † Homicidium casuale nō imputatur ei q dat operaz rei licite nec fuit in culpa. Cōmunis diuisio.secunda ibi:ideoqꝫ. ¶ Casus literalis. Quidam capellanus.A.noīe cū infirmitate corporis grauaref:vt comeden di appetitū excitaret equū quem nutriebat ascendit:qui cuz bene non pareret habenis:sed preter voluntatē sedentis ce pit saltibus lasciuire capellan⁹ vt eum refrenaret vim intulit freno ꝛ equū calcarib⁹ stimulauit:et freno fracto equus currebat festināter arbitrio proprio relictus:quedā mulier infantem portans veniens ex obliquo obuiauit:equ⁹ in eā ruens puerū interfecit procul abiecto sessore.Capellan⁹ ad dñm papā accedens eidem predicta exposuit.vnde mandat diocesa.epo quatenus si est ita ipsum non impediat:quominus suū officiū exequatur:cū ipse nec voluntate nec actu homicidiū ꝑpetrauit nec dabat operā illicite rei.Ber. ¶ Not. j.text.ꝙ cleric⁹ licite ascendit equū etiā pro salute corporali:vt hic patet in fine litere vbi dicit quod iste dedit operam rei licite.nā si fuisset in culpa ex tali cā equitādo casus inde sequens sibi fuisset imputatus. ¶ † Nota secūdo qđ actus cōtingens ex ferocitate equi preter voluntatē et culpā sessoris sessori nō imputatur quo ad irregularitatē.et idē puto ad.l.aquil.vel ad refectionem dāni:de quo tū dicendū vt in l.j.si quadru.pau.fe.dica.et in.l.aquilia.ff.ad legem aquil. ¶ † In glo.in ver.nec actu.pōdera bene glo.nam si esset vera haberef maxima limitatio ad multa iura:vt solus actus in homicidio cōmisso etiam preter culpā et voluntatē redderet quem inhabilem ad ordines suscipiendos:licet nō impediat iam promotum.Et forte glo.fuit mota imponēdo hanc specialitatem in pro mouēdo ex eo qđ dicim⁹ de iudice vt impediatur ad ordines si aliquē licet iuste fecit occidi vt.l.dist.c.j.Sed hec differentia inter promotum ꝛ promouendū non bene probatur iure vt dicit Joā.and.nec ob.dictum de iudice:qꝛ in eo fuit voluntas faciendi occidi.secus autē vbi interuenit solus actus sine voluntate et sine culpa. exemplū in incidente arborē ꝛ clamante vt qs sibi caueret. nā tūc si ex incisione arboris vel rami aliquis cōprimaf ille non efficif irregularis nec inhabilis ad ordines.ad hoc.l. dist.c.si duo.ꝛ.c.hi qui arborem.

☞ Presbyter parochialis si nō pōt esse sine scandalo in parochia sua:episcopus debet ipsum mutare ad aliā parochiam etiam inuitum.

Ex literis. Summa vt.s.ca.proxi.primo ponitur consultatio.secundo pape indagatio.secunda ibi:nos.tertia ibi:ad te. ponit decisio. ¶ Casus literalis.Quidam pꝛ̄byter dum vellet fenū de curru deponere perticam qua fenuz ligatur proiecit in terram et dum fenum in terraz proiecit: quendam puerum iuxta currum quidē inuenit semiuiuum qui modicum liuoris in fronte habebat et nihil aliud lesionis.dubitauit sacerdos an hoc esset sibi imputādū.et ideo accessit ad dominū papā cū literis episcopi sui.Papa q̄siuit ab eo vtrum circa currum solicite circūspexit antequā perticam proiiceret in terram an esset aliquis circa currum:qui respon.quod diligenter circunspexit sed neminem vidit.vñ papa ipsum remisit.mandans quatenus si est ita ipsum libere permittat officium exequi sacerdotis:nisi contra eum graue scandalum sit obortum vel tanta laboret infamia qđ inde debeat se purgare.Ber. ¶ No.j.presbyterum licite insistere circa curam rerum suarum seu operis ruralis.vñ casus vnde contingens non imputatur sibi tanquā insistēti rei licite.pro hoc.c.j.de cele.mis. ¶ No.ij.qđ vbi nō reperif accusator creditur petenti consilium circa circunstantias actus. ¶ In gloss.ij.ibi:reddit hominem irregularem.et sic videf gl.intelligere text.qđ vbi subesset scandalū puta quia puer interemptus erat de magno genere:et scandalum facerent parentes si celebraret.tunc propter scandalū debet iste cessare a diuinis.sec⁹ si subesset infamia tantū:qꝛ tunc sufficit ꝙ se purget.et videtur velle glo.sequēs in prin.sed in fi.videf ab hoc recedere cōcludens purgationē indicendā tam propter scādalum ꝙ propter infamiam.sed Hosti.tenet primū quia propter purgationem non cessat scandalū.lꝫ cesset infamia.Jo.an.dicit qđ si purgatio facit scandalū cessare ꝓcedit scđa opi.alias procedat prima.et bene loquitur.nam cessante scandalo debet iste posse administrare.sed imminēte scandalo debet resistere:qꝛ nihil agēdū est cū scandalo.de prescri.nihil. ¶ † Imo si sacerdos nō posset esse sine scādalo in parrochia sua debet eps eū ꝑmutare ad aliā ecclesiam etiā inuitum.de quo vide per Inn.in.c.veniens.de renun. et facit in.c.cū teneamur.alleg.in glo.j.ergo indicatur purgatio:ꝛ si ea prestita cessat scandalum bene quidē.alias seruabitur prima opi.

☞ Clamare nō tenetur ille qui proiicit aliquā rem in locum solitum per quem persone non solent transire.

Ex literis. Sūmaf ꝛ diuidif:vt.s.c.dilectus. ¶ Casus literalis.Quidam monachus dū deponeret de campanili campanam:quoddā lignum corruit:et quendā puerum occidit queritur quid iuris sit.Respon.papa si monachus rem necessariam ꝛ vtilē agebat et in loco per quē non crederet aliquez transire vel ibidem esse vel aliquem illuc de consuetudine venire quando lignum mouebat hꝰ poterit ad maiores ordines ꝑsertim in monasterio ꝓmoueri.Ber. ¶ No.j.ibi.necessariā rem agebat et vtilem.qđ ad hoc vt casus nō imputef oportet quod quis agat rem necessariā et vtilē.Sed certe quod text.dicit necessariam non puto ꝙ de necessitate requiraf.satis enim est qđ quis dat operā rei licite.vt.s.eo.dilectus.nam ibi non erat necessarium vt cleric⁹ ascenderet equum:sed causa vtilitatis fecit:ergo sufficit qđ quis promoueat causam vtilem. ¶ † Not.ij.qđ non tenef quis clamare qū proiicit aliquā rem ad locum solitū et per quem non consueuit quis transire:vt in.l.si putator.ff.ad.l. aquil.et.c.si duo.ꝛ.c.hi qui arborem.l.distin.

☞ Homicidium casuale non est punibile.

Equus alicuius si equitante dño furibundus aliqđ dānuz alicui intulerit etiā mortem dominus nō tenetur:quia psumitur ignorasse vitium equi.

Significasti. ¶ † Sūma vt.s.eo.dilect⁹. ¶ Casus literalis.Quidam clericus dum equitaret:equus tam se quā ipsum proiecit in aquā propter qđ cleric⁹ equū grauiter calceribus stimulauit.equus vero cum esset bucca durus preter voluntatē sessoris raptus est in cursum et quandam mulierē quā obuiā habuit interfecit.Clericus ad pa.accessit ꝛ ipse fecit ingri ab ipso clerico:vtrū equi vitium prius sciret et ille asseruit se ignorasse.mandat pa.epo suo quaten⁹ si est ita ad cautelam iniungat ei penitentiam competentē qua peracta non impediat ipsum quomin⁹ et in suscepto ordine ministret et ad maiores valeat ꝓmoueri.Ber. ¶ No.j.qđ homicidiū actu cōmissum preter volūtatem ꝛ culpā occidētis nō imputatur etiā quo ad susceptionē maiorū ordinū.ꝛ sic facit pro his que dixi in.c.dilect⁹.s. eo.vt etiam in promouendo non impediat sol⁹ actus sine volūtate et culpa. ¶ Not.ij.ibi:istud asserit se ignorasse:qđ nō imputaf equitanti si ignorat vitiuz equi.ꝛ procedit ꝑm Jo.and.tā in equo ꝓprio ꝙ in alieno.nam si erat proprius ex quo ignorauit vitiū excusandus est:si erat alien⁹ nō debebat illū ꝑsumere esse vitiosum:et hoc in dubio ꝓcedit quo ad irregularitatē contrahendam. ¶ Sed nunqd potest agi ad refectionem damni.dic vt in.l.j.ff.si qua.pa.fe.di.nam si equus motus fuit cōtra naturā aliorū equorū potest agi cōtra dñm equi ad dānū vel vt det equū vel vt reficiat damnū.de quo dicendū vt in preallег.l.j. ¶ In glo.in ver.si est ita in fi.No.gl.qꝛ ex quo cōstat aperte de casu sup circunstātijs[b] casus alia probatione deficiente statur iuramento ꝑpetrantis actum.Et inquantum glo.dicit de purgationibus addēdis Hosti.hic limitat quādo subesset infamia als soli iuramento staretur:quod no.

☞ Irregularitatem an et quo casu incurrat cleric⁹.q cum inciperet aliquam rixam:superuenerunt ei⁹ affines ꝛ interfecerunt vnum.

Irregularitatem an incurrat clericus si scit aliquem tractatum et non reuelat.

Petrus. Nō censef homicida is quo ꝓhibēte et eām nō dante a cōsanguineis homicidium cōmittitur.primo facti narratio.scđo ꝓuisio.secūda ibi:quocirca. ¶ Casus literalis.Petr⁹ diaconus ꝛ monachus sancti Joā.de puna olim dum in habitu seculari quoddaz beneficiū obtinebat in ecclesia de rigello:abbas illius ecclesie ipsum eodem bene

[a] ¶ Ligatos.adđ que sit pena corū qui ducūt animalia fera:si illa aliquē occidūt Lu.ro.fin.suis.f.xvij. Zacharias. ¶ Addđ ꝙ voluit allegare Lu.ro. singula.suo.dcclxiij.fo.xxv.ꝙ in cip.quero a te isti locatores.vbi ponit qua pena puniantur:non aūt ꝙ irregularitatē contrahant. ✠Sebasti. Sapia.

[b] ¶ Super circunstātijs.vide Jas. in.§.sed iste.circa glo.magnā.insti. de act.vbi est gl. similis huic.ꝙ in his que depēdēt ex aio nostro:statur iuramēto nostro:et ad ħ etiaz allegat hanc glo. Jas.in repe.l.ad monendi.charta xxx.col.ij.ff.de iureiur.qđ qualiter ꝓcedat declarat Are.i.c.ꝑsentiū. de testi.ꝛ Fel.hic et in.c.si diligēti. col.iij.s.đ ꝑscr.ꝛ Dec.i.c.pastoralis.col.iij.in pric. s.de excep.

ficio spoliauit.propter qd amici illi⁹ cōmoti nocte quadam in domo diaconi cōuenerūt ⁊ cena facta dicebāt ꝙ volebāt vindictā sumere de abbate:sed diacon⁹ illis expsse inhibuit ne abbatē occiderēt ⁊ aliqd facerēt vnde posset periculum sui ordinis incurrere:ipsi nihilominus irruerunt in eum et plagis impositis semiuiuo relicto abierūt q post aliquot dies expirauit.monach⁹ iste do.pa.rē p ordinē explicauit.vñ mādat pa.diaco.quaten⁹ si premissa vera sint pdict⁹ diaconus non soluz poterit in diaconatus officio ministrare sed etiā ad supiores ordines poterit promoueri:nisi aliud canonicū impediat.presertim si sup hoc nō fuerit infamatus:cū sibi obesse non debet qd cōtra prohibitionē ipsius expssam eo causam nō dante fuit a suis cōsanguineis attētatū.Ber. ¶ No.j.bonā cautelā cū clericus vehemēter suspicat ꝙ consanguinei ei⁹ facient homicidiū vel mutilationē:vt expresse phibeat cōsanguineis ne hanc rē illicitā attētent. ¶ No.ij. ꝙ homicidiū cōmissum per cōsanguineos fauore clerici nō imputat ipsi clerico ignorāti:secus si sciret et non ɔdiceret.

1 ¶ † Ultimo nota ibi:eo causaz vel occasionē nō dāte ꝙ homicidiū cōmissum per alios clericos ante cōsiliū vel fauorē imputat ipsi clerico.Et inducit ad.q.cleric⁹ fecit rixā ⁊ exercebat illicite cū alijs.ab amicis seu consanguineis superuenientibus fuit aliquis interfectus.nūquid cleric⁹ sit irregularis.cōcludūt doc.ꝙ sic.p hoc facit iste tex.nam iste nō excusat:qꝛ dedit cām vl occasionē.sec⁹ vr vbi cleric⁹ nō fuisset in culpa exercendo rixam:qꝛ tunc factū aliorū sibi nō est imputandū.ar.j.c.proxi.Itē hoc procedit vbi amici vel cōsanguinei illius clerici interfecissent inimicū illius clerici secus si superuenissent inimici illius cū quo clericus disceptabat: qꝛ tunc homicidiū per illos cōmissum non imputat clerico vt no.doc.j.c.proxi.Ratio diuersitatis est qꝛ prīo casu homicidiū cōmissum fuit intuitu clerici:sz scdo casu cōmissum fuit ppter inimicitiā que erat inter illos.et hoc no.qd factū amicorū sibi imputaret seu cōsanguineorū ad irregularitatē ⁊ ppter hoc caueat sibi cleric⁹ a rixa.In gl.in ver.prohibitionis.in fi.No.bene glo.⁊ pro ea facit ꝙ no.ij.q.iiij.auditum.š.de testi.in.c.cōstitutus.

2 ¶ † Sz circa hoc dubitat nūquid cleric⁹ sit in culpa non reuelādo tractatum ei de cuius preiudicio [a] agebat.Inn.refert opi.⁊ vr cōcludere qd si verisimiliter presumebat eos nō obtēperaturos sue phibitioni non tenetur ad reuelationē.arg.opti.hic vbi nihil dr de reuelatione tractatus sed tm̄ ponderat phibitio.sec⁹ si crederet oppositū.Alij dicūt ꝙ indistincte non tenet reuelare. satis em̄ est eū phibuisset,nā nō pōt sibi homicidiū imputari.nec quo ad volūtatē:nec quo ad factū.Jo.an.dicit posse distingui an dolose tacuerit an non:vt primo casu imputet sibi.scdo non.arg.in.c.quāto.de sent.excō.qd placet.Sed cōsilium est vt reuelet.nam ppter opi.de quibus.š.saltem in foro anime reputaretur culpabilis.

Sebasti. Sapia.
a ¶ Preiudicio. Uide que scribit Augu.arimi.in tracta.maleficiorum.Ang.areti.in verbo.che hai tradito la tua patria:vbi Angel.tradit de sacerdote qui audiuit in cōfessione ꝙ cōfitens nō poterat resistere tentationi quin occideret aliquez an teneatur reuelare.

Sebasti. Sapia.
b ¶ Maleficium. Cōtrarium tn̄ tz ang.in.l.quoniā multa.C.ad.l.iuliā de vi.Sed reprobat Ias.in.l.vt vim.co.vj.vsi.tertio limita.ff.de iusti.⁊ iure.

c ¶ Intellect⁹.ad de q̄ posui ī pe.ffor.in apost.ad Bart.in stampa de tortis ⁊ an testis deponens de peritia debeat ēē magister ī illa arte vide Are.cōsi.lxxxiiij.

1 ☞ Irregularis est ille qui vulnerauit aliquē:qui mortu⁹ est lz ignoretur an ex illo vulnere:vel habuit animum ipm occidendi.6.vel letaliter vulnerauit.8.idem si nō letaliter tamen propter illud vuln⁹ nō potuit fugere:ideo ab alijs occisus.10.11.

2 Clericus nō pōt alium interficere etiā pro saluandis rebus sacris sed aliter defendere potest etiam vulnerando.

3 Periti in aliqua arte an sint habēdi plures vel vn⁹ vt iudicent aliquid spectans ad artem ipsorum:et quid si non reperitur nisi vnus.

Testes deponētes de iudicio intellectus an debeāt iurare.

Snīa lata de cōsilio peritorum que transiuit in rem iudicatam:an reuocetur si apparent peritiores asserentes contrarium.

4 Peccatum vbi pōt esse ⁊ non esse si agitur ad penam imponendam debemus potius considerare nō esse:si vero ad penitentiam secus.

5 Defensio debet fieri cū moderamine inculpate tutele:⁊ qd est dictum cū moderamine inculpate tutele.

7 In foro anime creditur cōfitenti de omnibus que dicit.

9 Defensio rerū suarū vel persone an et qn̄ et qūo sit permissa tam clericis q̄ laicis.

12 Irregularitatem incurrit clericus vel alius:si clamauit cuz viderit furem:vnde vicini venerunt ⁊ furē occiderunt.

13 Homicide omnes censentur qūādo nō apparet ex quo vulnere ille mortuus fuerit.

1 **Significasti.** † Est multuz allegabile et ita cōiter solet summari.quo ad legem promotiōis vt qs cēseat irregularis habet is p homicida q vulnerauit:lz nō posset sciri an vuln⁹ fuerit letale ex quo vulneratus ab alijs obijt:sed ego summo aliter euacuando mentē toti⁹ litere.et sic.Irregularis censet qui aliū pcussit lz ab alijs fuerit extinctus.Idē si non apparet an letaliter esset percussus ab alijs obijt ⁊ nō apparet ex quo vulnere decesserit.Idē si percusserit nō letaliter si animū occidendi habuit:et ex aliorū vulneribus percussus expirauit.h.d.notabiliter.In prima ponitur cōsultatio.In scda rñsio distinguens ibi:nos.primum mēbrū psequit ibi ⁊ qdē.scdm ibi qd si ⁊c. ¶ Casus literalis.Quidā maleficus intrauit ecclesiam vt ornamenta altaris ⁊ libros ecclesiasticos ⁊ eucharistiā asportaret.Lau.psbyter eiusdē ecclie canonic⁹ regularis accepto ligone maleficū illū percussit:sz si ad mortē fuerit ictus hmōi penitus ignorauit:parochiani illi⁹ ecclesie videntes illū ornamēta ecclesie asportantem arreptis fustibus et gladijs interfecerunt eundē:presbyter iste de sua salute cogitans confessus est abbati suo pdicta.vñ abbas.d.pa.supplicauit vt cum eo misericorditer agere dignaretur.do.pa.in casu premisso dicit distinguendū vtrū constare posset qd prefatus sacerdos non inflixit mortalē percussionem de qua mortu⁹ fuisset si aliorū vulnera nō fuissent subsecuta:⁊ si ille pcussor non habuit volūtatē occidendi:nec studio ipsi⁹ consilio vel mādato processerunt alij cōtra illū.et si hoc ita est post penitentiā ad cautelam iniunctam in officio suo poterit ministrare religionis fauore.et sine scandalo sacerdotale officium potest exercere cū regularis existat cū de his sit ei credēdū q nō accusatur vel denuntiatur sed per seipsum consilium appetit salutare.Qd si discerni nō possit ex cuius ictu mortuus fuerit hoc dubio tāq̄ homicida debet haberi sacerdos quamuis homicida forte non sit a sacerdotali officio dz abstinere potius q̄ celebrare pro eo qd in abstinendo nullū periculū in celebrando timebatur.Si vero sacerdos pri⁹ percussus ab illo maleficio vt dicebatur cū legione ipsum pcussit in capite quāuis vim vi repellere licet:qꝛ tn̄ id debuit fieri cū moderamine inculpate tutele nō ad sumendam vindictam sed repellendam iniuriā:nō videt sacerdos ab homicidio excusari.tum ratione instrumēti quo ipse percussit qd non solet leuem plagā inferre cū graue sit.tū ratione partis in qua fuit iste pcussus in qua de modico ictu mortaliter quis solet ledi.Ber.

2 ¶ † Not.j.argu.opti.pro saluandis rebus maxime ecclesiasticis licitum esse etiam clerico defensionem capere ⁊ arma mouere:et percutere: non tn̄ ad occisionē.nā si ponderetur litera respectu solius percussionis nō letalis:nulla penitentia inducitur ppter hoc tantū qd no.pro quo optime facit.c.olim.j.de resti.spol.vbi etiā eps pro recuperāda possessione iniecit manus violētas in expulsores ecclesiasticos nec fuit notat⁹ ex occisione si modum nō excessit:vt ibi no. probat.hec faciunt ad intellectum quem dedi.š.c.suscepimus.vt nō ois defensio rerū sit prohibita clericis habes tn̄ ex illo text.et singulariter tene mēti ꝙ etiā maleficū [b] et latronē simul nō lz clerico occidere pro rebus ecclesiasticis saluādis et eucharistia ex cui⁹ deportatione verisimiliter timebatur scādalū. ¶ No.ij.ꝙ vbi insurgit dubiū probabile qd iure non pōt decidi:sed eget iudicio peritorū in illa arte dz iudex sumere peritos in illa arte et scdm illorū depositionez sententiare.⁊ no.qd debet assumere peritos in rei veritate.

3 † Item no.quod debet assumere plures vt patet ex dictiōe peritorū.ergo vni soli non est credendū.Circa hoc tn̄ cadūt multe opi.siue dubitatiōes que alibi decidunt.Quid si nō potest reperiri nisi vnus.Item nunqd isti habent iurare cū nō possunt deponere de sensu corporeo:sed de iudicio intellectus [c].Item quid si ad depositionē peritorū lata sit snīa et postq̄ transiuit in rem iudic.apparēt peritiores asserentes contrarium nunqd debet talis sentētia retractari.de qbus in.c.proposuisti.de prob.per Barto.in proe.ffor.⁊ in l.traditio.C.de pig.

4 ¶ † Itē no.ꝙ in dubio vbi non agitur ad penam imponendam:sed tātum vt quis cesset a diuinis debet quis iudicari irregularis.secus si ageretur ad penam imponendam:qꝛ tūc potius nō debet iudicari irregularis vt dixi.š.c.ad audientiam.⁊ pro vtroqz adduco istam literā nam hic dicitur quod ideo in dubio debet censeri irregularis qꝛ in cessatiōe nullum subest periculū:sed si ageret ad penam ibi subest periculum:quia innocens non debet puniri vt alius nocens relinquatur impunitus:vt no.dicit text.in l.absentē.ff.de pe.

5 ¶ † Itē no.qd defensio debet fieri cū moderamine inculpate tutele:et ad hoc quotidie alle.iste tex.⁊ iste sensus quod quis defendendo se,debet adhibere moderamē cuiusdā inculpate tutele vt illa defensio nō excedat fines mere defensiōis nec accedat ad vindictā:vñ no.gl.quā tene mēti dicit hic ꝙ seruatur moderamē cū istd dūtāxat fit quo omisso violētia repelli nō posset.Idē bar.i.l.j.C.vñ vi.

si ergo

si ergo potuit violētiā repellere cum minori vel leuiori percussione non adhibuit moderamē.⁊ sic est in culpa.⁊ hoc verum quando ex proposito excessit[a] modū:secꝯ si indeliberate et accensus furore iracūdie:nam de facili tunc quis decernere non potest verum a falso.xj.q.iij.ita tūc nō imputatur vt in pealle.c.olim.⁊ no.hic glo.¶ †In gl.j.in fi.Inn.clarius dicit qđ si habuit animum occidēdi ⁊ ꝓcessit ad actuz lꝫ non letaliter ꝑcusserit.sed ex aliorū percussionibus ꝑcussus interijt homicida est cēsendꝯ.Hosti.dicit hoc verum vt voluntas imputet̄ qñ potuit istū liberare nec liberauit.ista restrictio mihi non placet.nec videret̄ cōgruere lr̄e vbi non pōderat̄ an potuisset liberare vulneratū vel ne.⁊ verisimile est ꝙ nō potuisset ex quo parochiani fecerūt illū subitāneū insultum.Sed papa hic ponderat an habuit animū occidēdi.et ideo concluderē ꝙ si habuit animū occidēdi ⁊ vna cuz alijs percussit:lꝫ percussio sua non fuerit letalis:tñ irregularis est censendus:nā prestitit operam homicidio.⁊ pro hoc tex.apertus.xxiij.q.vlt.c.fin.⁊ adduco tex.in.c.sicut dignuz.§.vlt.s̄.eo.vbi clerici fuerunt depositi pro homicidio:qꝛ ꝑstiterūt opē dādo cōsiliū vel veniēdo cū armis[b].vnde plus dico ꝙ si bellum est iniustū ⁊ clericus adhibet presentiā suā auxiliando lꝫ nō interfecerit.ex quo tamē ab alijs cōsocijs homicidia ꝑpetrata sunt: ipse est irregularis.vt i.c.petitio j.e.⁊ facit.c.presentium ⁊.c.seq.j.de cle.percu.¶ †In gloss. in versi.credēdū.in fi.No.gl.iūcto tex.nam quotidie ad hoc allegat̄ ꝙ in foro anime de omnibus credit̄ confitenti.⁊ rō est:qꝛ ibi tantū tractat̄ de fauore vel preiudicio suo nō alterius:vnde mendaciuz sibi soli nociuū est ⁊ veritas sibi ꝓficua:vide tu bonā gl.in.c.si quis suadēte.de pe.in ver.ꝯmode:q̄ dicit vbi agitur de salute alterius credit̄ cōfitēti:quando hoc ꝯtingit in foro anime quo ad tollēdū istud vinculū publicū.⁊ solet allegari multū ista glo.sed certe iste tex.facit multū in ꝯ̄riū: qꝛ non agebat̄ precise in foro aīe:vt patet qꝛ noiatus est p̄sbyter et publicū est peccatū quasi de se factum erat publicum.vt patet in tex.Et ideo plꝯ hic colligitur qđ non solum vbi agitur precise in foro anime.sꝫ etiam vbi quasi in foro anime credendū est cōfitēti:⁊ dicitur quasi forus aīe:qñ non accusatur nec inquirit̄ nec denūtiat̄:sed spōte a superiore petijt consiliū salutare:nā cū nulla extrinseca ratione cogente hoc faciat.sed pro salute aīe sibi credēdum est:vt hic probat̄ no.fateor tñ ꝙ sua cōfessio nō habebit nocere accusatori vel superiori violenti inquirere:sꝫ tm̄ erit sibi nociuuz mandaciū vel proficua veritas:⁊ sic in aliorū preiudiciū pōt procedere illa gl.¶ †In gl.in ver.qđ si discerni.Hec gl.no.diuersitatē inter ius canonicū ⁊ ciuile: vt qñ potest apparere quia extingit ille solus teneat̄ de homicidio ⁊ primꝯ lꝫ letaliter ꝑcusserit tenet̄ tm̄ de vulnerato[c]: secus s̄m canones: vt hic.quia letaliter ꝑcutiēs tenetur de occiso sicut ⁊ alij qui postea occiderūt[d].Sꝫ potest esse diuersitatis ratio:qꝛ ius canonicum q̄ꝫtum ad irregularitatē cōtrahendam concernit animū ⁊ actum subsecutū.sꝫ ius ciuile ⁊ iura alle.hic in glo.loquūtur quādo agitur ad penā pecuniariam nā ille tenet̄ occidi.vnde posset dubitari quid si ageretur contra vulnerantē letaliter.l.cornel.de sica.scꝫ de pena legali letali vel pecuniaria nunqd omnes tenēatur de occiso:qꝛ tunc non agitur de emendatiōe dāni sicut qñ agitur.l.aqui.satis probabiliter posset dubitari.⁊ de hoc plene Bart.in.l.fi.ff.ad.l.corne.de sica.¶ † In glo.vlt.No.hanc gl.maxie in vl.di.⁊ quotidie solet alle.hoc.c.cū ista gl.⁊ qm̄ gloss.est aliquātulū intricata ⁊ male ordinata:pōt sic breuiter distingui.qꝛ aut violentia infertur persone aut rebꝯ.primo casu aut pōt euitarē sine occisiōe:puta fugiēdo ⁊ clericꝯ dꝫ potius fugere[e] q̄ꝫ occidere suum aggressorem.vt not.s̄.eo.suscepimus.⁊ in clemē.j.eo.tit.si vero est laicus multi distinguunt attēdentes qualitatē ꝑsonarū:vt si miles aggrediatur rusticū debet rusticus fugere si potest:quia nō est verecundia militem fugere rusticū.Alij vt Bar.vident̄ tenere ꝙ non teneat̄ fugere:quia semper fugienda est verecūdia:et pro verecundia seu iniuria euitāda licitū est resistere.vt no. in.l.j.C.vnde vi.⁊ forte ista pars est verior de rigore iuris: sed in foro aīe alia pars est tutior.arg.in.c. suscepimꝯ.s̄.e.si vero non pōt euitare iniuriā fugiendo vt qꝛ est ita astrictꝯ: seu ad angulū positꝯ vt sine percussiōe nō possit recedere.et tūc licite se defendit sed ꝙ defensio non dicat̄ in culpa multa sunt attendenda.primo tempus vt faciat incōtinēti ⁊ nō ex interuallo nisi timeret̄ scđa percussio:qꝛ tūc esset defensio secūde percussionis.Itē dꝫ facere ex causa defensionis ⁊ nō animo vlciscēdi vnde si potest impedire ictum alterꝯ ⁊ non impediuit:imo percussit letaliter tūc tenet̄ quia excessit mere defensionis fines.⁊ ad ꝯsiderādū aīm istius debēt attēdi circūstantie:vt qualitas armorū habitꝯ vtriusqꝫ:nā si vnus fortis aggredet̄ fortiorē cū pugno non debet fortior resistere cum gladio ex quo pōt sine eo repellere iniuriā.¶ Item si veniebat cū baculo ⁊ iste potens erat ad resistendū cū baculo non debebat capere ensem:bonus ergo iudex arbitrabitur:qꝛ nō pōt dari certa regula:vnde seruet̄ quod dixi.s̄. vt illa dicat̄ mera defensio qñ id fit sine quo non pōt repelli violentia nisi aggrediens occidatur impune pōt occidi etiā per ferrū.vt in cle.j.e.tit.Si añt modꝯ excedat̄ non ex ꝓposito:et tunc nō tenebit̄:⁊ iudex ex circūstantijs arbitrabitur an fecerit ex ꝓposito.vt hic in gl.⁊ bñ.¶ Scđo autē mēbro principali qñ vis infert̄ rebꝯ:et tūc aut querit̄ nūqd sit licitū occidere ꝓ eis saluādis in clerico:dicendū qđ nō:⁊ fortiꝯ ꝓ eis recuperandis:vt hic ⁊.s̄.e.suscepimus.in laico posset probabiliter dubitari:lꝫ Legiste teneāt posse occidere si res alias salue esse nō possunt[f].vt not.in.l.furē.ff.de sic.⁊.l.itaqꝫ ad legē aqui.sed dic vt dixi in.c.ij.s̄.e.Aut q̄rit̄ nunqd liceat aliter resistere preter occisionē vel mutilationē:⁊ pariter dico in clerico ⁊ in laico ꝙ sic siue pro eis saluādis siue ꝓ eis recuperandis incōtinenti:vt hic ⁊.c.olim.j.de resti.spol. ⁊ possunt recuperari ab inuasore incōtinenti:quācitiꝯ fieri pōt recollectis armis ⁊ amicis.Et dicit hic Hostiē.qđ fieri dr̄ incōtinēti[g] añq̄ꝫ ad alia negotia deueniat̄:al's eēt guerra q̄ inferri non lꝫ:ideo tūc dꝫ ad iudicē recurri.in.l.j.C.vñ vi.Bar.vr̄ sentire de triduo vt vcꝫ intra triduuz debeat res recuperari.sed idē Bart.not.alibi vcꝫ in.l.iij.§.cū igit̄.ff.de vi ⁊ vi arma.tenet attēdendas circūstātias ⁊ qualitates ꝑsonarū ⁊ rei vnde facta est deiecto.nā si nobilis expelleretur de castro daretur maius tp̄s q̄ꝫ si rusticus vnus de parua re vnde possit differri etiā quo ad sex mēses.Cōclude ergo qđ circa hoc certa regula dari nō pōt.et cōiuge has opi.simul dicendo qđ dꝫ hoc fieri q̄ꝫcitius pōt dūmodo non diuertat̄ ad alia negotia:qꝛ tūc nō esset fieri q̄ꝫcitius posset.nō tamē intelligit̄ qđ dicat̄ diuerti ad alia negotia qñ comedit vel bibit vel dormit.sed qñ relicto primo tendit ad alia.Et rō diuersitatis inter propulsandā iniuriā illatā persone ⁊ illataz rebus est:qꝛ qñ infert̄ iniuria rebus perditur naturalis possessio nō ciuilis.hoc si habeat aīm continuandi possessionē suam ⁊ restituendi.l.qui possessionē.ff.de vi ⁊ vi arma.et.l. clā possidere.§.qui ad nūdinas.ff.de acqui.pos.vñ redeūdo incontinenti dicitur potius suā possessionē defendere:scꝫ ciuilē:qꝛ nō pōt liberaliter vti nisi deijciat̄ detinēs:vnde potius dr̄ defendere q̄ꝫ vim inferre circa naturalē possessionez occupatā ꝑ aliū.sed qñ iniuria infert̄ persone cessat ista rō: nā seipsum nō possidet nec dicit̄ spoliatus nec se defendi cū amplꝯ prosequatur:et ideo nō dicit ex internallo repercutere.¶ †Extra glo.pro declaratione litere quero quid si iste percusserit non letaliter:⁊ apparet tñ ex percussione sua nō potuit iste fugere vñ fuit iste occisus a ꝑochianis:nunquid iste teneatur.Host.ꝙ sic:quia prestitit causaz homicidio.ad hoc.c.decetero.s̄.eo.⁊ ita cōiter transeunt doc.¶ †Sed circa hoc posset dubitari:nā si tenemꝯ quod.s̄.dixi qđ liceat clerico pro defensione rerū percutere:licet non letaliter.tūc cū iste insisteret rei licite non debet euentus mortalitatis sibi imputari cum ipse in homicidio nō reperiatur culpabilis. ad hoc.c.ex literis.s̄.eo.cū si.vñ posset dici quod quo ad penam non debeat iste teneri:sed quo ad cessationem a diuinis pōt seruari opi.Hosti.tanq̄ꝫ tutior.¶ †Et sic posset dubitari de alia.q.quā ponit hic Inno.⁊ Hosti.videlicet viso latrone iste clamauit vt caperetur:vel simpliciter clamauit qđ ibi erat latro:vnde venerūt alij ⁊ illū occiderūt:dubitat̄ nunquid ille clamans sit irregularis:videtur qđ sic etiaz si nō habuit animū ad mortē:qꝛ lex promotionis ꝯsiderat factū non voluntatē.xv.q.j.c.fi.sed sibi ex eo maxime est imputandum quia verisimiliter cogitare potuit qđ hoc sequeret̄ homicidiū.sed vt dixi non est sine dubio vbi auidus nō fuerit ad mortem.¶ †Ultimo quero quid si ꝑcussio vniuscuiusqꝫ per se cōsiderata nō sufficiebat ad mortem:sed omnes simul iuncte mortem inflixerunt:tenet hic Innoc.ꝙ qlibet tenetur de occisione.xxij.q.vlt.c.fi.⁊ idē sequit̄ Bart.in preallega.l.fi.ff.de sicarijs.quod not.vide tamen glos.in preal.l. item mela.§.si plures.

1 ☞ Religiosus chirurgicus si pietatis causa chirurgiam exercuerit ex qua mors secuta est irregularitatē non euadit.
2 Officiū chirurgie est interdictū omnibus clericis:et peccāt exercendo etiam intuitu pietatis.et nu.5.
3 Doctor si dederit consiliū ꝑ imperitiā ex quo secuta est sn̄ia tenetur parti contra quam lata est sententia adinteresse.
4 Homicidiū licet non processerit ex culpa:tamen quia ille q fuit causa dabat operam rei illicite non excusatur.

a ¶ Excessit.Addē videndū Are.cōsi.lxxx.Alex.cōsi. lxxvi.⁊.lxxxij.li.j.
b ¶ Cum armis. Adde quādo ex homicidio secuto qs sit irregularis Fed.ꝯsil.clxviij.Cepo.ꝯñ.ix.
Zacharias.
c ¶ De vulnerato.Adde Frā.de cre.sin.suo.lv.incip.qdā malꝯ aduocatꝯ.ꝓ quo alle.tex.no.in.l.itē mela.§.celsus.ff. ad le.aquil.⁊ i.l. huic scripture.§. si seruus eo.tit.
d ¶ Occiderunt. adde Pet.đ anc. cōsil.ccxvij.Alex. consi.cxv.ij.lib.et cōsi.xiij.iij.libr.et cōsi.xlvij.iij.lib. Cep.consi.lxij.
e ¶ Fugere.Addē vidēdū Alex.consi.s̄.alle.lxxvij.et cxix.j.lib.
f ¶ Non possunt Adde Cep.cōsil. xl.et consi.lxvj.
g ¶ Incōtinenti. Adde Alex.cōsi. s̄.alleg.cix.Cep. consi.xxix.
Zacarhias.
¶ Adde Hemi. in.c.cordi.§.his quoqꝫ.nu.1.⁊ ibi in apost.Cel.in versi.intelligi ilico.de ap.lib.vj.⁊ Alex.consi.xxxij. vol.iiij.
Sebasti.Sapia.
g ¶ Incontinēti. Quomodo intelligat̄ verbū incōtinēti.viđ Imo. in.l.j.§.j.ff.de v. obli.Ange.in disputa.ici.renouata guerra.in.j.dubio.Bald.in.l.ij. col.xviij.C.de serui.⁊ Fel.in.c.preterea.col.pe.vsi. in gl.fi.s̄.de testi.

Tua nos. †Religiosus chirurgiã exercẽs si ex ea mors sequit̃ irregularis est:[a] etiam si sit peritus et diligens et hoc fecerint causa pietatis:sed cũ eo post satisfactionem misericorditer dispensari põt.h.d.vsq₃ ad.§.vltimum. et ille.§.vsq₃ ad fi.hoc intẽdit.Qui iudici seculari dedit īter signia furis a quo fuit vulneratus irregularis nõ est:l₃ ille postmodum occidatur.Et due sunt partes:vt p.§.patet:et quelibet pars diuiditur in consultationem ⁊ responsionẽ. ¶Casus literalis.Quidam monachus credens se quandã mulierem a gutturis tumore liberare.vt chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit.et cum tumor aliquantulum recessisset p̃cepit illi mulieri ne vẽto se exponeret vllo modo ne forte si vẽtus subintraret causam mortis inferret:s₃ mulier contempto ei⁹ mandato dum messes colligeret vento exposuit se incaute:et sic per apertionem gutturis sanguis multus effluxit:⁊ mulier diem clausit extremũ.quesitũ fuit quid de illo monacho sit agendũ:rñdit papa qd̃ l₃ ille monachus multũ deliquerit alienum officium vsurpando qd̃ sibi nõ conueniebat:si tamẽ causa pietatis hoc fecit et peritus erat in exercitio chirurgie et adhibuit diligentiã quam debuit ex eo qd̃ per culpam mulieris contra illius mãdatũ hoc ei contigit nõ est adeo reprobandus quin post satisfactionem condignam cu₃ eo misericorditer agi possit vt valeat celebrare diuina.Alioquin interdicẽda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.B. ¶†No.j.quod multa debẽt cõcurrere vt mors infirmi nõ imputetur medico.Prio ꝙ istd̃ officiũ sibi cõueniat vt qd̃ sit laic⁹ nõ autẽ clericus:q₂ clerico interdictum est istud officium chirurgie.vt in.c.sententiam.et.c.non magno.ne cle.vel mona.et in.c.fi.eo.titu. vnde hec litera licet loquatur in monacho:quia fuit in facto tamẽ intelligitur in quolibet clerico seculari eadẽ rõne. Secũdo requiritur† qd̃ sit peritus[b] vnde nõ sufficit qd̃ appellet se peritũ:sed d₃ esse peritus re ipsa:vnde si doctor dedit consiliũ per errorẽ et per imperitiã suam et secuta sit sententia:per illud consiliũ tenetur ad satisfactionem illi⁹ cõtra quem est lata sententia:vt hic ⁊ in.l.illicitas.§.sicuti.ff. de offi.presi.⁊ in.l.idem iuris.§.j.ad leg.aquil.⁊ in reg.non est sine culpa.li.vj.facit qd̃ no.gl.in.c.j.de cõfes.lib.vj.de aduocato qui docet clientulũ mentiri.Tertio requirit̃ ꝙ adhibeat omnẽ diligentiam ẜm artem sua₃.Quarto qd̃ informet egrũ de his que sunt ꝯtraria egritudini.his ergo seruatis euentus mortis nõ imputat̃ medico:al's sec⁹.ad ide₃ de eta.⁊ quali.ad aures. ¶†Itẽ no.ꝙ danti operã officio vel rei illicite imputatur euentus mortis q̃tuncunq₃ processit sine culpa. ¶†No.ꝙ cleric⁹ quãtũcũq₃ perit⁹ ĩ arte chirurgie peccat exercẽdo illam artem etiam intuitu pietatis.Ex hoc infertur qd̃ propter pietatẽ non est impietas exercẽda: nec licet alicui officiũ alteri⁹ exercere.facit.j.q.j.non est putanda. ¶Ulti.no.ꝙ cũ homicida casuali qui nõ fuit in culpa de facili dispensatur post satisfactionem tene menti.

☞Irregularis non est ille qui ad nutũ p̃tãti dedit signa alicuius latronis qui ab ip̃o p̃tãte ⁊ eius curia mortu⁹ est.

Uulnerare ⁊ ꝓstrare sunt diuersa ⁊ statutũ loquens in vno non verificatur in alio.

Chirurgico nõ imputatur mors:si obseruauerit oĩa de q̃bus.s̃.in prin.nu.2.

Clericus medicus si intuitu pietatis exercuerit artẽ suam: ex qua secuta est mors:non imputatur ei quo ad peccatum ⁊ dispensationem:sed quo ad irregularitatem sic:quia non erat exercitium suum.

Medicus quãdo est peritus ⁊ in nulla culpa reperitur nõ imputatur ei mors infirmi:secus si nõ est peritus vel dedit medicinas malas.

Infirmi non obedientes medicis non incurrunt crimẽ inobedientie.

Infirmitas que prouenit ex defectu infirmi causat peccatũ.

Seruientes infirmis nõ debẽt eis exhibere aliquid nociuũ nec obedire appetitui corrupto ipsius infirmi vel extra preceptum medicorum aliquid facere.alias peccant.

Irregularitatem quis incurrit ex sola membri debilitatiõe vel abcissione.

Furtum ascendens summam quinq₃ solidorũ punitur furca:intellige qñ etiam ex tali furto rumpitur pax:alis secus.

1 ☞ Usurarij manifesti a quibus repetuntur vsure non possunt appellare quando appellatio est friuola vel contra ius.2.

2 Appellare non possunt manifesti criminosi:quando scilicet appellatio est friuola.

1 Quam perniciosum. ¶ † Manifest⁹ vsurarius appellans ad subterfugiendum restitutionẽ audiẽdus nõ est.h.d.Cõmunis diuisio.scdo ibi:mãdam⁹.¶ Casus literalis. Aliqui sunt manifesti vsurarij quorum qdam publice renuntiauerũt vsuris cum isti vsurarij manifesti cõueniebantur super vsuris appellabant:queritur an appellationibus ipsorum sit deferẽdum.Mandat papa prelatis quatenus manifestos vsurarios ⁊ precipue illos quos constiterit publice renũtiasse vsuris:cum quis eos conuenerit non per2 mittant appellationis beneficio se tueri.Ber.¶ †No.j.ex text.casum quo denegatur appellatio.⁊ dicunt quidã hoc esse speciale in odiũ vsure,nam ⁊ raptori non est interdicenduꝫ appellationis remediũ.argu. in.c.in literis.

a ¶ Fauore aĩe.intelligo istud dictũ qñ vsurarius mãdauit vsuras restitui ĩ morte q̃ casu heres nõ satisfaciendo facit preiudiciũ defuncto qui ĩ vna fuit negligens in restituẽdo:vt.§.de rapto.in.c.literis.ꝑ abb.in.nu.2.⁊ in nu.4.si vero non mãdauit restitui tũc cũ decesserit ĩ pctõ mortali:nõ est ampli⁹ sperandũ de salute sua:vt.§.eo.c.qꝛ ex oĩbus ꝑ abb.ibi in vers.ex ꝑdictis.et eo casu quo tenet heres:licet defunctus nõ mãdauerit non est vt exoneret cõscientiã defuncti:sꝫ qꝛ cẽset obligatus ex contractu vt.§.nu.1.no.q̃ casu non tenetur nisi ꝓ rata sua vt.l.j.⁊.ij.C.de here.act.⁊ ista distinctio est vera sicut deus est in celis.tene mẽti. Aeneas de falco.
Sebasti. Sapia.

b ¶ De suo.de isto articulo vide latissime ꝑ Areti.⁊ moder.in rub.ff.de acqui.hered.

c ¶ Nõ tenet adde anch.ꝯsil.ccccxx.
Sebasti. Sapia.

d ¶ In foro aĩe.vide Fel.in.c.canonum statuta.col.xij.ver.tertius casus.§.de cõstitu.

e ¶ No.vnum effectũ obligationis antidoralis:quia si antidora deducãtur in pactũ nõ cõmittit vsura,de cui⁹ veritate vid latè hic ꝑ do.Lau.de rodulp.de flo.in sua.no.repe.in j.col.⁊ ad hoc vid ꝙ no.gl.in v.onera.de vsur.qd est no.ad materiã.l.ex hoc iure.ff.de iusti.⁊ iur.

in.c.in literis.de restitu.spol.sed communiter tenetur vt in hoc nulla sit differentia nā text.non posuit aliquam specialitatem in vsurario:loquitur enī in manifesto:sed quilibet criminosus manifestus non auditur appellans: vt in.c.cū sit romana.de app.ꝛ idē in raptore manifesto vt ibi:ꝛ intellige tex.qñ appellatio est manifeste friuola vt qz dicit se nō vsurariū vbi manifeste constat de contrario vel appellat ne cogatur ad restitutionē qđ est cōtra iuris pceptū: secus qñ appellatio possit esse iusta vt quia conuenitur sub vno ꝛ cōdemnatur ab alio.nam hoc casu nō sequitur erat vsurarius manifestus:ergo extorsit vsuras ab isto.Item vbi voluit reprobare testes ꝛ non fuit ad missus.ꝛ idem est vbicūqz grauetur.nam grauato quātumcunqz criminoso nō denegat appellatio.sicut nec alia defensio vt in.c.inter.de exces.prela ꝛ in.c.vt debitus.de appel.quod etiam sensit glo.hic.

☞ Judei cogunt restituere vsuras coactione causatiua: vcꝫ quia priuantur mercimonijs ꝛ communione fidelium.
Vsure possunt repeti coram iudice seculari vel ecclesiastico ad libitum.
Vsura tunc cognoscitur in foro ecclesiastico:quādo dubitatur an sit vsura vel non.
Judei ꝛ christiani an licite conuersantur in mercimonijs dummodo non sit nimia familiaritas inter eos.
Judei excommunicantur indirecte inquantum priuantur communione christianorum.
Vsuram exercere cum hostibus est prohibitum.
Judei possunt compelli in vtroqz foro restituere vsuras.
Judei commitentes contra eorum legeꝫ in moralibus subiacent iudici ecclesiastico.

Post miserabilē. ¶ Per subtractionem cōmunionis christianorū per principes seculares cogendi sunt iudei ad vsuras restituendas .h.d. ponit duplicē prouisionē contra iudeos vsurarios. secunda ibi:donec. ¶ Casus literaris. Querebat qualiter iudei compellēdi sint ad vsuras restituendas vel remittēdas.precipit papa iudeos cōpelli ad remittēdas vsuras christianis per principes ꝛ potestates seculares.ꝛ donec eis remiserint vel restituerint ab vniuersis fidelibus ꝛ mercimonijs ꝛ alijs iubet papa per excōicationē omnem cōmunionem eis denegari.Bern. ¶ Nota primo.text.sing.ꝛ apertum in arg. ꝙ corā iudice seculari possunt repeti vsure[a] seu agi ad remissionem vsurarum promissarū.nam sicut iudei possunt cōpelli per potestatē seu principē secularē ita ꝛ christiani.Est ergo istud crimen mixtū seu mixti fori vt possit fieri restitutio seu appetitio tam in foro seculari quā ecclesiastico.ꝛ hoc vbi nō dubitat cōtractū vsurariū esse.si aūt dubitaret cognitioneꝫ ptinere ad forū ecclesiasticū vt plene no.in.c.cū sit generale. de fo.cōpe.ꝛ.c.si iudex laicus.de sen.excō.lib.vj.ꝛ in.l.titia. ff.sol.mat.ꝛ tene menti in hoc istū tex.qz multi tenuerūt qđ iudex secularis nullo modo potest[b] se intromittere de vsuris vt plene dixi in.d.c.cum sit generale.ꝛ vide glo.in cle.dispēdiosam.de iudi. ¶ Secūdo not.ar.a cōtrario qđ christiani non peccant cōicantes iudeis in mercimonijs[c].nā in penaꝫ interdicitur eis cōmunio vt hic.ergo regulariter nō est interdicta:sed nimia familiaritas ꝛ cōuersatio bene interdicitur xxviij.qō.j.c.sepe.ꝛ.c.nullus.ꝛ.§.de iude.in ca.ad hoc cuꝫ si. ¶ Item not.ꝙ in crimine vsurarū ecclesia pōt indirecte excōicare iudeos interdicēdo eis cōmunionē christianorū. ¶ Ultimo potest intelligi qđ iudei peccāt exercendo vsuras etiā contra christianos.ipsi tñ putāt oppositū per id ꝙ habetur deutero.xxiij.c.fratri tuo non feneraberis ꝛc.qz dicunt ꝙ contra gentes alterius fidei liceat eis fenerari.Ad idē tex.opti.i.c.ab illo.xiij.q.iiij.vbi dicit ꝙ cōtra hostē possumus licite exercere vsurā:cum licite possumus aduersus eos gladio militare ꝛ bona eorū occupare.fortius lꝫ exercere vsurā cōtra eos:ꝛ est casus inquo vsura nō est peccatū:ꝛ est addēdus iste casus ad alios quos dixi.c.cōquestus.§.e. sꝫ certe iudei ex hoc nō excusant a peccato exercēdo vsuras cōtra christianos.primo p id qđ habet deutero.xxviij.c.alienigena fenerabitur tibi:tu autē nulli. Itē i psal.gñaliter dicitur ꝙ ille habitabit in regno dei[d] q pecuniā suā nō dederit ad vsuram:ꝛ sic lex antiqua indistincte prohibet vsurā. Nō obstat prima autoritas qz illa nō facit nisi p contrariū sensum ꝛ arg.a cōtrario nō vꝫ:vbi cōtrariū est alibi exp̄ssuꝫ vt in.c.a nobis.ij.de sen.excō.Nec ob.ſm ꝙ dicitur de hoste quia christiani non sunt hostes iudeis:imo eos tolerant ex humanitate vt in.c.ꝛ si iudeos.de iude.Itē iudei potestatē indicendi bellū nō habent.ergo concluditur iudeos peccare exercēdo vsuras cōtra christianos[e] ꝛ qđ possunt ab hoc crimine cōpesci. ¶ In glo.j.in fi.ꝛ licet iudei in temporalibus subsint principi seculari non tamen intelligas quod ecclesia non possit eos compellere ad vsuras restituendas.nā cum hoc crimē sit ecclesiasticū ꝛ vt iudei peccant cōtra legeꝫ eorum ꝛ cōtra naturā exercēdo vsuras licite possunt cōpelli per iudicem ecclesiasticū.vt no.Inn.in.c.quod super his de voto.pro hoc facit iste tex.in fin.vbi ecclesia interdicit eis cōmunionē christianorū.Nec ob.si dicatur quare papa mādat eos cōpelli per iudicem secularem si ipse potest.Respōdeo quod facilius possunt compelli per secularem habēteꝫ homines armatos:nam ecclesia nō habet arma.ꝛ de iurisditione spirituali parum curant iudei ideo vt facilius cogant habetur recursus ad principem secularē.simile in.c.postulasti.ꝛ quod ibi dixi.§.de iudeis ꝛ quod dicam in fine. ¶ In glo.fina.ibi.pena corporali puniātur.sed hoc facit cōtra id quod dixi in prece.gl.nam si possunt corporaliter puniri p ecclesiam.quare papa mandat eos compelli per secularem ptātē.sꝫ pōt rñderi qđ ecclesia hoc facit vbi habet iurisditionē temporalē licet vbi habet spiritualem possit idem facere in spectantibus ad forū suū inuocato auxilio brachij secularis.Itē hic negat quin ecclesiasticus possit.nam hoc crimē est mixti fori:vt.§.dixi. ¶ Et in fi.glo.not.bene glo.quod iudeus ratione delicti sortitur forū ecclesiasticuꝫ ꝛ intellige de delictis cōtra legem eorū in moralibus:vt sicut christiani sortiuntur forū ecclesiasticū si delinquunt contra legē diuinam vt contra iuramentū vel quid simile.ita iudei.nā nō debent ipsi gaudere maiori prerogatiua.nā vt dicit in euangelio vnū debet esse ouile ꝛ vnus pastor.Itē qñ iudei ꝛ alij infideles peccāt cōtra naturam.nā sicut deus tales puniuit Sodo.vij.ita ꝛ eius vicarius potest eos punire[f].vt no.Inn. in.c.super his.de voto.inquātum gl.dicit quod ratione delicti sortiuntur forum:idem dic ſm Host. ratione rei vel cōtractus vel domicilij cū ista equiparentur vt.§.de foro cōpeten.c.si.quod tene menti.

☞ Juramentum de non repetendis vsuris nō efficit quin vsurarius possit compelli ipsas restituere.
Juramentum de nō repetendis vsuris nō inducit liberam remissionem vsurarum.
Vsurarius potest compelli non soluꝫ vsuras exactas restituere:sed exigendas compelli exigere.
Judex potest suū officiū nobile impartiri ad vtilitatem priuatam vbi vertitur periculum animarum.
Jurans non repetere vsuras potest absolui a iuramento ꝛ ipsas postea repetere.
Denuntiatio euāgelica non potest per iuramentū remitti.

Tuas. ¶ Usurarius qui fecit debitorem iurare de soluendis vel de nō repetēdis vsuris ecclesiastica censura compellitur ab exactione desistere ꝛ exactas restituere.h.d. vel aliter ꝛ sic.Non obstante iuramento de non repetendis vsuris per debitorē prestito:potest iudex ex officio suo vsurariū ad restituēdas vsuras compellere.hoc dicit.Cōmunis diuisio secūda ibi:nos. ¶ Casus literalis.Quidam vsurarij faciūt iurare illos quibus mutuant pecuniā qđ vsuras nō repetēt ab eis ꝛ super solutis nullā moueāt questionē.Quesitū fuit a papa quid super hoc sit agendum.Respōdet papa episcopo diocesano vt vsurarios ipsos monitione premissa p censur. ec.app.re.cōpellat ante solutionem vsurarū desistere ab earuꝫ exactione vel restituere ipsas postqꝫ fuerint psolute: ne de dolo suo ꝛ fraude videantur cōmodum reportare .Ber. ¶ Nota primo ex tex.qđ iuramentum prestituꝫ de vsuris nō repetēdis nō inducit liberā remissionē vsurarū imo vsure vidētur magis extorte.cum iuramentū non presumat interuenire ex libero consensu iurantis vt in.c.super hoc.de renuntia. ¶ Nota scđo.iudiceꝫ posse ex suo officio supplere nedum post vsuras solutas vt earum fiat restitutio:sed etiā ante solutionem[g] vt earum nulla fiat exactio.potest enī iudex preuenire ante cōsummationē peccati cū iudex videt aliquem in precipitio peccandi.de quo vide bo.glo.in.c.ex literis.§.de spon. ¶ Itē nota casum in quo iudex supplet ad cōmodum priuatarum personarū cū mandat vsuras restitui:sed hoc fecit potius propter vtilitatē publicaꝫ ꝛ animarum vt obuiet periculis ꝛ peccatis a̅ls non faceret vt no. in c.ad nostram.§.de iureiur.ꝛ in.l.j.§.hoc auteꝫ iudiciū.ff.de dam.infec. ¶ In gl.j.ibi relato prius iuramēto.ista supletio ad literam est potius quedā extortio.naꝫ si hoc esset necessariū papa dixisset in tex.arg.c.ad audientiam.de deci. ꝛ ideo dic melius quod aut iudex procedit ex officio nō implorato per istum iurantē:ꝛ tunc non est opus hanc absolutioneꝫ facere quia in nullo venit iste cōtra iuramentū quia

a ¶ Repeti vsure. vide Cardi.flo.in cle.j.q.xviij.d vsuris.Pau.de ca.ꝛ Alex.l.si nō sortē in prin.ff.de ꝯdi. inde. ꝛ Alex. remissiue in consil. ix.in.iiij.vol.ꝛ in ꝯsi.xci.col.ij.in.ij. vo.ꝛ Jas.l.l.quoties.co.ij. C.de iudi.Lāfrā.de oria in cle.dispendiosam.col.v.in vers. punctus questionis.de iudi. —Sebasti. Sapia.

b ¶ Modo potest adde qđ cū vsura petit tanqꝫ interesse qđ illa pōt peti corā iudice seculari vt voluit Lapus alleg.lv.

c ¶ In mercimonijs.Sed vtrū iudei possint exercere vsuras ꝛ facere societatem inter se de faciēdis vsuris. vide Joā. de imo. in .vj .consi. ꝛ vtrū si accidat casus aduersus excuset socius. vide ibi. And. bar. —Sebasti. Sapia.

d ¶ In regno dei. De istis vide late etiam copiose p Jo.bapti.de sctō Seuerino i repe. l.cunctos pplos. C.de sum.trini.ꝛ fide catho .ꝛ ibi nūquid liceat retinere iudeos mutuantes sub vsuris.de quo etiam per Jas.ibi.

e ¶ Christianos. Adde quod ideꝫ tenet Jo.de imo. consi.vj. Alexan. consi.lxxx.iij.lib.

f ¶ Punire.adde Pe de anch.ꝯsi. xiij.Oldr.consil. vltimo.

g ¶ Ante solutioneꝫ adde qđ ante receptionē vsurarū nō potest dici vsurari⁹. vt dicit Ludo.Ro.cōsil. cccxxviij.

☙Sebasti. Sapia.
a ¶ Dignus auxilio.vide qḋ p istā regulā dicit Fed. de senis in consi. lxxxix. refert do. Abb.in.c.j.ē.de iureiur. vbi multum extollit
b ¶ Restituat.ad de vidēdum lap. alle.xciij.ro.cōsi.
☙Sebasti. Sapia.
c ¶ Per exceptionem.de hoc late videas per Feli. in.c.rodulphus. col.xx.ver.frustra aliquid fieri.ē.de rescrip.
d ¶ Quid dicatur vsurari⁹ manifestus ꝛ qn̄o cōuincaẗ.vide ange.de are.in.§.ex maleficijs.in.ij.col.inst. de actio.ꝛ bal.in l.j.C.de fal.causa adie.le.ꝛ in.l.j.in viij.q.ij.de testa. vbi ingt ꝙ ad ꝓbādum in specie illum contractuz esse vsurarium testes singlares nō admittuntur:sed ad probādū quē esse vsurarium testes de vnoquoqꝫ actu singlr depo nentes iūgenẗ vt faciāt plenā ꝓbationē qꝛ videm⁹ ꝙ ī ꝓbatiōe alteri⁹ facti habētis tractum successiuū non momētaneuz testes singulares de vnoquoqꝫ actu de per se deponētes faciūt plenaz probationē Inno.c.qualr ꝛ qn̄.de accu.Jo. an.in.C.de.arb. in.vj.Bal.in.l.de gb⁹ ꝑpe.fi.ff.ḋ le. Inno.ī.l.j.§.si stipuler.ff.de verb. obli.ꝛ an lcā vsurarū existēte solū fama sit deferendum iusiurandū in supplemētū ꝓbationis viḋ tex. reputatū sing.ꝭꝫ vnā lec.in.c.ex literis.ē.de iureiurā.ꝛ ibi per doct.
¶ Adde quis dicaẗ manifest⁹ vsurarius q̄ posui.ē. in.c.qꝛ in oībus. quo vero ad dicta hui⁹ addētis vide Alexan.ↄsi. lxxij.j.li.

iurauit non repetere.non autem iurauit vsuras nō recipere si redderenẗ:ꝛ in hoc casu ꝓprie loquiẗ iste tex.Aut istemet qui iurauit intendit repetere.ꝛ tunc procedit qḋ dicit gl.vt prius petatur relaxatio iuramenti:vt in.c.j.de iureiur.ꝛ no. glos.qḋ iurās nō repetere potest petere absolutionē licet absolutio ordinetur ad finem repetendi:ꝛ hoc ideo qꝛ primuz factum est damnatū ꝛ ideo restringendū ad terminos tātū.
6 ¶ †Et in fi.glo.sed quero quid si iurauit nō denūtiare. dic ꝙ nō valet iuramentū quia nō potuit se obligare cōtra bonum charitatis ꝛ dispositionē euāgelicam si peccauerit ꝛc. fundat enim se denūtians super peccato creditoris ꝛ salute anime illius ꝛ non super proprio cōmodo.de quo vide qḋ no.in.c.ad nostram.ij.ꝛ.c.quemadmodū.de iureiu. teneas bene menti.ꝛ de materia petendi hanc solutionem dixi ple. in.c.j.ꝛ.c.debitores.de iureiur.

1 ☞ Vsurarius non potest repetere vsuras quas alius sibi extorsit nisi ipse restituat quas alij extorsit.
2 Auxilium legis non debet quis inuocare si in legem committit.vide plene.j.nu.5.
3 Vsurarius non repellitur a limine iudicij exercēdo actiones que sibi competunt.
6 Frustra:ista dictio quid importet.
7 Exceptio criminis an habeat obstare prosequenti ius proprium.
8 Contra vsurarium non possunt excipere cōuēti ab eo quod nō restituerit vsuras.
9 Exceptio quam vnus vsurarius opponit contra aliū est dilatoria ꝛ ante litem contestatam opponēda:ꝛ intra octo dies probanda.

1 **Quia frustra.** ¶ †Non audiẗ vsurarius repetens vsuras nisi prius restituat extortas per se.h.d.ponit statutum cuius causam p̄mittit ibi:statuimus. ¶ Casus literalis. Quia frustra legis auxilium implorat qui cōmittit in legē.statuit papa vt si aliquis vsurarius literas impetrauerit super restituendis sibi vsuris vel fructibus cōputandis in sortem autoritate illarum literarū nullatenus audiatur nisi prius restituerit vsuras quas ab alijs nosciẗ extorsisse. Ber.
2 ¶ †Not.ꝑmo principiū tex. qḋ solet quotidie
a allegari:qḋ nō est dignus auxilio[a] legis q cōmittit in legeꝫ. facit qḋ not.in.c.ij.de cōsti.ꝛ.c.cum oēs.eo.ti.patere legem
3 quam tu ipse tuleris. ¶ †Scḋo nota quod nec repetens vsuras nec petēs cōputari fruct⁹ in sortē audiri debet nisi pri⁹
b restituat[b] ipse vsuras quas ab alijs extorsit.ꝛ ex hoc potest colligi arg.qḋ ab alijs ciuilibus actionibus vsurari⁹ nō repelliẗ.anteꝗ̄ restituat vsuras:arguēdo p locū a speciali naꝫ speciale est cū repetit vsuras vt nō audiaẗ nisi restituat p se extortas:ergo in alijs actiōibus audiri dꝫ hac exceptiōe nō
4 obstāte. ¶ †Vltimo no.ibi:alijs ꝛc.quod vsurari⁹ ab alio vsurario pōt excipere nedū de vsuris extortis a se,sed a qbuscunqꝫ alijs ꝛ sic audiẗ allegās de iure tertij.ꝛ hoc fit in odiū vsurarij vt prius sit purgatum crimen quam alium de ipso arguat. ¶ Sed dubium est quid fiet cum vsurario exipiente contra vsurariū.non ꝓcediẗ in causa remanebit ne peccatū primi vsurarij impunitū:nā ex hoc iste vsurarius prius cōuentus reportabit commoduꝫ.ꝛ sic vterqꝫ retinebit vsuras qḋ videẗ absurdum. Sol.doc.intelligunt mirabiliter hunc tex.qḋ iudex ex officio suo repulso actore cōpellet cōuētum ad restituendas vsuras non isti actori:sed illis qui debēt recipere vsuras ab illo actore:ꝛ iste actor tenebitur postea hoc habere ratum.cum negotiū suū vtiliter gestū sit.l.si pupilli. ff.de neg.gest.facit qḋ no.in.c.intelleximus.de adulte. ꝛ facta integra restitutione audieẗ actor.in istis em̄ multū exu
5 berat officium iudicis.arg.ē.c.proxi. ¶ †In gloss.prima in fin,de hac materia vide qḋ no. Innoc.in.c.intelleximus de adulte.ꝛ Cy.in.l.ij.C.que sit lon.consue.vltra mediū. Host. hic sequitur glo.dummodo iste non peccauerit erga fidem. ad hoc,j.de regu.iur.defluat peccator.ꝛ.ij.q.vij.c.nō potest. Vin,in.c.fi.de immu.eccle.dicit quod aut quis deliquit contra legem generalem ꝛ generaliter perdit auxiliū legis: aut contra legem specialem ꝛ non perdit beneficiū aliarū legum nisi vbi iure cauetur.argu.in auẗ.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oportet.ꝛ in veritate hec via brocardica est:vnde nō pōt dari inuariabilis doctrina:sed ꝭm casus contingētiā. ꝛ qualitatē iudicandū est:satis tamē pōt teneri pro quadam regula generali cōclusio gl.cū dictis doc.precedētiū. Et ad l.auxiliū alleg. pro contrario dic quod non est proprie delictum quod facit ꝑdere illud beneficiū:sed qꝛ ī delicto cessat ratio beneficij concessi.nam concediẗ beneficium: restitutionis minori leso ad suam facultatē:qꝛ ratio cessat in delicto cum delictū non sit sine dolo. Non ob.c.dilectis filijs.de ap. qꝛ ibi ideo auditur appellans qui non detulit appellationi aduersarij qꝛ sue appellationi fuit delatum per iudicē vnde positio ꝙ sit frustratoria tn̄ propter delationeꝫ deuoluiẗ cā ad superiorem vt.c.cum appel.de ap.li.vj.ꝛ nō ob.l.filio patroni.§.j.vbi dicitur qḋ si patronus ducit libertam ignominiosam in vxorem perdit beneficium alterius legis qua cauetur vt patrono viuo non possit liberta diuertere ab eo:loquitur enim in odiū patroni contrahētis cū ignominiosa: vel illud est propter coniunctionem ꝛ cōnexitatem quā habet cum facto principali. ¶ †In gl.in ver.restituere ibi:restituere saltem pauperibus si null⁹ appareat.hoc intellige verum qn̄ nescitur vbi scit cui fienda est restitutio:si autē esset absens ꝛ de proximo venturus tūc de pecunia illa debet cōsignari ꝛ deponi.argu.in.l.acceptam.C.de vsuris. ¶ In ea. gl.ibi si vsurarius impetrator appellat:secus ergo sentit gl. si aduersarius repellat.ꝛ pōt esse ratio diuersitatis qꝛ cōtra impetrantē est presumptio qḋ vsuras extorsit.ideo nō auditur interim volens vsuras ab alio repetere:sed qn̄ alius appellauit est ꝓ̄sumptio pro eo qḋ habeat iustam causam. Nec ob.si dicatur appellatione pēdente nihil innouādum:quia illud verum in preiudiciuꝫ partiū sed ista est causa separata
6 ꝛ hoc dictū glo.est satis equū licet nō iure probetur. ¶ †Et in fi.glo.no.fi.glo.iuncto tex.ꝙ verb.frustra:qn̄qꝫ referẗ ad
c id qḋ tenet sed elidiẗ p exceptionē[c] ꝛ solet ad materiā facere l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iud.vbi dꝛ qḋ in criminali causa frustra interuenit ꝓcurator quasi per hoc verbū necessario non concludaẗ ꝓcessum esse nullū:sic hic per hoc verbuꝫ nō inducitur nullitas literarū sed in effectu responde vt dixi in
7 c.veniēs.de accu. ¶ †Extra glos.app.cōtra text.videẗ enim qḋ exceptio criminis nō hꝫ obstare prosequēti ius propriū iiij.q.vj.omnibus.nam quantūcunqꝫ criminosus audiri dꝫ petens iustitiā:vt ibi. So.dicunt quidā hoc speciale in odiū vsurarij vel ꝙ repetens vsuras fundat se super peccato.ideo excipiẗ de peccato cōsimili.sed prima sol.verior qꝛ ista sunt diuersa facta:vnde nō recipiūt compēsationem vt dixi in.c.
8 intelleximus.de adul. ¶ †Sed quero vtrum alij a reo conuenti possunt proponere hanc exceptionē contra impetrantem.docto.cōiter cōcludunt qḋ non:qꝛ ad eos nō extendiẗ virtus literarū:sed ipse reus potest bene recipere de vsuris:
9 etiā ab alijs extortis:vt hic in tex. ¶ †Vltimo queritur qn̄ hec exceptio est ꝓponēda.cōmuniter cōcluditur ꝙ ante lit. cōtesta.qꝛ est exceptio dilatoria vt patet in fi.vbi nullaten⁹ audiatur.si ergo fuit auditus non potest amplius excipi et debet probari hec excep.intra.viij.dies ꝭm Hosti.ar.c.pia. de except.lib.vj.tene menti.

1 ☞ Vsurarij manifesti dicunẗ etiā illi qui licet nō possint cōuinci testibus cōuincūtur alijs presumptionibus et subiacent penis prout vere manifesti.
2 Vsurarij dicuntur manifesti ex fama iunctis certis alijs presumptionibus.5.6.
3 Contra vsurarios potest iudex ex officio suo procedere.
4 Vsurarius notorius etiā notorietate facti ꝑmanentis dicitur quando habet mensam paratā ad mutuandū omnib⁹.
5 Notorium facti permanentis ꝛ facti interpellati procedūt a pari.
6 Vsurarium quem fuisse quomodo probabitur:quādo tractatur maxime de validitate testamenti ab eo cōditi sine aliqua cautione.
7 Statutum epi per qḋ conuincatur vsurarius per vnū testē vel per plures de auditu:vel per eius cōfessionem extraiudicialem non valet.

1 **Cum in diocesi.** ¶ †Manifesti vsurarij etiā nullo accusante possunt compesci per penaꝫ lateran. concilij.h.d.vel aliter ꝛ sic. Cōuictus de vsuraria prauitate per famam ꝛ alia argumenta potest manifestari vsurari⁹ ꝛ tāꝗ̄ manifest⁹ vsurari⁹ cōpesci ꝭm dispositioneꝫ lateran.concilij.h.d.notabiliter ꝭm verum intellectū.c.nam primum summariuꝫ Jo.an.parū hꝫ dubij.secūda pars ibi: fraternitati. ¶ Casus literalis. In altisiodorēsi diocesi plures erāt vsurarij de qbus nō dubitabaẗ quin essent vsurarij manifesti.sed propter timorē potentū qui defendebāt eosdem nullus accusator cōtra eos apparebat nec etiā p sniam condēnati fuerūt:q̄situ fuit quid de illis sit agēdū. respōdet papa diosano epo ꝗ̄uis ↄ eos non appareat accusator tn̄ si alijs argumentis cōstiterit illos esse vsurarios manifestos penam lateranēsis concilij poterit ↄtra illos exercere. Ber.
2 ¶ †No.j.ex tex.ꝭm vnū intellectū qui satis est ver⁹ in se qḋ
d sola fama nō faciẗ vsurariū manifestū[d] etiaꝫ quo ad penas lateran.

lateran͠.cōcilij:sed vltra famam requiruntur alia argumenta.⁊ in hoc iste tex.est singu.⁊ alibi nō probaṫ ꝙ per solā famam ⁊ argumenta possit quis conuinci ⁊ cōdēnari de vsuraria prauitate vt sic cōuictus ⁊ condēnatus dicaṫ manifestus:qđ intelligo vt.j.dicā.¶†No.ꝙ nemine instāte ꝯ vsurariū nihilominus dꝫ ordinarius cōtra eum suuꝫ officium exercere.¶†In glo.ij.in fi.hec glo.tendit ad declarationeꝫ c.⁊ obscure aliquātulū loquiṫ:⁊ pro intellectu pōt sic opponi.vr̄ em̄ iste tex.sibi ꝯrius.nā in prin.dicit qđ minime dubitabaṫ quin isti essent vsurarij manifesti:⁊ tn̄ postea dicit in ver.fraternitati.qđ si alijs argumentis illos constiterit esse manifestos.si ergo erāt manifesti ⁊ notorij nō debēt requiri alia argumēta:vt i.c.euidētia.de accu.si aūt capiṫ manifestū ꝓut differt a notorio vt dicaṫ illud qđ ꝓbari pōt tūc nō debēt sufficere argumēta:sed requiriṫ euidens probatio.nā probatio dꝫ esse nō p̄sumptiua:sed necessario cōcludēs:vt in.c.in presentia.de proba.gl.soluit duob⁹ modis.primo ꝙ principiū tex.dꝫ intelligi de manifesto.i.notorio:sed qꝛ hoc notoriū nō est permanēs in vsurario sed est facti trāseuntis cū nō semꝑ mutuet sub vsuris:ideo reqruntṫ alia argumēta vltra illā notorietatē.⁊ si gl.esset vera multuꝫ foret notāda.⁊ ꝓ hoc vide ꝙ no.glo.ij.q.j.de manifesta:sed Jo.an.nō vr̄ eam sequi.nā ex quo vsurarius hꝫ mēsaꝫ paratā ⁊ exhibuit se paratū ad mutuādū oīb⁹:satis dr̄ notorius ⁊ vsurarius.⁊ hec opi.mihi placet.nā istud nō est notoriū facti trāseūtis sed facti permanētis:qꝛ hꝫ mensam paratā vel est notoriuꝫ facti interpolati.vnde de eodē iudicādum:vt de notorio facti ꝑmanentis:⁊ sic vbi adesset hec notorietas alia reqruntṫ argumēta.ꝓ hoc.c.q̄q̄.⁊.c.j.e.ti.li.vi.⁊ in cle.eos.de sepul.¶†Scđa sol.gl.est ꝙ prima pars.c.intelligaṫ de manifesto per famā ⁊ cōem opi.que nō sufficit ad conuincendū quem de hoc crimine.⁊ ideo requiruntṫ alia argumēta quib⁹ inser tis poterit iste dici manifest⁹:ꝙ intelligit Host.post manifestationē factā per iudicē.vn̄ exponit tex.manifestos.i.manifestādos.q.d.ꝙ postq̄ iudex receptis his argumētis istū declarauerit vsurariū pōt dici tūc manifest⁹ [a] ⁊ est dictū satis notabile.nō em̄ est officiū priuatarū personarū indicare per argumēta quē manifestum.¶†Et faciunt hec ad questionē quotidianā ⁊ notabilē.quidā vsurarius cōdito testamēto decessit nulla cautiōe de restituēdo prestita:opp.post mortē[b] de nullitate testamēti:qꝛ erat manifest⁹ ⁊ nō prestitit cautionē ad probandam hāc publicitatē:articulatur de fama ⁊ alijs argumētis.nunqd post mortē sufficiat probare ad nullitatem testamēti.reperio quosdaꝫ summos viros consuluisse qđ sic per istum tex.sed nō fecerunt mentionē de consil.Fede.consil.lxij.vbi aperte consuluit,cōtrarium.Ad istum tex.rn̄det restringēdo dupliciter.primo qđ loquiṫ vt pena lateranen̄.cōcilij possit exerceri in istos.nam hoc casu agitur de modico preiudicio ⁊ expedit ad salutem animarū vsurariorum.ideo sufficit ista modica ꝓbatio per famam ⁊ argumēta.secus si ageret ad nullitatem testamenti.qꝛ cum testm̄ sit res fauorabilis:vt in.c.fi.de re iudi.nō dꝫ dici nullū nisi aperte constet testatorē tunc fuisse vsurarium manifestum.Item istud.c.dicit ista argumēta cū fama sufficere vt manifesteṫ ꝑ iudicē s̄m lectu.Hosti.ante ergo q̄ iudex manifestet nō pōt dici qđ testm̄ fuerit conditū a manifesto vsurario ⁊ certe iste due sunt maxime restrictiones ad istuꝫ tex.⁊ sunt valde notāde in practica.Sꝫ dubito nūquid de iure procedant ⁊ vtrum admitterentur in iudicio.⁊ sic etiam dubito de elec.Host.nam iste tex.dicit si cōstiterit istos esse vsurarios manifestos per alia argumēta ⁊c.ergo ante sentētiā iudicis possunt dici manifesti:⁊ tūc post mortē poterit fieri probatio ad declarandū qđ erāt manifesti.Item vsurarij non possunt de facili cōuinci.ideo sufficiunt argu.cū fama.arg.in cle.j.eo.ti.que possunt esse ista argumēta doc.ponūt multa exempla pone ꝙ vltra famā apparet ꝙ iste vēdebat cariori pretio qꝛ deferebat solutionē vt in.c.in ciuitate.s̄.e.vel emebat cum pacto de retrouendendo cuꝫ maiori pretio reperiuntur instrumēta vsuraria.¶Itē puto si reperiūtur sui libri in quibus sunt rationes vsurarie.arg.in.d.cle.vna licet gl.sentiat oppositū in.c.sane.xxiiij.q.ij.¶†Sed quero qꝛ.s̄.dixi sufficere argumenta cū fama:nunquid valeat statutū[c] episcopi vt per vnum testeꝫ vel per tres de auditu vel per quatuor testes singulares vel per cōfessionē factā extra iudiciū coram quocūqꝫ possit conuinci de vsura.Fede.cōsi.xvij.consuluit quod nō vt communiter tenetur:quia episcopus non potest tollere dispositionem iuris communis cuꝫ sit inferior.pro hoc quod no.Jo.an.in simili in.c.fi.de appel.lib.vj.⁊.c.vlti.de offi.archipresby.

☞ Maritus nō tenetur fructus pro dote ꝓmissa in sortem computare.2.secus est in suo herede.6.

3 Si pro dote promissa numeranda certo tempore dētur tot solidi pro centenario singulis mensibus an sit vsura.

4 Pro dote sol.ma.restituenda si detur vxori aliqđ pignus tenetur fructus pignoris in sortem computare.

5 Statutū quod donec restituatur dos mulieri sol.ma.teneatur heres mariti certum quid dare vt possit inde se alere:valet eo casu quo tenetur heres ipsam alere donec restituerit dotem:alias secus.

7 Heres mariti tenetur alere vxorē mariti defuncti donec restituerit dotem:si nō habet vnde aliūde se alat:alias secus.

1 **Salubriter.** ¶†Maritus fructus rei dotalis vel obligate ꝓ dote non tenetur in sortem computare.vel aliter et melius.Maritus recipiēs pignus pro dote promissa no tenetur fructus in sortem computare.⁊ est casus singu.⁊ alibi non probatur.h.d.primo ponit dictuꝫ ⁊ eius causam assignat ibi cum frequēter.¶Casus literalis.Aliquis accepit aliquam in vxorem certa dote sibi a socero constituta:sed qꝛ socer ille pecuniam tunc temporis nō dedit ⁊ cum genero sponsam tradidit quasdam possessiōes pro dote dedit sibi in pignus quousqꝫ dos fuerit ei persoluta.q̄riṫ vtrum fructus percepti de istis possessionib⁹ pignori obligatis debeant computari in sortē.⁊ respondet papa qđ nō:cum frequēter fructus dotis non sufficiāt ad onera matrimonij supportanda.Ber.¶No.primo ex tex.qualiter maritus lucratur fruct⁹ dotis hoc em̄ inductū fuit ꝓpter onera matrimonij supportanda.nam teneṫ marit⁹ alimentare vxorē:⁊ ideo recipit dotē.sed fructus debēt cedi ad alimenta ⁊ nō cosumi ipsum capitale.⁊ ideo dicimus ꝙ s̄m quantitatem dotis vxor est alimentanda.l.si cū dotem.§.finaūt.ff.so.ma.⁊ in.c.ꝑ vestras.de do.ꝓst di.rest.Et ex hoc infertur qđ cōmodius ⁊ honorabilius alimentari debet mulier que portauit amplam dotē quaꝫ si portasset tenuē.¶†Secundo no.casum sing.in quo fructus rei pignorate nō extenuant sortē:sed cedunt ipsi creditori ⁊ hoc qꝛ succedūt loco interesse quia maritus patitur in non recipiendo dotem ꝓmissam.¶†Sed circa intellectū.c.queritur de notabili ⁊ satis dubia questione.pater puelle promisit certā quantitatē pecunie[d] ꝓ dote suo genero ⁊ prestitit cautionē de numerāda certo tēpore:⁊ ꝓmisit dare interim certos denarios pro libra quolibet mēse.nunqd liceat.⁊ videṫ primo ꝙ sic.nam sicut ꝑ dilata dote lucrifacit marit⁹ fructus rei pignorate.ita licite dꝫ posse aliquid recipere donec sibi dos fuerit soluta.Jo.an.sentit hic oppositū dicēs qđ qui dicit hunc casuꝫ licitum dꝫ aliegare casum expressum.nam in iure nō habemus nisi istū tex.qui loquiṫ in fructibus possessiōis q subijciuntur diuino iudicio.q.d.istud nō est lucrum certū qꝛ poterit esse quod nihil percipiet ex possessiōe:sec⁹ qn̄ ex pacto facto quid certum recipit.Nec obst.si diceres hoc ꝑmittendum vt marit⁹ possit sustinere onera matrimonij:qꝛ posset responderi per id qđ habetur in.d.c.per vestras.in fine.q.d.ꝙ ipsa dos debet deponi apud mercatorē:vt ex honesto lucro possit supportare onera matrimonij.d.An.videtur ad huc magis restringere intellectū hui⁹ capituli dicēs quod aut nulla mora ꝯmissa est in dote numerāda vt qꝛ in principio cōuentum extitit de ea soluenda in certo termino:⁊ tūc nihil potest gener licite cōsequi.nec etiaꝫ fructus rei pignorate.qꝛ ex quo nulla mora p̄cessit nullū debet esse interesse:aut precessit mora vt qꝛ dos debebat solui incōtinenti ⁊ tūc pro interesse potest percipi fructus.Itē posset petere quantum verisimiliter fuisset lucratus cum illa pecunia.vt sic habeatur ratio interesse lucri cessantis sicut latius dixi in.c.cōquestus.s̄.e.sed non videtur do.Ant.vidisse Cal.qui dicit ꝙ licet opi.Joan.and.sit tutior cōtraria tamē videtur esse verior vt a principio possit cōueniri cum socero:prout.s̄.dixi.nec ob.dictum Jo.and.quia iste tex.loquitur indistincte vt lucretur fructus possessionis.⁊ quandoqꝫ tales fructus sunt certi:vt qꝛ est domus solita lucrari vel possessio ad affictum cōcessa.Unde circa hanc questionē satis dubiam putarē sic dicēdū qđ aut a principio simpliciter datus fuit terminus ad dotem persoluendam nō interueniente pacto interuentionis pignoris:lꝫ ex postfacto pignus fuerit redditū ⁊ tūc nihil potest gener cōsequi.Nam sicut potest vxoreꝫ sine dote ducere:⁊ de proprio teneṫ alere:vt no.in.d.c.per vestras.ita potuit vxorem transducere dato termino ad dotē persoluendam:sed si a principio interuenit datio pignoris:tunc credo opi.do.Anto.procedere:qꝛ gener recipiendo pignus videtur cōfisus autoritate huius.c.⁊ recipere pign⁹ vt lucretur fruct⁹ in cōpensatione dotis dilate.⁊ puto etiā

Sebasti. Sapia.

[a] ¶Manifestus.Ex quib⁹ cōuincaṫ manifest⁹ vsurari⁹.⁊ vid Ang.de are.i.§.ex maleficijs.in.ij.colū.insti.d.act.Alex.i ꝯsi.clxxij.ꝑ totū in.ij.pte.Lanfrā.de ora.i cle.dispēdiosaꝫ.col.viij.⁊ tertia cōclusio.de iudi.And.siculū in rep.rub.de fid.instr.char.xvij.in vl.col.Ful.in ꝯsi.cxxxviij.incip.visis p̄cepto.col.ij:vbi dicit ꝙ fama cū aliquib⁹ adminiculis ꝓbat vsurariū manifestū⁊ allegat not.hic et idem dicit abb.in ꝯsi.lxxxj.incip.ex themate.i.ij.vol.

[b] ¶Post morteꝫ.adde vidēdū eundē Abb.cōsi.ij.ij.lib.vbi eadē v̓ba ponit ⁊ vide eundem consi.j.lxxxj.cxiij.⁊.cxiiij.e.lib.

[c] ¶Valeat statutum.vide Pe.de anch.i.c.canonū statuta.in.iij.pri.q.in verb.accedat qđ.d ꝯsti.vbi ponit an valeat statutū epi qđ ꝑ vnū testē deponētē de v̓itate possit plene cōuinci vsurarius.⁊ late dispu tat Ang.i.q.ꝑ eū disputata q̄ inci.astē.miles.i.xxij.colū.⁊ duab⁹ seq.post Fede.de seū.in loco ibi ꝑ eū allegatis.cū alijs multis ibi ꝑ eū adductis.

Sebasti. Sapia.

[c] ¶Valeat statutuꝫ.vide Pet.de anch.i.c.canonū statuta i.iij.q.p̄ncipali.v̓s.accedat qđ.s̄.de consti.cū multis allegatis ꝑ Ang.in dispu.incip.astensis miles.colū.xxv.cum duab⁹ sequētib⁹.

Sebasti. Sapia.

[d] ¶Pecunie.vide bald.nouelluꝫ in tracta.de dote.in vij.pte p̄mi tp̄is.in.iij.priuilegio.Pe.de ancha.in ꝯsil.cl.inci.i qōne q̄ vertiṫ.Alex.in ꝯs.xli.ici.viso themate.in.v.volu.Paul.de ca.in.l.insulā.§.vsuras.ff.soluto matri.

qd a principio possit couenirí cum socero de percipiédo aliquid annuatim vsqz ad solutioné dotis dūmodo sit solut⁹ mercari vel ponere pecuniā apud mercatorem.cum iste nō capiat pro mutuo nec p dilatione data sed vt sustineat onera matrimonij:⁊ sic poti⁹ capit vt interesse.nec videtur hoc cōtra bonū charitatis. ¶ †Secūdo principaliter queritur quid in herede mariti possidente seu detinēte pignus post mortem mariti:nūquid lucretur istos fruct⁹ sicut marit⁹? ⁊ Innoc.tenet quod non:quia in optione heredis est quandoqz restituere pignus ⁊ liberare se ab obligatiōe:quod nō est in marito cuz ipse teneaꝛ ad onera matrimonij:sicut etiā pōt queri de vxore cui soluto matrimonio datum est pign⁹ pro restitutione dotis:nūquid lucreꝛ fructus ⁊ cōiter teneꝛ qd nō:licet eni vxor alimentetur ex dote sua:tn̄ cum ipsa nō sustineat seruitia matrimonij soluto matrimonio dz cōputare fruct⁹ in sortē:⁊ ideo sit cauta vt faciat sibi dotē solui vel possessionez dare in solutū. ¶ †Et faciūt[a] hec ad.q.in multis locis statutū est vt soluto matrimonio q̄diu heres mariti steterit in dote persoluēda teneaꝛ dare certū quid vxori relicte:vt possit inde alere nūquid valeat statutuz vt possit mulier cum bona cōscientia recipere istud ⁊ sepe vidi in facto dubitari. Jo.de lig.in clē.j.e.ti.cōcludit qd statutū[b] nō valet per ea que.s.dixi:quia vxor nō sustinet seruitia matrimonij ideo nō debet aliquid lucrari:sz dz agere vt dos sibi restituaꝛ seu persoluatur[c]. ¶ †Ego autē aliter dicerē:⁊ p decisiōe hui⁹ q̄ōnis est examināda alia q̄stio nūquid heres mariti teneatur alere vxorē relictā donec persoluerit sibi dotez. ⁊ licet sint opi.mihi plus placet illa op.qd si nō hz vxor alia bona debet ali ab herede mariti etiam.j.annū datū heredi ad dotem restituēdam.⁊ hanc op.tenuere gl.⁊ Bar.[d] in.l.j.§.exactio.C.de rei vxo.ac.⁊ Spe.in tit.qui fi.sint le.§.j. versic.nūquid vxor.hoc supposito ad premissam.q.dico qd aut sumus in casu in quo vxor debet ali ab herede mariti.et tunc valeat statutū loco alimētorū decernens certaz quātitatem cum honestius sit recipere quantitatē quam alimēta annuatim:aut nō debet ab herede mariti ali ⁊ tūc secus ⁊c. ¶ In gl.fi.ibi:cretifodino fundo expone.i.in fundo in quo foditur creta pro faciēdo tegulas siue lateres. ¶ In ea.gl. ibi:secus est in fetu ancillarū dotaliū ⁊c.Ratio autez quare partus ancille dotalis nō cedit lucro mariti est qz humana creatura non cōputatur in fructu imo reruz natura gratia hominis induxit oēs fruct⁹ vt dicit tex.in.l.in pecudū.ff.de vsufru. Et Cicero.li.ij.de officijs.vnde cū maritus debeat lucrari fructus ⁊ part⁹ nō est in fructu ergo ⁊c. ¶ In ea.gl. ibi ⁊ in arboribus nō cedendis.secus ergo in arboribus cedendis vel ceduis:vt quia intra breue tempus renascūtur. nam tunc potest dici fructus:secus vbi non renascuntur.

1 ☞ Usurarius nō repetit vsuras sibi ab alio extortas nisi ipse restituat quas alijs vel ipse vel suus autor extorsit.⁊.s.

2 Procurator si repetat vsuras que suo principali fuerint extorte:non potest sibi obijci vt ipse restituat quas extorsit qz venit ex alterius persona.

4 Heres teneꝛ restituere vsuras quas suus defunctus extorsit licet ad ipsum nihil peruenerit quia conuenitur ex quasi contractu defuncti conditione indebiti.

5 Rescripta nō extenduꝛ ad personas nō exp̄ssas nisi ex dispositione iuris persone non expresse comprehendantur.

6 Usurarius qui extorsit vsuras nomine alteri⁹ an ⁊ quo casu teneatur ipsas restituere.

Michael. ¶ †Repetens vsuras non auditur nisi restituat extortas per se vel per alium a quocūqz causam habet hoc dicit. Primo ponit partis querelaz. Scdo clausulaz quā stylus curie apponit in literis que impetrantur ad recuperandas vsuras. ¶ Casus literalis. Michael laic⁹ cōquestus fuit do.pape quod.M.⁊ quidam alij ciues bononieñ.multa extorserūt ab ipso ⁊ a patre suo cuius heres existit per vsurariam prauitatem.vnde mādat episcopo bononieñ.vt in causa procedat ƀm qd de iure fuerit procedendū. prouideat tamē attētius ne in negotio procedat eodem autoritate literarum:nisi dictus Michael restituerit si quas ipse aliqñ vel pater extorsit vsuras.Benar. ¶ Nota primo ex text.laicum posse adire papam contra laicum pro vsuris restituēdis ⁊ rescriptum impetrare.nam hoc casu iudex ecclesiasticus habet iurisditionem inter laicos.vt in.c.q.s.eo. et dixi super rub.⁊ no.in.c.cum sit generale.de foro compe. ¶ Not.ij.filium posse exigere vsuras extortas a patre.et intellige de filio herede:⁊ idē est in quolibet herede extraneo.

2 ¶ †Item not.qd non auditur repetēs vsuras nisi restituat extortas per se ⁊ per patrem suum.⁊ idem puto cōsimili ratione de extortis per defunctum cuius heres iste extitit.et hic cadit iste text.ad.c.qz frustra.s.eo.qz ibi fit mentio tantū de extortis per impetrantem seu repetentem. hic aūt etiam de extortis per patrem.

3 ¶ †Sed dubium est aliquod in clerico repetēte vsuras nomine ecclesie:nūquid possit excipi q̄ ab alijs ipse extorsit vsuras.⁊ doct.cōmuniter tenent qd nō: qz agit nomine ecclesie:ideo delictum suum nō debet obesse ecclesie vt in regula delictum.lib.vj.⁊ facit.c.frequens. in fi. de resti.spo.eo.lib. Idē dicendum in procuratore consimili ratione:vt nō possit excipi de extortis per se. Et declara huius.c.materiam prout habuisti in.c.quia frustra.s.eodem.

4 ¶ †In glo.fi.ibi:sed potius ex quasi contractu ratione indebiti. No.glos.sing.qz facit ad decisionem multarum questionum. primo potest inferri quod etiā de iure ciuili heres teneaꝛ restituere vsuras extortas per defunctū: licet de vsuris nihil peruenerit ad heredem :qz non conuenitur ex delicto heredis sed ex quasi cōtractu ⁊ sic cessat.l.j.C.ex deli.defuncto.Secundo potest inferri contra opinionem Fede.vt heres teneaꝛ si non confecit inuentariū pro restōne vsurarū vltra vires hereditarias.sicut dicimus in alijs obligationibus contra defunctū. vt in.l.scimus.C.de iure delib.de quo dixi in.c.tua.s.eo.⁊ in.c.in literis.de rapto. ¶ Sed tunc fortiter oppo.cōtra gl.si non agitur ex delicto sed ex quasi contractu:quid ad ecclesiā contra laicū? Sol.licet agaꝛ ex quasi contractu tn̄ versatur delictum qd est mixti fori vt dicit glo. in.c.si episcopum.xvj.q.vj.⁊ ad predicta vide qd no.Bar.in l.i.C.de priua.deli.

5 ¶ †In ca.gl.ibi:qd potius credo concludit in hoc gl.qd siue in rescripto sit facta mētio de vsuris extortis a patre vel defuncto cuius heres iste fuit. siue non sit facta mētio semper pōt excipi contra impetrantē vel agentē vt prius restituat vsuras extortas per se vel per aliū cui⁹ heres fuit.⁊ hec cōclusio cōiter approbatur. Nec ob.si dicatur qd cum in literis nulla fiat mentio de patre non pōt de eius facto excipi. qz non extenduntur ad personas nō expressas: vt in.c.p.⁊.g.de offi.deleg.Solu.ista obligatio seu prouisio non oritur ex virtute literarum sed ex iuris dispositione ex quo eni iste impetrator siue ex persona sui siue alterius teneꝛ vsuras restituere non debet ante aliū impetrare q̄ ipse restituat extortas per se.

6 ¶ †Et in fine glo.not.⁊ tene bene menti in eo q̄ concludit quod is qui vsuras extorsit nomine alterius[e] non teneretur ad restitutioné nec potest contra eū excipi.Sed contrariū sensit gl.in.c.sicut.xlvj.dis.Host.⁊ Goffre.in eorū summis huius tit.vt refert hic Jo.an.qui videꝛ eorum sequi opi.concludunt quod aut principalis est soluēdo ⁊ nō tenetur iste ad restitutionem alias secus. et hec opi. mihi placet vt ex quo dedit causam delicto teneaꝛ alio non valente satisfacere:quod not.

1 ☞ Judei cōpelluntur soluere decimas de possessionibus suis ⁊ oblationes ecclesie dare.de quo.j.nu.⁊.vbi plene.
Judei compelluntur restituere vsuras quas extorserunt.

2 Usura qua ratione prohibeatur.
Testis pauper non solet admitti ad testimoniū ferendum.

3 Judei ratione vsurarie prauitatis sortiuntur forum ecclesiasticum.

4 Judei possunt acquirere rerum dominia.

1 Quanto. ¶ †Judei qui extorquent graues vsuras a christianis vel de possessionib⁹ decimas vel oblationes solitas percipi per ecclesias eis non soluunt priuantur christianorum communione vel sic breuius.etiam iudei compellendi sunt ad restituēdas vsuras extortas a christianis:⁊ ad soluendas decimas ⁊ oblationes de eorum possessionibus. h.d.sunt duo dicta.scdm ibi hac eadem.primū dictum facit tria. primo ponit causam statuti. scdo statutū ibi:synodali. tertio prouidet cōtra grauamen suspicatū ibi:principibus. ¶ Casus literalis. Quāto amplius christiani cōpescuntur ab exactione vsurarum tanto grauius iudei super his insestant grauiores ⁊ immoderatas extorquēdo ab eis vsuras vñ statuit conciliū generale vt si decetero iudei quacūqz occasione graues ⁊ immoderatas a xp̄ianis vsuras extorserint christianorū eis participiū subtrahatur donec de tāto grauamine satisfecerint ⁊ si opus fuit christiani per censu.eccle. appel.compellantur ab eorum commercijs abstinerē.precipit in super concilium principibus vt propter hoc non sint christianis infesti:sed potius iudeos cōpescant a tanto grauamine. In fi.dicit qd eadem pena cōpellantur iudei ad satisfaciendū ecclesijs p decimis ⁊ oblationib⁹ debitis quas a xp̄ianis de domibus ⁊ possessionibus alijs percipere consueuerūt tanq̄ ad iudeos quocūqz titulo peruenissent vt sic ecclesie conseruentur indemnes.Ber.

2 ¶ †No.primo vnam causam

✣ Sebasti. Sapia.
a ¶ Et faciūt.vide Pau.de ca.i.l.j.C. de sum.tri.⁊ fide cath.Bal.i.l.fi.§. pterea. C.de iure do. Jas.i.d.l.j.in vtraqz lectura.⁊ i l.de qb⁹.ff.d legi. ⁊ in.§.fuerat.ist.d act.Are.i.l.diuortio.i.pn̄.ff.so.ma. Pau.d cast.in.l. titia.ff.de solu.et Fel.i.c.ɔsultatio nib⁹.d off.deleg. practi.pap.in forma libelli q̄ agitur ad dotis restitutionū.⁊ alex.in cōsi.lxiij.i.iiij.vo.
b ¶ Cōcludit statutū nō valere ⁊ ita exp̄sse ēt determināt bal.⁊ pau.de ca.i.l.j.C.de sum. tri.ɔ̄riū tenet.idē bal.in.l.fi.§.pterea.C.de iu.do.
✣ Sebasti. Sapia.
c ¶ Persoluaꝛ.ad hāc materiā vide Alexā.i ɔsi.c.in.j. vo.⁊ i ɔsi.xlviij.i iij.vo.⁊ i ɔsi.xxvij. i.iiij.vo.⁊ i ɔsi.lvj. ⁊ ɔsi.cxxiij.i.iiij. vol.⁊ i ɔsi.lxxiiij. ⁊ cōsi.cxli.⁊ cōsil. clviij.in.v.volu.
d ¶ Et adde Bar. ⁊ alios i.l.insulā. §.vsuras.ff.solu. matri.i.l.at q natura.§.nō tn̄.ff.d nego.ge.⁊ i ɔsi.in cip.frācisc⁹ vxorē quādā noīe thomasiā.⁊ multū late ⁊ diffuse Lud. ro.ɔsi.cccccvij. in ci.in casu p̄posite consultatiōis circa celeberrimorū do.ɔsilia ⁊c.Pe. de ancha.in cōsi. cxxxviij.inci.in.q. quevertitur inter nobilē.d.⁊.d.alexan.in consi.cciij. inci.viso processu cause vertētis inter Joannem.
¶ Adde eundez abb.cōsil.lxxxiij.
e ¶ Noīe alterius. Adde videnduz Lap.allega.xcij. vbi an valeat testamentū talium administratorū.

causam quare vsura prohibetur nã diminuuntur facultates hominũ. ⁊ sic breui tempore reducuntur ad paupertatem et paupertas est res periculosa etiã animab⁹.iuxta illud Salomonis. Diuitias ⁊ paupertates ne dederis mihi ⁊c. hinc est propter suspicionem pauper non admittitur ad testimoniũ.iiij.qõ.iij.testiuz. ⁊ hanc rationem[a] etiã ponit Inno.super rub.⁊ vide bo.tex.in.c.j.e.ti.li.vj.ibi:vsurarũ que animas deuorat ⁊ facultates exhaurit.¶ †Scdo no.ꝙ ratiõe vsurarie prauitatis etiã iudei sortiuntur forũ ecclesiasticũ.vnde indirecte hic compelluntur per ecclesiã ad restitutionẽ.de quo dixi in.c.post miserabilẽ.s.e. ¶ No.tertiũ modũ cõpellendi iudeũ per ecclesiã vt subtrahatur ei cõmerciũ christianorũ.⁊ ad hoc põt excõicare christianos cõtra faciẽtes ⁊ ista est maxima pena.s.inter hoĩes esse ⁊ hominũ carere ꝯmercio.l.hi qui sanctã.C.de aposta.excõicant̃ eñi indirecte.¶ Quarto no.ar.optimum qõ oblatiões sunt in precepto ⁊ de iure parochiali ecclesie iudei tenent̃ ipsas soluere si stant in domib⁹ solitis habitare per christianos de quo infra.¶ †Ultimo nota qõ iudei possunt acquirere rerũ dominia de quo latius per Inno.in.c.ꝙ super his.de voto. In gl.j.ibi:a cõtrario sensu no.gl.iũcto tex.quia solet allegari ꝙ ar.[b] a cõtrario sensu nõ procedit vbi insurgit absonus intellect⁹ vel alibi reperit̃ cõtrariuz. ⁊ de hoc plene dico in.c.cũ.apostolica.de his que fi.a prela.no. Jo.an. ⁊ Cal.in.c.publicato.de elec.vel dic ⁊ aliter ẽm Hostiẽ.qõ omnis vsura solet esse grauis.vñ nõ permittit̃ aliquo modo. In ea gl.ibi:legitimum modũ ⁊c.nam de iure ciuili nõ poterant vsure ad libitũ exigi:sz vsqz ad certã mẽsurã vel summã tantũ:vt habetur in.l.oẽs.C.de vsur. ⁊ dic vt ibi:de quo nõ est hodie instandũ quia oĩno vsure hodie prohibentur:vt.s.eo.per totũ.⁊.j.c.fi.¶ †In glo.fi.ibi.res trãsit cum onere suo.pondera glo.sentit eñi tunc iudeos compellẽdos ad oblatiões et decimas personales ⁊ prediales qñ illa possessio peruenta ad iudeum habeat hoc onus annexũ.⁊ hãc opi.antiquitus tenuit Hosti.⁊ secut⁹ est Gof.⁊ postmodũ ab ea recessit ⁊ tenuit indistincte iure debere compelli ad decimas[c] personales ⁊ etiã oblationes quas ecclesia cõsueuit recipere a christianis habitãtib⁹ in illa domo:ne per factũ iudei ecclesia patiatur detrimẽtũ nam posset sequi qõ iudei emerent fere totam parochiam:⁊ sic diminuerẽtur iura parochialia. Ego in hac diuersitate vbi onus nõ esset annexũ rei satis putarẽ standum cõsuetudini.sec⁹ vbi esset annexũ rei:vt in decimis predialibus.nam in dubio etiaz oẽs infideles tenent̃ soluere decimas prediales etiam si christiani nũꝙ illa predia possederant:vt in.c.de terris.⁊ in.c.aliquibus. de deci.⁊ tenet Oldra.consi.xxv.nec valet ibi ar.a contrario sensu.tene menti.

☞ Usurarius est etiam ille qui recipit aliquid vltra sortem:licet suscipiat in se periculum.3.

Emens vel vendens rem plus vel minus iusto pretio an ⁊ quando sit vsurarius.6.7.

Usura committitur etiam in modico quod vltra sortem recipiatur.

Diues debet gratis succurrere proximo pauperi in suis necessitatib⁹.

Usura quo ad formam cõtractus non cõmittitur nisi in cõtractu mutui:sed quo ad intentionẽ deprauatã committit̃ in aliis cõtractib⁹.8.

Peccatũ vbi potest esse ⁊ nõ esse quo ad cõscientiam debemus poti⁹ attendere qõ sit peccatum:quo ad forum vero contentiosum secus.

10 Res an possit esse plus vel minus valitura:statur cõsuetudini ⁊ etiaz attendetur id quod frequentius accidere potest.

11 Societas coita vt ad vnum tantum spectet periculum:sapit naturam vsurariam:ideo non valet.

12 Deponens pecuniã apud vnum banchum vt capitale sit semper saluũ ⁊ vt lucrum communiter diuidatur non est vsurarius.

13 Usurarius an sit censendus ille qui relicta quadam mercantia in qua erat verisimiliter lucraturus decẽ:mutuauit ad preces alicuius illã pecuniam ad mercãtiã preparatam.cũ hoc qõ id qõ ipse in ea poterat lucrari talis mutuatarius soluat ratione interesse ⁊ lucri cessantis.

14 Mutuatarius si fuit in mora restituẽdi mutuatam pecuniam poterit conueniri ad interesse sine metu vsure.

15 Mercator volens transportare suas merces ad alium locum,vbi carius venduntur:⁊ alius anteꝙ mercator portet illas ad locum offert id qõ poterat ibi carius vendere:nõ incurrit crimem vsure si talis mercator sibi vendat.

16 Usura cõmittitur si recipit̃ aliquid vltra sortẽ etiã qui cõsistat in facto: puta qõ tu doces me aliquã artẽ:vel vadas pro me perusium ⁊ similia.

17 Doctor mutuans pecuniã scholari vt intret secum committit vsuras si de hoc doctor sperat aliquid lucrari.

Molendinarij vel furnarij mutuantes ad hoc vt veniãt ad molẽdinũ vel furnum suum committunt vsuraz:que est restituenda pauperib⁹.

18 Utrum ⁊ quomodo liceat rem emere vt carius vendatur.

19 Emens rem minus ꝙ valeat scienter ⁊ venditore ignorante non caret peccato.

Mercimonia prohibitum est clericis exercere:si tamen indigent possunt aliquam honestam negotiationem facere vt emere chartas ⁊ scribere libros ⁊c.

20 Mutuans frumentum quod valebat tũc decem:si tempore receptionis valet viginti an possit cum conscientia recipere si plus valet.

21 Usurarius an teneatur restituere quicquid ex vsuris lucratus est.

a ¶ Hanc rõnẽ.adde Jo.Pe.de ferra.papiẽs.in practica sua super formu.li.in actione hypothecaria in glos.in ver.sine aliqua.in.iij.col.vbi enumerat.vij.causas quare vsure de iure diuino ⁊ canonico sint prohibite.ponit etiam rationem quare ius ciuile eas permiserit.

a Sebasti. Sapia.¶ Hanc rõnez.vide practicã pap.in forma libel.s in actio.hypoth. in gl.iij.vbo sine aliqua.in.iij.col. vbi enumerat septẽ causas quare vsure sint ꝓhibite de iure canonico ⁊ quare ius ciuile permiserit.

Quoties. Jnfamatus contra quẽ crimẽ probari nõ potest debet se pur gare iurãdo de veritate:ꝯpurgatores ṽo de cre dulitate.h.d.diuiditur.nam primo narrat factũ. Scdo purgationẽ indicit ibi:cõi.Tertio ponit purgatio nis formam ibi:porro. ¶ Casus literalis.Episcopus tridẽ tinus accusatus fuit qꝺ per simoniam ecclesiã beati Petri dederat presbytero.S.pro quatuor modis frumenti:sȝ ac cusatores hoc ꝺm formam canonicam probare non potue runt:qsiuit patriarcha aquile:quid esset agendũ. Respon. papa vt tertia manu sui ordinis:⁊ quarta abbatũ ⁊ religio sorum sacerdotũ de illa simonia se expurget si de hoc est in famatus.Tenor purgationis talis debet esse:iurabit epi scopꝰ super sancta dei euangelia ꝙ pro ecclia scti Petri dã da presbytero.P.nec per se nec per aliã submissam perso nam nec aliquis pro se eo sciẽte pretium recepit.Cõpurga tores iurabunt ꝙ credũt eũ verũ iurasse.Benar. ¶ No.j.ex tex.ar.ꝙ numerus compurgatorum est arbitrarius.hic eñi non requiruntur.xij.compurgatores:de quibus facit text.
1 mentionem in.c.j.s.eo. ¶ †Nota secundo casuȝ in quo epi scopus iurando debet tangere euãgelia ⁊ regulariter an et
b quando debeat tangere [b] plene dico in.c.fina.de iura.calũ.
2 ¶ †Tertio no.ꝙ ille q se purgat ab infamia debet iurare super euangelio de veritate.Jlli vero qui purgant eum nõ debent iurare de veritate:qꝛ nõ possent cum sit factum alie num:sed iurant ꝙ credũt eum verum dicere:et sic no.casum
c in quo recipitur iuramentum de credulitate: [c] quandoqȝ tñ possunt testes iurare de veritate:vt quãdo negatoria est re stricta ad certum locum vel personarũ vel tempus:vt puta accusatur titius de homicidio cõmisso in calẽdis Junij ho ra.xix.nã testes tũc bene possent deponere de veritate iurã do ꝙ illa die ⁊ hora fuerũt secum ⁊ nõ potuisset committe re delictum quin vidissent:sed hoc casu non requiritur iura mentum de purgando:qꝛ plene probaretur innocentia.de quo in.c.clerici.lxx.dist.

1 ☞ Eps cõcurrit cũ omnibus curatis in administrandis sacramentis hoĩbus diocesis.

2 Matrimoniũ nõ dirimiẗ ex eo ꝙ cõiuges asserãt aliqꝺ im pedimentum sanguinis.

3 Appellari põt ab his que consistunt in arbitrio iudicis.

Nos inter. Episcopus parochianum suum infamatuȝ compellit ad se purgandum nisi ab eo legitime appellaue rit. Cõmunis diuisio.secunda ibi : consultatio ni ⁊c. ¶ Casus literis.Aliquis parochianus episcopi infa matus est de aliquo crimine ecclesiastico:queritur vtrũ epi scopus deficientibus testibus possit illum cõpellere ad pur gationem prestandam.Respõdet Papa quod si de aliquo crimine publica laborat infamia deficientibꝰ predictis per sonis episcopus potest eum compellere ad purgationẽ nisi forte ad superiorem duxerit appel.⁊ si appellauerit eius pa
1 rebit iudicio ad quem appellauit.Bernar. ¶ †Not.primo ex text.ibi parochianum.ꝙ qlibet de diocesi põt dici paro chianus

a ¶ Extraiudicialis cõfessio in criminibꝰ facit indiciũ sufficiens ad torturã:⁊ illꝺ dictũ dicit.d.Abb. in.c.in hoc.de simonia.⁊ in.c.fi.ꝺ confes.
Zacharias.
¶ Adde ꝙ no.i apo.ad istũ in.c. de hoc.nu.vij.in apo.in ṽ.ad supponẽdũ torture. s.de simo.⁊ in.c. ꝙ̃ sit graue.nu. ij.in apo.in ṽ.tor ture.s.de exces. prela.
¶ Addꝺ de extra iudiciali cõfessio ne in criali viden dum Lud.ro.cõ si.vij.et cõsi.xciij. j.lib.
Sebasti. Sapia.
a ¶ Extraiudiciũ idẽ tenet abb.i.c. fi.s.de ꝯfes.cũ al leg.ꝑ Fel.in.c.de hoc.s.de simo.et Ange.are.in tra. malefi.i ṽ.necnõ ad denũtiationẽ. ṽ.qro an posses sio.et ꝑ Frã.bru. in trac.de indi.et tortura.col.xliiij. Pe.de anc.in cõ sil.cclxxxvj.incip. ex ꝑdicta.
Zacharias.
b ¶ An et qñ dẽat tangere.Tu dic de hac qꝺ.vt ple. not.Lanfran.de ori.in.c.qm̃ ꝯtra falsam.§.testium depositiões.nu. j.ver.circa predi ctũ.⁊ ibi plene in apost.cel.in ṽ.ta ctis scriptis.s.ꝺ proba.
Sebasti. Sapia.
c ¶ De credulitate.Casus in qbꝰ admittiẗ testimo niũ de credulitate ponit Jas.i ru bri.ff.de iureiur. col.iij.cũ seq.

chrianꝰ episcopi.nā episcopus cōcurrit cū quolibet curato in administrādis sacramentis hominibꝰ diocesis:vt in.c. ij.de peni.⁊ remis.li.vj.Ad idem.c.apostolice.de dona.cū si. ¶ No.secūdo ꝙ apparētibus accusatore ⁊ testibus infamato non est indicēda purgatio.ꝓ hoc.c.cum dilectus.j.e.et c.ad nostram.de proba.¶ Sʒ quero quid si cā est matrimonialis nūquid sit indicenda purgatio.Sol.dicit Innoc.ꝙ aut agitur ad dissolutionē mutue seruitutis ⁊ tūc si vxor est infamata de adulterio potest sibi indici purgatio:ī qua si defecerit punitur vt coniuncta:q2 separabit̄ matrimoniū quo ad torū.¶ † Si vero agit̄ de dissolutione cōiugij tūc nō est indicēda purgatio:q2 etiam expresse confitendo non possunt coniuges p̄iudicare matrimonio:vt in.c.super eo.de eo qui cog.cōsan.vxo.suc.¶ In gl.j.in fi.no.glo.iuncto tex.solent eīn quotidie allegari:⁊ hāc conclusionem glos.sequitur Inn.hoc ratione:purgatio nō indicitur nisi in defectum probationum:vt in tex.sed probatiōes nō possunt indici super quolibet crimine corā iudice ecclesiastico cōtra laicum:ergo nec purgatio indici potest laico per epm super quolibet crimine.Archi.in.c.iij.de cōsue.libr.vj.tenet contrarium:q2 episcopus debet īquirere cōtra quēlibet de diocesi sua ⁊ punire:vt in.c.j.de offi.ordi.Item iste text.loquit̄ indistincte intelligēdus est ergo indistincte.xxi.qō.j.quod si dormierit.Cōcor.Host.⁊ bene ꝙ aut episcopus vult īdicere purgationem laico infamato ad penā iudicialiter imponendam:⁊ nō potest nisi in criminibus spectantibus ad ecclesiam.de quibꝰ in.c.cum sit gnāle.de foro competē.aut vult indicere purgationem ad penitētiam imponendam ⁊ procedit opi.Archi.Nam potest iudex ecclesiasticus quēlibet notum criminosum cōpellere ad penitētiam:vt in.c.j.de spon.facit.c.nouit.de iud.eodeʒ modo pōt infamato indicere purgationem:q2 nō debet pati vt laicus stet in peccato:ne sanguis eius ex manibꝰ eius requirat̄.xliiij.dis.ephesiis.et in.c.irrefragabili.s̄.de offi.ordi.¶ In gl.fi.ibi:q2 excedit modū puta recepit testes īdignos vel inimicos vl̄ nō vult recipere testes bone fame.¶ † Itē credo vbi episcopꝰ nimis grauaret eū numero purgatorū.nā licet numerus sit arbitratus tamē debet arbitrari vt bonus vir:⁊ si aliter arbitratur potest ab eo appellari sicut dicimus in dilatiōibꝰ q2 licet sint arbitrarie tamē potest appellari si iudex nimis decurtat dilationem vt in.c.j.de dila.Idem vbi iudex arbitratur penam.nam potest apellari si male arbitretur:vide bonam gl.in.c.super.his de accu.⁊ tex.cum gl.et Bar.in.l. si qua pena.ff.de ver.sig.

1 ☞ Infamatus deficiēs in purgatione punit̄ vt cōuictꝰ.
2 Testes deponētes super vita ⁊ moribus alicuiꝰ debēt illū cognoscere alias non admittitur eorum dictum:an autem sufficiat cognouisse de futuro.vide.j.nu.5.
3 Infamatus quomodo dicatur in purgatione deficere.
4 Absens infamatus quomodo potest de infamia cōuinci.

Cum.p. ¶ † Compurgatores debent esse honesti ⁊ notū habere eum queʒ purgant nec debent a iudice vel alio impediri:et deficiens in purgatione punit̄ vt conuictus.h.d. Secunda pars ibi:vt aūt.Tertia ibi:deficiens.Quarta ibi: precauēs.et est pars.c.cum.p.s̄.de accu.¶ Casus literalis. Petrus māconella infamatus erat de simonia ꝓ qua fuit sibi indicta purgatio:querebatur quales testes debeat habere ad ip̄m cōpurgandū.Rn̄.pa.qđ purgatores illi debēt talis honestatis ⁊ opinionis esse quod nō sit verisimile eos odio vel amore aut obtentu pecunie deierare:⁊ necesse est vt vitam ⁊ conuersationem illius cognoscant quem purgare debent.¶ In fi.dicit quod qui deficit in purgatione ab officio et beneficio ecclesie est priuandus.Dicit etiam qđ ille q in purgatione sua noluerit assistere nullam maliuolentiam vel indignationē incurrere ostendat nec impediat eos nec ab aliis inquātū in se est impediri permittat.Ber.¶ † Not. j.ex tex.ꝙ cōpurgatores debent agnoscere vitam eius queʒ purgare volunt:et in hoc differūt isti ab aliis testibus.nam deponentes super cōtractibus vel aliis nō est necesse quod cognoscāt vitā eorū contra quos vel pro quibus deponunt nisi deponāt de qualitate inherēte personis.de quo in.c.cū causam.s̄.de te.sed isti compurgatores cū habeant deponere de credulitate super vita ⁊ moribus purgādi nō possunt deponere nisi habeant notā vitā ⁊ mores eius.¶ † Secundo no.ꝙ deficiens in purgatione priuandꝰ est omnino officio et beneficio.Sed contra hoc oppo.de.c.ij.s̄.eo.vbi tantum suspenditur ⁊ meliꝰ facit.c.significasti.de adul.vbi tex. proprie loquitur in deficiente et non mādat eum nisi suspēdi:ad idē.c.accedens.s̄.de accu.vbi non fit depositio.Sol. intellige hoc.c.s̄m casum.c.cū.p.s̄.de accu.cuius est pars. nā ibi accusatio precesserat de simonia:de qua conuictꝰ deponēdus est ab officio ⁊ bn̄ficio:vt in.c.de hoc.⁊ in.c.insinuatum.s̄.de simo.⁊ in.c.inquisitionis.s̄.de accu.ideo deficiēs in purgatione in hoc delicto p̄inde debet puniri ac si fuisset vere conuictus:vt.d.c.de hoc.et.c.insinuatum.secus autem vbi quis deficeret in purgatione super aliis criminibus nō exigentibus depositionem.de qua materia dicvt plene dixi in.d.c.accedens.Et concludendo dicta doctoruʒ distingue hic quo ad propositum ꝙ aut negligit se purgare seu venire ad se purgandū:⁊ tūc nō habetur pro conuicto:sed pōt suspendi vel excommunicari donec se purgauerit:et sic pōt intelligi.c.excommunicamus.§.que autem.s̄.de hereti.⁊.c. ij.s̄.eo.Itē vbi offert iuramentū suum de presenti:sed non potest habere compurgatores sperat tamē de breui habere et tūc ratione infamie potest suspendi donec se purgauerit. et hoc modo s̄m Inno.potest intelligi.c.ij.s̄.eo.aut purgatiōne recepta purgandus deficit in ea vt quia cōpurgatores non deposuerunt pro eo:⁊ tunc iste debet puniri vt conuictus:vnde si delictum super quo erat infamatus ⁊ modꝰ procedendi ante purgationem indictā exigebant depositionem iste deponetur:si vero aliā penā illa imponetur dūtaxat:⁊ ita intellige hoc.c.⁊.c.accedens.prealleg.Item dicendum vbi terminus peremptorius prefixus fuit ad se purgādum:tūc enim si intra illū terminum non cōparet ⁊ se purgat habetur pro conuicto s̄m Inn.hic:sed pro hoc allego tex.no.s̄m vnā lectu.iij.qō.ix.decernimꝰ.¶ † Et ex hoc pōt intelligi vnus singularissimus modus conuincendi absentem de crimine lite non contesta.vt si est infamatus [a] vel vehementer suspectus de crimine citetur peremptorio prefixo ad se purgandum intra illum terminum nō autē ad cōparendū tantum et tūc si nō prestiterit purgationem intra terminum prefixum habebitur pro cōuicto:qđ tene perpetuo menti:nam limitat no.in.c.veritatis.de dolo ⁊ cōtu.et esset modus non exquisitus de iure ciuili.Habemꝰ etiam secūdum modū conuincendi absentem lit.non contest.vt contumax super crimine excōicetur ⁊ si steterit in excōicatione ꝑ annū tunc habetur pro cōuicto super illo crimine et potest puniri ac si vere fuisset conuictus.vt in.c.rursus.et in.c.quicunqʒ.xj.q.iij.que sic debet intelligi vt plenissime tāgo in.c. j.de iudi.⁊ de illis modis procedendi contra absentē not. in.d.c.veritatis.⁊ hec dicta sufficiant quo ad tex.¶ † In gl. j.in fi.not.glo.nam videtur intelligere.c.inter.j.eo.vt ꝓcedat generaliter in quocunqʒ purgando vt compurgatores habeant notam vitam purgandi nedum de presenti sʒ etiā de preterito:sed Host.in.d.c.inter.dicit sufficere vt habeant notitiam de presenti:⁊ ꝙ ibi ponitur casus speciales.Nā vt ibi videbitur multa specialia concurrunt.reducerem hec dicta sic ad cōcordiam ꝙ aut crimen de quo iste est infamatus fuit iādudum perpetratum:et tunc non sufficit habere notitiā de presenti.nam ille potuit se corrigere et viuere honeste.arg.in.c.inter.j.e.in fi.⁊ maxime in iuuene qui de facili se corrigit:⁊ hoc casu ꝓcedit ista gl.aut delictū fuit perpetratum de presenti:et tunc procedit opinio Hosti.

[Margin: ✠ Sebasti. Sapia. a ¶ Infamatꝰ.qn̄ quis dicatur conuictus de crimine ⁊ q̄no differat a confesso declarat Decius post alios in.c.at si clerici.col.ij.l.ij.no. s̄.de iudi.]

1 ☞ Infamatus de graui delicto potest incōtinenti suspēdi ab administratione diuinorum:si delictū est enorme:al's secus.3.vide.j.c.inter.
2 Infamia semel purgata nō debet amplius purgari:nisi de nouo oriatur.
3 Lite pendente non debet quis impediri in possessione sua. Appellatione pendente nō debet appellans spoliari re sup qua fuit sententiatum.
4 Infamia facti in crimine successiuo tollit̄ per ꝯtrium factū.
5 Infamatus si se purgauerit:an postea poterit de illo met crimine accusari.

Ex tuarum. Absolutio facta s̄m purgationē vulgarē nō tenet: et ea nō obstāte potest indici de nouo purgatio et admittitur accusatio.h.d.Cōmunis diuisio. secūda ibi:q2 ergo ⁊c.¶ Casus literalis.Quidaʒ p̄sbyter. P.noīe infamabatur de homicidio:propter qđ episcopus suus ab officio sacerdotali suspendit eundem:ipse quasdaʒ literas exhibuit antecessoris ipsiꝰ episcopi in quibus continebatur ꝙ iudicio aque frigide suam innocentiam purgauisset et episcopus ipsum absoluisset:quesitum fuit a papa vtrum talis purgatio sufficit.Quia vero peregrina iudicia sunt inhabita:dicit papa ꝙ p̄dicta purgatio īsufficiēs fuit vnde mandat epo quatenus si accusatores idonei nō apparuerūt cum.vij.manu aut quinta sui ordinis debeat se purgare:qua prestita suspensionem sine difficultate relaxet ⁊ eū

boni testimonij denūtiās ⁊ ab infamia homicidij absoluat. Ber.¶ †No.j.ex tex.ꝙ infamatus de crimine graui potest incontinenti suspendi ab officio donec se purgauerit.nā infamatꝰ de graui delicto non dꝫ interim administrare diuina ne scandalum oriatur populo.¶ †Secundo no.ꝙ semel absolutus per purgationem canonicā non tenet ampliꝰ se purgare vt colligitur hic a cōtrario sensu ꝙ intellige qn̄ iudex vellet iterū indicere purgationē vigore īfamie vel iudiciorū precedentiū:secus si infamia oriat de nouo:qꝛ oportet ꝙ ista purgaret.Ad hoc.c.fi.de collu.dete.et qꝺ no.in.l.j.⁊.l.repe.ff.de q̄stio.¶ Tertio no.modū procedēdi purgatione prestita:nā dꝫ absolui ⁊ denūtiari boni testimonij:et sic tollitur infamia seu effectus infamie facti.¶ †In gl.ibi: propter enormitatē delicti ⁊c.ideo gl.hoc dicit:qꝛ infamatus de delicto non debet a principio suspendi qꝛ pēdente lite nō debet quis impediri in possessiōe sua imo si fuisset cōdemnatus et appellasset debet integer remanere status suꝰ pendēte appellatione:vt in.l.vna.§.integer.ff.nil no.ap.pē.ꝙ procedit etiam in clerico deposito:vt est gl.no.in.c.sepe.§.de appel.ad hoc.c.significasti.§.ꝺ adulte.⁊ ibi suspēsio fit postq̄ purgandꝰ deficit in purgatione.Sed quando tanta est infamia que generat scādalum vel delictū est valde enorme tunc potest a principio suspendi ab officio vt hic ⁊ etiaꝫ a būficio:vt.j.eo.c.inter.Et vide qꝺ no.Jo.an.in.c.j.de accu.lib.vj.in nouella.¶ †In glo.in ver.absoluas.ibi solius dei est.Dic hoc verum intelligēdo infamiā precise sine alio facto sed per cōtraria bona opera de facili tollitur īfamia [a] facti:quod intelligitur in crimine successiuo:vt ptꝫ in.c.inter.j.eo.in fine.Et in fine glo.hec cauda glo.non facit ad ꝓpositum questionis.est enim questio separata nunqd periurus puniatur ab homine.de quo plene dicam in.c.fi.de iure iuran.a not.in.l.ij.C.de re.credi.¶ †Sed quo ad principalem questionem glo.nunquid post purgationē [b] admittat accusator varie loquūtur doct.⁊ vide gl.in.c.habet.ij.q.iiij. Et capiendo veriores opiniones concludendum est quod aut purgatio non fuit canonice prestita et admittit accusatio vt hic non obstante purgatiōe aut fuit canonice prestita et tunc aut interuenit accusator:vt qꝛ testibus deficiētibus ratione infamie fuit indicta purgatio tunc regulariter non admittit accusatio vt hic in glo.in prin.⁊.c.de his.et qꝺ ibi dixi de accu.Aut non interuenit accusator:et tūc si terminꝰ prius prefixus fuit omnibus accusare volentibus cū clausula decreti.s.ꝙ post terminum non audietur accusator ⁊ tūc nō debet admitti.arg.in.c.fi.qui ma.accu.pos.et nō interuenit illa clausula decreti:⁊ tunc si purgatio est prestita sꝫ absolutio adhuc nō interuenit ⁊ dꝫ admitti accusatio:qꝛ nihil obstat.arg.in.l.admonendi.ff.de iureiur.aut absolutio est prestita:⁊ tūc si accusator vult eum onerare onere se purgādi:et tunc non potest.ar.hic.aut suscipere in se vult onꝰ ꝓbandi:et debet admitti non obstante absolutiōe prius p̄stita et est ratio:qꝛ illa absolutio fuit facta per probatiōes nō integras:nam testes iurauerunt de credulitate tātum ⁊ vbi absolutio fuit facta ex probatione non integra non obstat solutio reperta de nouo probatiōe integra:vt in.d.l.admonendi.⁊ not.in.c.fi.§.de iureiurā.facit qꝺ dixi in.c.proposuisti.de proba.de materia an et qn̄ obstet absolutio:dic vt dixi.in.c.de his.de accu.

Sebasti. Sapia.
a ¶ Tollitur infamia. Q̄ṅo tollat infamia facti ⁊ infamia iuris ⁊ per quas ꝑsonas.vide latissime ꝑ feli.i.c.testimoniū.col.vj.§.de testi.
b ¶ Post purgationē.Utrum absolutus de crimine qꝛ se purgauit possit mō de eodem crīe accusari.Et de hoc vide per glo.in.c.mennā.ij.qꝺ.iiij.⁊ per do.Ant.in.c.ad nostrā.circa pric.de ꝓba.ver.ꝑ hoc dicit spec.de quo vide oīno ꝑ arch.in.c.hꝫ hoc proprium.circa fi.ij.q.iiij.vbi concludit ꝙ non pōt accusari nisi in certis casibꝰ de qbꝰ ibi per eū.de isto articulo vide etiā in.d.c.mēnā.circa me.et etiam in eo.c.circa finē vbi dicit ꝙ ē iniquū quod accusetur ⁊ dicit qꝺ de ħ no.Ro.in libello iuris.ī rub.de effe.pur.sed de hoc vide oīno ꝑ Inno.j.e.in.c.peruenit.in glos.in ver.incestus.

Constitutus. Sufficit qꝺ cōpurgator sit toleratꝰ ab ecclesia bone fame nec de crimine suspectꝰ cōdēnatus.In pria facti narratio ⁊ reprehēsio.In scda prouisio ibi:sane.¶ Casus literalis.Quidā diaconus.P.nomine infamatus erat de aliquo crimine episcopꝰ indixit ei purgationē:obtulit purgatores episcopo:ipse cepit eos ita diligēter examinare ac si esset ordinationē facturus nolens eos recipere:vnde diaconus accessit ad do.papam sibi exponens predicta:vnde scribit papa ep̄o dicens ꝙ multuꝫ miratur ꝙ purgationeꝫ oblatam recipere noluit nisi prius probasset hoc est examinasset nomina singulorū tanq̄ esset ordinationes facturus vtinam sic discuteret ordinādos:satis enim sufficit in hmōi purgationibus si purgatores sint bone fame in suis ordinibus ministrantes ⁊ ab ecclesia tolerati nec sint in iudicio de crimine condemnati vn̄ sunt admittendi.Ber.¶ Not.j.ex text.quatuor requisita in purgatoribus.Primum est vt debebant iurare ſm conscientiam et opinionem eorū ꝙ credūt illum verum iurasse.Scdm vt debeant esse tolerati ab ecclesia.Tertiuꝫ vt sint bone fame. Quartum ꝙ non fuerint de criminibꝰ cōdemnati.Ex hoc nota ꝙ pretextu criminis de nouo obiecti nō pōt cōpurgator repelli:secus si opponatur infamia vt patet ibi sint bone fame ⁊c.requiritur et quintum vt habeant totā conuersationem illius quem purgare volunt.de quo dic vt in.c.cū p.§.eod.¶ Tertio nota casum in quo testis intrat secundū opinionē suā et non ſm veritatem.¶ In glo.fi.quidam tenent contrarium videlicet ꝙ non sunt repellendi:qꝛ tex.reqrit condemnationē:sed repulsus pretextu criminis obiecti non dicitur cōdēnatus:vt in.c.ij.de ordi.cog.sed teneo opi.glo.nā glos.non dicit oppositum:sed vult istos repelli si ex illa repulsiōe secuta est infamia vel grauatio opinionis.nā tunc non repelluntur isti pretextu condēnationis seu repulsionis sed pretextu infamie:qꝛ debēt esse bone fame:vt hic in tex.⁊ hec infamia surrexit ex probabilibus cōiecturis.nā probationes inducte super exce.vel aliter aliquos inducūt contra absentem aliquam presumptionem:vt no.in.l.luciꝰ in fi.ff.de his qui no.infa.⁊ facit quod no.glo.in.c.at si clerici.de iudi.⁊.ij.q.j.multi.

1 ☞ Infamatꝰ de aliquo enormi crimine lꝫ se purgauerit: tn̄ temporaliter ab administratione officij suspenditur.
2 Clericus suspensus ab officio an cēseat suspēsus a būficio.
3 Infamatus ex eo qꝛ ipse dedit causam infamie licet se purgauerit non tamen est sopita infamia contra eū secus si ipse non dedisset causam.
4 Contra infamatum quomodo procedatur.
Terminus an et qn̄ debeat dari per iudicē parti vel accusatori intra quem habeat accusare alꝛs termino elapso nō auditur vlterius.
5 Appellari pōt de illis rebꝰ q̄ remittunt arbitrio iudicis si iudex transgrediatur:secus si cōmittatur eius cōscientie.
6 Statutū puniēs cōuictum tali pena:nō cōprehendit illū q reputatur conuictus ex hoc ꝙ non se purgauit.
7 Testes si ex aliqua cā nō possunt esse femine:tn̄ ille admittuntur qn̄ in illo casu alij non reperiuntur.

Inter. ¶ Propter magnitudinē criminis infamatus suspendi potest nedū ab officio sed etiam a beneficio donec se purgauerit.hoc primo.⁊ augetur propter hoc numerus cōpurgatorum.hoc secūdo.ex causa interdum post purgationem prestitam suspēditur quis ad tempus.hoc tertio.⁊ deficiēs in purgatione punitur vt conuictꝰ.hoc quarto.Scda pars ibi attendentes.Tertia ibi:ita tamē.Quarta ibi:purgatiōe.Quinta ibi:ꝙ si.¶ Casus literalis.Decanꝰ senoñ.erat grauiter infamatus de heresi ex eo ꝙ cum hereticis nimiam familiaritateꝫ habebat in quadā villa:propter quod archiepiscopus senoñ.suspendit ipsum ab officio ⁊ būficio quāuis cōtra ipsum nullꝰ apparuit accusator:tn̄ ex officio suo fama publica deferente voluit de hoc inquirere veritatem testes super hoc cōtra ipsum decanum recepit postmodum decanum ipsum cum attestationibus misit ad domi.Pa.Ipse vero intellecto negotio ⁊ visis attestationibꝰ scribit archiep̄o dicēs q̄uis cōstitutio ecclesiastica doceat tales ab officio tantū vsqꝫ ad purgationē canonicā suspēdēdos qꝛ tn̄ ipsum a beneficio ꝓpter enormitatem criminis suspēdit nō vult improbare nec etiam illud improbat ꝙ testes ex officio suo ꝯ ipsum decanū recepit licet nullꝰ apparuit accusator.Papa vero considerās vulgatā infamiā ⁊ graue scādalū et vehementē suspicionē ex dictis testiū contra ipsum decanum obortā cum propter eorum quodlibet esset ei purgatio indicenda et seruans iustitiam et moliens rigorē purgationem.xiiij.manus sui ordinis indixit eidem remittēdo ipsum ad ep̄m vt ibi purgaretur vbi noscitur infamatꝰ mādans archiep̄o senoñ.adiūctis sibi duobꝰ episcopis vt purgationem ei indictam recipiat:⁊ q ad ipsum purgādū accesserint sint catholici ⁊ vita probati qui vitā ⁊ conuersationē eius cognouerint p̄teritā et presentē qua recepta būficium sibi restituat:ab officio tamē maneat suspensus propter familiaritatem quā habuit cum hereticis donec scandalū sopiatur hereticorū familiaritate publice abiurata.Et iniungat eidem ꝙ in predicta villa ⁊ alijs circūpositis villis profiteatur ⁊ predicet fidem catholicā:⁊ detestetur hereticā prauitatem ⁊ talꝛ deinceps vitam suā bonis informet operibꝰ vt infamia cōuertat in bonā famā ⁊ cōe scandalū ⁊ suspicio de catholicorū mentibus tollatur:ꝙ si in purgatione defecerit ab officio ⁊ beneficio depositus ad agendā penitentiā in arctū monasteriū detrudat.Ber.¶ Not.j.ex tex.ꝙ prelatus etiam Papa debet esse valde solicitus ad inueniendū hereticos et procedendum contra eos de quo.§.de hereti.per totum.¶ Secundo not.ꝙ infamatus non debet regulariter suspēdi a beneficio anteq̄ deficiat in purgatione sed ratione enormitatis criminis vel scandali imminentis potest suspendi etiam a beneficio donec se purgauerit:et est in hoc iste

in hoc iste tert. valde not. ⁊ quotidie solet allegari: ⁊ vide gl. ij. q. iiij. c. presbyter si. ⁊ per Jo. an. in. c. i. de accu. lib. vj. ¶ Tertio no. ibi: ab officio tantũ ⁊c. ꝙ qñq3 quis est suspensus ab officio ⁊ nõ beneficio ⁊ si accessorium non sequitur principale. de hoc an suspensus ab officio censeatur per ꝯñam suspensus a beneficio. vide gl. no. in cle. cupientes. de pe. in. l. non nouam. Ulterius no. quod si per modum inqsitionis crimen nõ potuit probari plene nõ est reus simpl'r absoluendus: sed si remaneret infamia vel scandalũ vel vehemẽs suspicio põt compelli ad se purgandum. Et no. ex hoc ⁊ ex tex. singulariter tria quorũ quodlibet sufficit ad purgationẽ indicendã: vt est vulgata infamia graue scandalum qꝺ intelligiꝛ etiã sine infamia vt differat a ꝑcedenti ⁊ vehemẽs suspicio [a] sic sufficit sola vehemens suspicio: sed tex. adduco in oppositũ in. c. tua. de coha. cle. ⁊ mu. in fi. vbi tex. sing. dicit ꝙ oportet suspicionẽ esse tantam vt generet scandalum. de quo plene dixi in. c. qualiter et qñ de accu. Et quantũ ad propositũ cõclude qꝺ aut iste est vehementer suspectus apud epm seu iudicẽ: ⁊ tũc non requiritur scandalum: ⁊ ita intelligo istũ tex. nam ista suspicio hic erat orta ex dictis hostiũ vt in litera ista: al's nõ differret a secũdo modo cũ supra premiserat de scandalo Aut est quis suspectus alij ꝙ̃ superiori et tũc nõ sufficit suspicio ad indicendã purgationẽ: nisi sit tanta ꝙ generaret scandalum et ita intelligo. c. tua. prealleg. Et ex supradictis no. ꝙ vehemens suspicio soliꝰ iudicis sufficit ad indicendam purgationẽ qꝺ tenet hic Inn. ⁊ satis mihi placet et videꝛ iudicio meo tex. hic: qꝛ ex testium dictis erat ista suspicio orta: de quo tñ vide bonum tex. cũ gl. ij. q. v. oĩbus. ⁊ qꝺ dixi in. d. c. qualiter. ¶ Not. purgationẽ esse prestandã in loco infamie: nam alibi facilius reperiret cõpurgatores nec eius prestatione deleretur infamia vel scandalum. ¶ Not. ibi: qꝺ transactio ⁊c. qꝺ cõpurgatores debent habere notã cõuersationẽ purgãdi nedũ de ꝑsenti sed etiã de ꝑterito sed limita istũ tex. prout dixi in. c. cum. p. s. eod. ¶ No. effectũ purgationis prestite. nam debet absolui purgatus ⁊ restitui sibi beneficiũ si ab eo fuerat suspensus: si vero deficit in purgatione debet puniri vt conuictus: vt in fi. ¶ 3 †Sed opp. cõtra tex. in ver. in penam. vbi prestita purgatione remanet suspensus quo ad officium donec scandalũ sopiatur qꝺ est cõtra. c. ex tuarũ. s. eo. vbi si denuntiatur boni testimonij absoluitur ab infamia et relaxatur suspensio vt ibi. Sol. dicũt hic cõiter doc. ꝙ si speciale est in crimine heresis vel in alio graui crimine contrarium procedit regulariter. Ego hoc dictũ nõ admitterem sed dico tex. procedere qñ iste purgandus seu purgatus prestitit causam scãdalo: vt qꝛ contraxit familiaritatẽ cũ hereticis: vt hic dicitur: vñ si ponderetur hec litera nõ remanet iste suspẽsus propter enormitatẽ delicti vt dicunt doct. sed propter familiaritatem cum hereticis: et ideo assumo nõ exceptionẽ sed regulam ex tex. ꝙ vbicũq3 infamatus male viuendo per actus illicitos ⁊ a iure reprobatos dedit causam infamie ⁊ scãdalo licet prestet purgationẽ debet tamẽ remanere suspensus ab officio donec sopiatur scandalum: vt sic illicita eius opere precedẽtia puniantur ⁊ ita proprie loquitur iste tex. ¶ 4 †In gl. j. in fi. multum hec glo. inuoluit ⁊ ponit ordinẽ non oĩno necessarium: ⁊ l3 doc. hic in multis trãseãt cum glo. tñ alibi iste ordo in parte reprobatur et in parte limitatur: et ideo cõcludendo veritatẽ distingue sic: cũ queritur de modo procedendi cõtra infamatũ qꝺ aut eps seu superior habet ꝓbationes prõptas: ⁊ tũc nõ est necesse nec vtile statuere terminũ accusare volentibꝰ: quia posset supponi amicus et fieri colludium. Item qꝛ non apparente accusatore via inquisitionis est ordinaria cõtra infamatum de iure canonico: vt probatur in. c. qualiter. ij. de accu. ⁊ ibi etiam glo. dixit qꝺ non est vtile prefigere talẽ terminum. Item et vide latius ꝑ Jo. an. ⁊ Spe. in tit. de inqui. §. nunc tractemus. ver. porro. si vero nõ habet ꝓbationes promptas põt si vult statuere terminum accusare volentibus: sed nõ est necesse: satis enim est ꝙ accusator se nõ offerat: vnde satis est qꝺ potest ꝓcedere ad purgationẽ indicendã: vt patet in. c. ex tuarum. s. e. Et de modo indicendi: licet gl. hic dicat admonitionẽ debere precedere dic melius vt dixi in. c. ij. s. eo. qꝺ aut est infamatus de delicto successiuo et tunc sunt necessarie ille admonitiones: qꝛ potest se corrigere desistendo ab actibus suspectis. Aut delictũ est momẽtaneũ vt puta homicidiũ vel furtũ vel simonia ⁊ tũc frustra fieret admonitio vt se corrigeret: et ideo hoc casu non requirunꝛ ille admonitiones: sed põt iudex ꝓcedere ad purgationẽ indicendam: ⁊ vbi enormitas delicti vel scãdali nõ subest non d3 ante purgationẽ prestitã aliquã suspẽsionẽ facere: vt in. c. significasti. de adul. sed expectare exitũ vt ibi: sed vbi subesset scandalũ vel graue delictum põt a principio suspendere ab officio donec se purgauerit: vt in. c. ex tuarũ. s. eo. et etiã a beneficio vt hic. Et si prestat purgationẽ fit absolutio ꝓut superius dixi vel ꝯdemnaꝛ ꝓut dixi in. c. cũ. p. s. e. et plenius in. c. accedẽs. de accu. et inquãtum gl. hic in fi. dicit istũ esse modũ procedendi cũ processus incipit a cõtumacia: nõ recte loquitur: qꝛ iste ꝓcessus fit rõne infamie non rõne contumacie: sed tñ de modo ꝓcedendi tã in ciuili ꝙ̃ in criminali alibi pleniꝰ est prouisum vt in. c. tue. ⁊ in. c. qm̃. vt lit. nõ ꝯtest. ⁊ in. c. j. de iud. ⁊. xi. q. iij. in. c. rursus. ⁊. c. quicũq3. ¶ In glo. ij. ibi: si inde remaneat infamatꝰ [b] ⁊c. Inno. dicit hoc ꝓcedere qñ directe crimen ꝓbatũ est ꝯ aliquẽ per viã exceptionis vtputa cõtra accusatorẽ qui fuit in iudicio cui etiam data est copia se defendendi: secꝰ si cõtra testẽ q nũꝙ̃ fuit in iudicio qꝛ magis excipiꝛ

a ⁂Sebasti. Sapia. ¶ Suspicio. Qꝺ possit indici purgatio etia3 vbi est suspicio siue infamia t3. d. Ant. in. c. tua. de coha. cle. ⁊ mul. ⁊ alij relati ꝑ Feli. in. c. l'ras. col. pe. ver. in gl. in ṽbo vehementẽ. s. de ꝑsump.

b ¶ Remaneat infamatus. Circa hoc vide gl. in ver. nõ deiecit. et ibi. d. Abb. qui eã appellat singularem. in. c. super his. de accu.

⁂Sebasti. Sapia.

cõtra partẽ ꝓducentẽ ꝯ testem. Mihi plꝰ placet dictũ gl. indistincte. nã ex quo orta est infamia ex satis ꝓbabilibus coniecturis indici põt purgatio vt illa aboleaꝛ: nã vt dixi in. c. ꝑcc. l3 ꝓbatiões inducte ꝯ testẽ nõ faciãt plenã fidẽ cõtra eum in alio iudicio inducunt tñ presumptionẽ quãdã. ⁊ pro hoc facit. c. cũ tu. s. de testi. vbi dicta testiũ reducunꝛ ad cõcordia3 ne reatu periurij notenꝛ de facto: ⁊ idem cũ ista glo. expressius tenuit gl. i. c. cũ dilectus. de ordi. cog. ¶ In glo. iij. in fi. no. ex hac glo. ꝙ licet numerus cõpurgatorũ sit arbitrarius regulariter tñ est maior numerꝰ adhibẽdus in maiori ⁊ minor in minori. Et põt eẽ rõ diuersitatis: qꝛ maiores habẽt notitiã plurium et facilius propter potentiã inueniũt cõpurgatores ⁊ minores ergo nõ habẽt tot notos nec õ facili pñt alios inducere ad se purgãdũ. nã isti cõpurgatores sunt volũtarij ⁊ nõ pñt cõpelli sicut alij testes vt no. in. c. seq. facit. c. cũ. p. et. c. ex tuaꝝ. s. eo. Ex ꝑdictis habes modũ cognoscendi an superior in indicenda purgatione excedat modũ ⁊ arbitriũ boni viri: vt consideret qualitas ꝑsone criminis ⁊ infamie ⁊ alia circũferẽtia. nã si numerus nimis excedereꝛ posset appellari. ¶ 5 †Quia in cõmissis arbitrio appellaꝛ si nõ facit vt bonꝰ vir [c] vt i. c. j. de dila. ⁊ leg. ⁊ not. i. l. si qua pena. ff. de ver. sig. ⁊ in. c. sup his. de accu. secꝰ si committitur conscientie: nõ debet tamen intelligi de conscientia vulpina: vt dicit Bal. in. l. ij. C. de fide. licet in lecturis communiter nõ habeatur vt in. c. statutum. in. §. assessorez. de rescrip. li. vj. ⁊ ibi gl. qꝺ tamẽ limitat: vt no. gl. sing. i cle. j. de iurepat. ¶ In gl. fi. ex hac gl. possunt colligi due solutiones ad ꝯrium formatum in principio glo. Pria est vt deficiens in purgatione in crimine heresis nunꝙ̃ tradaꝛ curie seculari: qꝛ hec est ꝓbatio ꝑsumptiua [d] ⁊ nõ vera ⁊ directa. Secũda solu. ꝙ ideo non tradiꝛ hic curie seculari: qꝛ volens redire ad fidẽ debet recipi ⁊ parcitur sibi quo ad mortem. Hãc sol. vltimam tenet Host. ⁊ cõiter doc. ⁊ est in se verissima. nã si vere cõuictus vel cõfessus potest redire ad fidem et non tradi curie seculari: fortius idẽ dicendũ in conuictũ interpretatiue s3 prima sol. glo. cõiter non recipitur. vnde concludunt doc. ⁊ maxime Hosti. ꝙ ad quãcũq3 penam agatur deficiens in purgatione debet puniri vt cõuinctus. ¶ Et ex hoc infertur ꝙ si iste al's incidisset in heresim et nunc ex deficientia in purgatione habereꝛ pro conuicto et ꝓ relapso deberet tradi curie seculari: vt in. c. accusatus. de hereti. li. vj. ꝙ est notandum. nam ex dicta gloss. concluderetur oppositum. ¶ 6 No. tamen rationem gl. nã potest adduci ad statutũ [e] quo caueꝛ qꝺ cõuictꝰ de tali crĩe puniaꝛ tali pena: ꝙ deficiens in pur-

c ¶ Bonꝰ vir. quomodo hoc procedat vide Felin. late i. c. exceptionẽ. co. iij. cũ seq. s. de excep. ⁊ in. d. c. super his. co. iiij. v. in glo. in ver. vltimo. s. de accu.

d ¶ Probatio ꝑsumptiua. Circa hoc vide qꝺ not. Inno. in. c. qꝛ verissimile. de presum. c. afferte. eo. ti. ꝑ do. Ant. ⁊ vide etia3 oĩno qꝺ late scribit Do. Ab. i. c. accedẽs. ij. s. de accu.

e ¶ Statutum disponẽs ꝙ ꝯuictꝰ de crĩe puniaꝛ tali pena non h3 locum in illo q habeꝛ ꝓ cõuicto qꝛ deficit in purgatione. Et de hac qõne vide per. d. ant. in. c. at si clerici. in pri. de iudi. in. vi. col. vbi idẽ dicit: sed ꝯ hanc opi. vc3 ꝙ imo habeat locũ statutũ in eo q deficit in purgatione alle. tex. i. c. ad audientiã. ⁊ in. c. cũ dilectus. de cleri. non resi. vbi est tex. ꝙ statutũ intelligiꝛ ꝺm ius cõe non mirũ si ibi recipit ĩterpretationẽ a iure cõi etiã quo ad casum: s3 pro isto. d. c. d. Abb. optime facit qꝺ no. bar. in. l. j. §. ꝯ interdictu3. ff. de sentẽ. vbi dicit qꝺ statutũ ĩponens penã mulieribus perlas seu gemmas portantibus nõ h3 locũ in mulieribꝰ ꝑlas seu gemmas ꝯfactas portãtibꝰ. Itẽ ad hoc facit qꝺ no. d. Abb. post Jo. an. in. c. sicut dignũ s. de homi. in qõne statutũ loquẽs in faciẽte habeat locũ in mandãte et vide qꝺ plene notaui. Et adde hic Ange. in consi. clxxxiij. et in consi. cccxxiiij. vbi dicit ꝙ statutũ loquẽs de cõtumace h3 locũ in vero ꝯtumace nõ in ficto: ⁊ facit qꝺ no. bal. in. l. transigere. in. v. col. C. de transa. vbi dicit ꝙ statutũ loquẽs de homicidio nõ h3 locũ in eo q fuit cõdẽnatꝰ de homicidio ex ficta cõfessiõe: qꝛ statutũ debet intelligi de homicidio vero cuius ꝯriũ videtur dicere Bal. in. l. qm̃. C. de infa. vbi dicit ꝙ ficta cõfessio inducta ꝑ statutũ equiparaꝛ vere facte in iudicio. vide tamen Bar. Ang. ⁊ Imo. i. l. ex cõsensu. ff. de app. Et adde hic oĩno ꝙ late notaui post do. Abb. in. c. ex ꝑte. de spõsa. ꝙ no. post do. Ant. in. c. ad audientiã, de cle. nõ resi. Et adde ꝙ l3 de iure agẽtes ⁊ cõsentiẽtes in pari pena punianꝛ: vt in. c. j. de offi. deleg. tñ statutũ loquẽs de agente cum debeat stricte intelligi nõ h3 locũ in cõsentiente vt dicit do. abb. in. c. cũ volũtate. ꝯ. de sent. exc. Itẽ ad predicta facit ꝙ no. Bar. in. c. transigere in. v. col. C. de transac. vbi dicit ꝙ si statutũ dictat qꝺ de oĩbus delictis possit fieri pax ⁊ cõcordia preterꝙ̃ de homicidio intelligiꝛ statutũ illꝺ de homicidio ṽo ⁊ ideo dicit ibi Bal. ꝙ super homicidio ficto poterit

fieri concordia et a
gñaliter an statu
tū loquēs ď casu
vero extendat ad
fictū: vide p bart.
ī.l.oēs ppli.ff.de
iust.τ iu.in.vij.q. b
prin.τ p Jo.an.ī
regula ppossesso
re ī mercu.p bal.
hī in.l.si qs seruo
C.de fur.p bal.τ
Jmol.in.l.j.§.lex
fal.ff.ad leg.fal.
¶ Adde an ī sta-
tutis habeat lo-
cū fictio Fran.de
are.consil.cxlvij. 7
Cepo.cons.xlj.lu
do.ro.ɔsil.cv.ful.
consi.cxvj.Ale.in
pluribus cōsilijs
vt in eorū tabula
videre poteris.

a ¶ De hac rōne.
vide latius p do. 1
abb.in.c.insinua-
tum.s.de simo.τ
facit quod no.d.
abb.in.c.vno cir-
ca fi.de plus pet.
vbi dicit ꝙ statu-
tū loquens de cō
uicto nō hʒ locuʒ
in illo q cōfessus
fuit.

b ¶ Perfecerit de
lictū. Hoc dictuʒ
refert ēt.d.abb.ī
c.mulieres.ď sen.
excō.τ idem tenet
bal.in.§.itē.l.cor
nel.insti.de pub.
iudi.τ vide Pet.
de anc.in repe.c.
canonū.de cōsti.
in.vj.principali
q̄sito.in.xxxj.col. 1
illius q̄siti.vsi.τ si c
statutū vbi dicit d
ꝙ si statutum exi
git factū consum
matū nō sufficit si
sit inchoatū.τ qd 1
in statutis regra-
tur factū consum 2
matū tenet bal.i
l.si qs nō dicā ra-
pere.in.iij.col.C.
de epi.τ cle.τ an-
ge.in.l.j.§.hec v̄-
ba.ff.qd q̄sq̄ʒ iu.
τ p Bar.in.l.j.§.
diu⁹.ff.de sic.Et
adde ꝙ tm̄ in sta-
tutis requirit qd
actus sit pfectus
ꝙ ēt si statutum
diceret si qs vo-
luerit facere tale
qd puniat reqrit
ad penam impo-
nēdā ꝙ act⁹ sit p
fectus nec sufficit
sola volūtas τ ex
ponitur illud ver
bū voluerit.i.vo-
luntarie fecerit:
ita elegāter deter
minat Bar.post

gatione nō debet puniri illa pena[a] statutaria:qꝛ
illa nō est vera cōuictio sed p̄sumptiua τ interpre
tatiua τ statuta habēt locū dūtaxat in casu vero.
ff.de neg.gest.l.iiij.τ in.c.in nr̄a.de iniur.facit qd
no.bar.in.l.j.ff.de sica.ꝙ cū statuta hodie puniāt
cōiter maleficia nō incidit qs in penā statutariā
nisi pfecerit delictū.[b] Et ideo nō sufficit acceptas-
se seu fecisse actū propinquū sicut de iure videbat
sufficere.l.si qs cū telo.C.de sica.cū si.canonizata.
de pe.di.j. ¶ Extra gl.q̄ro qd si nō reperiant tot
cōpurgatores:nūquid iste debeat haberi p cōui
cto.Host.dicit ꝙ si nō pōt habere.ꝙ de eo testes
nō cōfidūt seu nō est fides in alijs de eo ꝙ tūc ha-
bet p cōuicto τ deficiēte in purgatione:aut non
reperit qꝛ pauper est seu extraneus ita ꝙ tūc hʒ
notos in ciuitate τ hoc casu est subueniēdū arbi-
trio iudicis cōsiderata qualitate psone criminis
τ infamie τ ita cōiter trāseūt doc. ¶ † Sed tu dic
qd vbi ex istis causis nō possunt haberi cōpurga
tores clerici debet adhiberi laicus etiā femine si
nō possunt haberi viri:τ si etiā laici ex hac causa
deficerent credendū est soli iuramento ipsius:vt
est gl.no.in.c.cū.p.de accu.τ in.c.in decima.xviij.
q.ij.τ.c.cū in iuuētute.j.eo.in gl.fi.τ vide etiā bo-
nam glo.in.c.clerici.lxxxj.dist.

☞ Artifices exp̄ti in aliqua arte quibus iudex
iniungit vt debeāt aliqd estimare an cogant siue
possint compelli deponere secūdū conscientiā.

Cum dilectus.

Breue est nec potest aliter summari. ¶ No.j.ex text.
vnā bonā qualitatē requisitā in cōpur
gatorib⁹ vt sint vicini illius quē purgare volūt: 1
τ quo ad hoc pōt saluari hoc.c.de superfluitate.
nā vicini p̄sumunt melius scire cōditionē τ qua- e
litatē vicinorū:vt in.c.quosdā.τ.c.quāto.de pre-
sum.puto tū ꝙ vbi ex causa nō reperirent vicini:
vt qꝛ ex aliqua causa sunt sibi exosi ꝙ sufficiat ha
bere alios.ad hoc.j.c.proxi. ¶ Sed quero nun-
quid cōpurgatores possint compelli ad purgan
dum aliquē.doctores dicūt ꝙ non vnde isti sunt
volūtarij τ nō coacti:vt dixi in.c.precedenti.τ fa-
cit.c.cū.p.s.eo.secus tamē est in alijs testibus.vt
s.de testi.cog.per totum.τ potest esse ratio diuer
sitatis quia isti deponuntur secūdū conscientiā τ
τ opinionē eorū.Alij vero deponunt de his que
acta sunt corā eis.vnde isti de quibus in tex.pos-
sunt timere periurium. ¶ † Et potest induci hoc
dictum ꝙ habentes[c] deponere secūdum cōscien-
tiam non possunt cōpelli:[d] τ esset notabile dictū
si esset verū: τ facit pro istis artificibus expertis
in aliqua arte quibus iudex iniungit vt debeant
aliquid estimare.

☞ Infamia facti orta ex non probabilibus cō
iecturis τ ab emulis est nullius effectus.
Testes qui requiruntur in aliquo actu:cū certis
qualitatibus si in loco vbi actus celebratur non
reperiuntur testes cum dictis qualitatibus sunt
adhibendi quomodo reperiuntur.

Cum in iuuentute.

Nota semper quod propter infamiā
est indicenda purgatio: potest tamen
quandoq̄ʒ indici etiam vbi non est indicenda ad
instantiā purgandi:vel aliter τ melius sic.Si in
famia ortum non habet ex probabilibus cōiectu
ris non est de necessitate indicenda purgatio:po
test tamen indici ad instantiam purgādi.hoc di-
cit:τ est casus nota.secūdum istum intellectum.
Prima pars narrat factum τ petitiones procu-
ratoris.Secunda petitionem improbat.Tertia
petitionem cum quadam protestatiōe admittit.
secunda ibi:vnde tertia ibi:ceterū. ¶ Casus lite-
ralis.Episcop⁹ quinclieñ.ecclesie dicebatur ha-
bere immoderatam familiaritatem cum quadā
nepte sua propter quod rex Ungarie sepe scripse
rat domino Pape vt illum de vngaria remoue-
ret.vnde papa scribit cuidam episcopo vt super
hoc caute inquireret: episcopi Ungarie τ ipsi
postmodū rescripserunt domi.Pape quod eum

bonum virum τ honeste cōuersatiōis esse crede-
bant:personam ipsius multipliciter commendā
tes.Sed quia pater filium quem diligit corripit
ad maiorem cautelam dn̄s papa mādauit eidem
vt ab illius familiaritate totaliter cessaret qd sini
stra suspicio de ipso haberi non posset:sed quidā
malus homo rescriptum illarum literarū surri-
puit τ apud regem τ alios magnates ipsum ne-
quiter publicauit:vt magis infamaretur:sed pa-
pa lʒ repulsatus fuerit multoties cōtra ipsum tū
aduersus eū noluit commoueri sciēs ꝙ facile di-
ctum sequitur multitudo:postea vero cum dict⁹
ep̄s ad strigo.metropol.extiterit postulat⁹ qdaʒ
qui aduersabantur eidem vt promotionē impe-
dirēt ipsius ceperūt ipsum iterum infamare:vn̄
ipse de quorūdam amicorū suoruʒ consilio quē-
dam procuratorem ad curiā destinauit postulās
a do.Pa.qd purgationeʒ canonicā faceret τ in-
dici ad suam innocentiā ostendendā.Papa po-
stulationem illam reputans minus prouidā ab
ea ipsum procuratorē sepe voluit reuocare.Sed
quia procurator instabat papa mādauit purga-
tionem eidem indici cum duob⁹ abbatibus:q̄ꝓ- c
nis protestatus fuerit quod ex alia causa petitio
talis improuide tūc fiebat: qꝛ suffraganei strigo
neñ.ecclesie vix eo tempore purgarent eundē qui
in facto postulationis contradicebāt eidē τ suf-
fraganei coloceñ.ecclesie ipsum minime tūc pur-
garent:qꝛ inter eum τ coloceñ.archiep̄m de stri-
go.metropl.questio verteretur vnde cū non sint
alij pontifices in Ungaria merito videbatur qd
per episcopos regni sui super illo articulo se pur
gare nō posset.Ber. ¶ † No.j.ex tex.singulariter 1
ꝙ quādo cōstat infamiam processisse ab emulis
non est ex ea indicenda purgatio[e] etiā ad instan- e
tiam aliorum nec debet iudex commoueri ex tali
infamia cōtra infamatum.Et ex hoc infertur qd
dixi in summario quod vbi constat infamiam ex
probabilibus cōiecturis non processisse qd de ea
non est curandum vnde nullum de iure habebit
effectū:sed habet bene locum illud. Uane voces
populi non sunt audiende in.c.osius.de elec.τ in
l.decurionū.C.de pe. Et idem voluit Bart.in.l.
de minore.§.tormenta.ff.de questio.τ hoc dictū
optime probatur hic. ¶ Secundo no.tex.ibi di-
ctum facile sequitur multitudo τc.hic dicit.Fa-
ma volat trāsitq̄ʒ modum quocūq̄ʒ feratur.Exi
mie crescit.sed non cito fama quiescit. ¶ No.ibi:
super hoc bonum zelum τc.quod non debet ali-
quid fieri ex solo zelo nisi subsit iudiciū rationis:
facit secūdum Host.contra religiosos prelatos
habentes tantum zelum in puniēdis delictis vt
premittant ordineʒ iudicarium inquirētes quā
doque de criminib⁹ omnino occultis:τ ideo di-
cit periculorum ignorantes iura promoueri in
episcopos.de quo in.c.j.de cōsang.τ affi. ¶ No.
quod infamia facti habens ortum ab emulis nō
impedit quem promouendum ad dignitatem.
¶ Ultimo colligitur argu.quod numerus com
purgatorum est arbitrarius.nam hic fuerūt de-
putati duo abbates.τ in.c.inter.s.c.fuerūt.xiiij.
et in.c.j.s.eo.dicitur de duodecim.τ in.c.ex tua-
rum.s.eod.dicitur de.vij.est ergo arbitraturus
iudex numerum s̄m qualitatem persone crimi-
nis et infamie. ¶ In glo.in verbo postulare in
fi.Innoc.tenet ꝙ procurator potuit hoc postu-
lare licet sit generalis:sed forte Inno.motus est
ex ratione glo.quia hoc videbatur vicinum man
dato.nam cum esset super postulatiōe iam facta
de isto episcopo ne aliquo modo impediret:p-
pter infamiā potuit petere purgationē infamie.
ar.in.l.ad rem mobilem.ff.de procur.tamē scd̄m
Hostiē.ista purgatio non erat de necessitate in-
dicenda:tum qꝛ petitio iniusta vt in tex.tū qꝛ pa
pa non astringitur dispōne iuris:vt in.c.propo-
suit de cōces.p̄ben.tum qꝛ purgatio non depen-
det ex voluntate partis sed ex dispositione iuris.
2 ¶ † In glo.fi.no.bene glo.τ vide quod dixi in.c.
inter.s.eo.in fin.Et facit hec glos.iuncto text.in
argu.quod vbi testes de iure necessarij non repe-
riuntur in

gl.in.l.fi.ff.de re-
rum diui. Item
adde qd illud di-
ctū bar.i.l.j.ff.de
sica.qd ffert.etiā
τ sequit do.Ant.
in.c.j.in pe.co.de
eo q mit.ī pos.de
quo vid oino qd
not.Bart.in.c.fi.
in.ij.colū.de con-
suetu.
¶ Adde qd vo-
luit Bal.ɔsil.ccc-
vi.j.lib.vbi ponit
an stante statuto
ꝙ capite puniat
q adulteriū nix⁹
fuerit:si qs attēta
uit sed timore p-
territus aufugit
an dbeat puniri.

c ¶ Illi qui habēt
deponere s̄m cō-
sciētiā nō pn̄t cō-
pelli ꝙ est notan
dū p estimatori-
bus.τ ad hoc fa-
cit qd no.Bal.in
l.rē nō nouā.C.ď
iudi.vbi dicit qd
ille cui⁹ ɔsciē sta-
ri dʒ non cōpellit
exprimere causaʒ
mouentē ɔsciaʒ.
Sebasti. Sapia.

d ¶ Cōpelli.Uide
Fel.in.c.pposui-
sti.col.iij.ver.pri-
ma cōclusio.s.de
proba.vbi ponit
de pītis ī arte an
possint cogi ad
dicendū illud qd
sentiunt.

e ¶ Purgatio.ad
de de hoc lati⁹ vi
dendū Ro.cōsil.
cccli.
Sebasti. Sapia.

e ¶ Purgatio.ad
hec faciunt not.p
bar.in.l.de mino
re.§.tormenta.ff.
de q̄stiō.vbi po-
nit qd fama dbet
oriri a fidedignis
psonis al's nō p-
bat de quo ibi p
Alexan.τ p Sal.
in.l.ea qdem.C.
de accusa.in ma-
teria fame.

riuntur in loco tūc quales reperiuntur idonei iudicant. Et hoc fuit cōsultū in qōne facti. dicit statutū ꝙ ad cōfectionē inuentarij requirunt testes cum certis qualitatib⁹ opponebatur postmodū ꝙ nō habebāt qualitates requisitas: replicabatur ꝙ in loco illo nō reperiebātur testes cū illis qualitatibus ⁊ certe ex hoc dz actus tolerari. ad idē tex. cum glo. in. c. cum dilectus. de ele.

1 ☞ Negatiua coarctata loco ⁊ tpe pōt per testes probari.

De testibus. Compurgator iurat de credulitate. h. d. De materia huius. c. dic vt habetur in. c. quoties. s̄. eo. ¶ † In glo. ⁊ habet locum ratio glos. quādo negatiua esset restricta ad certas personas ⁊ locū.[a] nam tunc bene possunt testes deponere de veritate: tūc enim potius deponunt de facto propio ꝙ̄ alieno vt si dicunt ꝙ tali hora titi⁹ nō ꝯmisit homicidium qꝛ nobiscū erat: ⁊ nō potuisset committere quin nos vidissemus: nam si testes tali modo deponerent non esset locus purgationi: vt no. in. c. proxi. et c. cum dilectus. facit glo. in. c. clerici. lxxxi. dist.

1 ☞ Infamatus non solum super causa criminali: sed ⁊ super defectu ⁊ inhabililate debet priuari.
2 Spurius non potest sine dispensatione ad sacros ordines promoueri.
3 Negatiua non astricta loco ⁊ tempore licet nō probetur per testes tamen aliquando probatur per iuramentum partis negantis quando non apparet aliud in contrarium.
4 Infamatus non admittitur ad purgandum: quando eius infamia potest per testes probari.
5 Filius nō potest iurare de veritate se esse filium talis sed de credulitate sic.
Iuramentū de veritate nūꝙ̄ quis tenetur nec debet subire quando non potest haberi vera scientia.
6 Filiatio quibus modis presumatur.

Accedens. Infamatus sup defectu natalium nō debet promoueri nisi prius se purget. h. d. Primo ponit questio. Secūdo ꝓuisio ibi: quo circa. ¶ Casus literalis. Quidā diaconus. T. nomine dū vellet in presbyterū ꝓmoueri quidā emuli sui dixerunt illū esse filium sacerdotis propter qd̄ diocesanus ipsum noluit ꝓmouere: nec permisit illum ab alio promoueri. vnde ille diaconus ad do. Pa. accedens predicta eidem exposuit. Mandat papa epō quaten⁹ si de hoc est publice infamatus: ⁊ de ipsa infamia cōstare nō poterit purgationē ab ipso recipiat ⁊ ipsum promoueat ad ipsum officium sacerdotis: qꝛ ⁊ si nō sit nota delicti tamē est nota defectus impediētis ad sacros ordines promouēdū. 1 Ber. ¶ † Not. j. ex tex. ꝙ purgatio locum habet nedū super criminali. sed etiam super aliquo defectu et inhabilitate. facit. c. iij. s̄. de aposta. ¶ † No. ij. ꝙ nedū spurius de quo constat ad ordines promoueri non debet sine dispēsatione: sed etiam ille de quo non constat ex quo tamen defectu natalium infamatus est. Et causas propter quas filius nō legitim⁹ promoueri non potest vide per gl. in. c. j. ⁊. ij. de fil. presbyte. lib. vj. ¶ Sed opp. cōtra text. de. c. cū in iuuentute. s̄. eodē. nā infamia ab emulis orta nō habet effectū indicendi purgationem. Sol. vt ibi, ⁊ hoc no. ibi enim constabat infamiā habuisse ortū ab emulis. hic vero nō cōstabat: sed iste dūtaxat hoc asserebat. vnde Papa mandat purgationē indici si publice iste esset īfamat⁹. quasi dicat quod si ab emulis tātum hoc diceretur prout ipse asserebat nō esse de hoc curandum. ⁊ sic potius concordat cum illo. c. cū iuuētute. ¶ † In glo. ij. ibi: quia negatiua[b] probari nō potest. hoc verū si hec negatiua esset probanda per testes: sed hic est probāda per iuramentum asserentis ⁊ per testes de credulitate. vnde dicit Jo. and. ⁊ bene ꝙ vt plurimū in purgatione venit factū negatiuū. simile in. c. j. de cōfe. lib. vj. vbi negatiua que alias probari nō potest admittitur in positis: vt sic possit probari per iuramentū. ¶ † Et in fi. gl. aduerte: qꝛ si probaretur filiatio prout dicitur in gl. non esset locus purgationi: quia hec est vera probatio que potest fieri super filiatione. Et existente vera probatione cessat purgatio: vt in. c. seq. vnde cōsidera varios modos probandi. Aut enim vult iste probare se fuisse habitū reputatū ⁊ nominatū pro filio sempronij ⁊c. ⁊ tunc non est necesse ꝙ aliter se purget. ⁊ de hac purgatiōe nō loquitur iste tex. ¶ † Aut vult iurare quod sit filius sempronij ⁊ nō debet admitti: quia subiret periuriū cum filius non posset iuramento asserere se filium sempronij: aut vult iurare se fuisse habitum reputatū ⁊ nominatū pro filio sempronij: ⁊ ita se credit esse filium sempronij: ⁊ tūc talis purgatio recipitur ⁊ cōpurgatores iurabunt de credulitate quod credunt eum verum iurasse. nam vt dicūt hic Hostiē. Inn. ⁊ Jo. and. de necessitate peruertenda est forma iuramēti in hoc casu. vnde licet alias purgādus debeat iurare de veritate: vt in. c. quoties. s̄. eo. in fi. in hoc tamē casu iurabit de credulitate: quia non potest haberi vera scientia. ¶ † Et no. ex predictis ⁊ ex tex. ꝙ ex quo semel quis habitus ⁊ reputatus fuit pro filio[c] sempronij fama sequens in contrariū non nocet. Et inquantum gl. dicit sufficere probare quem fuisse genitum ex vxore titij vt inferatur ipsum esse filiū titij. dic hoc procedere etiā si titius negaret ipsum esse filiū suū qꝛ ex quo quis est natus ex vxore alicuius presumitur natus ex marito nec pōt maritus eū nō cognoscere in filiū suū nisi probaret tpe cōceptionis eū fuisse absentem vel impotentē ad generandum: vt est tex. no. in. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. ⁊ ibi Bar. ⁊ idē dic si mater postea assereret ipsum esse filiū alterius ꝙ̄ mariti vt nō credatur ei in preiudiū filij: vt no. d. in. l. filium. ⁊ no. gl. in. c. officij. de peni. ⁊ remis. ꝙ videtur procedere etiam si probetur ꝙ tempore cōceptionis mater habebat concubitum cum alio: ⁊ ad hoc tex. no. in. l. miles. §. defuncto. ff. de adul.

1 ☞ Infamatus de crimine notorio nō potest se purgare: sed debet condemnari.
Causa si pendet coraz delegatis ordinarius debet silere. 10.
2 Cognoscēs carnaliter monialem cōmittit tria delicta adulterium sacrilegium ⁊ incestum.
3 Litis contestatio an ⁊ quando requirat in inquisitionib⁹.
4 Notorium quando dicat esse crimen adulterij vel incestus.
5 Laicus potest testificari contra clericum: quando crimē est notorium.
